¶ Vincentii Beluacēſis Speculi Moꝛalis
Liber Secundus in quo de Nouiſſimis
diſſeritur incipit feliciter·

## PARS PRIMA·DIS· PRIMA·

Terminato per dei gra
atiam ꝑmo volumīs
huius libro·ī quo oſtē
dit ſapiens excluden=
dam eſſe negligentiā
ac ꝑ hoc aſſumendā
eſſe diligentiā agen=
doꝝ ·vbi oñdimus·
quid·quare·& q̄liter ſit aliquid opandum ·et
de ꝑncipiis intrīſecis actuū hūanoꝝ· id eſt de
paſſionibus ſeu affectionibus aīme·rurſus de
ꝑncipiis extrīſecis·id eſt de lege et p̄ceptis de
gratia et habitibꝰ virtutū·nūc ſūma dei ſapi=
entia dirigente·cōſiderandū eſt de ꝓuidentia
futuroꝝ·Ad quā nos ſapiens hoꝛtat̄·cū dicit
Memoꝛare nouiſſima tua·Debemus autē ad=
uertere ꝙ in ſcriptura ſacra docemur locū no
uiſſimū tenere·Tempus nouiſſimū p̄caucre·
Et finē nouiſſimū·ꝓuidere· ¶ Primo quidē
docemur nouiſſimū locū tenē· qꝛ ꝑfectio hec
eſt directa via ꝑueniēdi·ad culmē ſūme ſubli=
mitatis·ſic̄ ſūma dei ſapiētia docet· Luc·xiiii·
Cū vocatꝰ fueris ad nuptias·ñ recūbas ī ꝑmo
loco &c̄·Sed cū vocatus fueris vade & recūbe
in nouiſſimo loco·vt dicat tibi q̄ te inuitauit·
Amice aſcēde ſupius et erit tibi gloꝛia coꝛā ſi=
mul diſcumbētibꝰ·Nos igit̄ ad celeſtes nupti=
as inuitati nō queramꝰ ꝑmum locum tenere
nec gerere ꝑncipatū· ne foꝛte depellat nos in
locū nouiſſimū dñs nuptiaꝝ·Sꝫ ꝑ hūilitatem
locum nouiſſimum eligamus·vt ad ſublimi=
tatem gloꝛie cōſcendamus·Et merito locū no=
uiſſimum decet eum eligere· qui ſe debꝫ inter
alios nouiſſimū reputare·Exemplo capitis no
ſtri·de quo dicit̄ yſa·liii·Vidimus eum·&nō
erat aſpectus·& deſiderauimus eū deſpectū·
et nouiſſimū viroꝝ·In terra voluit eſſe nouiſ
ſimus viroꝝ·qui in celis eſt gloꝛia beatoꝝ·&
dñs angeloꝝ·vt exemplo ſuo mōſtraret verū
eſſe qđ dicit̄·Math·xx·Erūt nouiſſimi ꝑmi&
primi nouiſſimi ·Hoc aūt multiplr̄ pōt intelli
gi·Vno mō ſic·Qui ſe nouiſſimos·id eſt hu=
miles & abiectos fecerint ꝓpter deū· iſti erūt
primi·id eſt ſanctitate p̄cipui·& inter primos
amicos dei in regno celoꝝ merito cōputandi·
Et ꝑmi nouiſſimi·id eſt qui volūt eſſe ꝑmi re=
putatione·vel ꝑncipatū hr̄e ſuꝑ alios ī aliqua
dignitate·iſti erūt nouiſſimi·id eſt viles et ab
iecti diuino iudicio·& viliſſimi in inferno·Et
hoc eſt quod dicit̄·Luc·xiiii·Oīs qui ſe exal
tat humiliabit̄·&qui ſe hūiliat exaltabit̄·Alio
mō Erūt nouiſſimi ꝑmi &c̄ ·id ē qui vilioꝛes
ſūt·iſti ſūt qui ardentius & impudētius ambi
unt dignitates·Qui vero ꝑmi ſūt·id ē ceteris
melioꝛes·magis ſe hūiliant & aſpnant̄ hono=
res· Alio mō Erunt nouiſſimi ꝑmi &c̄· id eſt
qui tardius penitē & bñfacere ceperūt·feruen
tius agendo ꝑmi fiūt· & meritis p̄cellūt illos·
qui citius inchoantes negligēter egerunt·Vñ
in vinea dñi tardius venientes·prius diurnū
denariū receperūt·Quod appꝛtiſſime declarat̄
Math·xx· vbi dicit̄ ·Cum ſero factum eſſet·
dixit dñs vinee ꝓcuratoꝛi ſuo·voca operarios
& redde illis mercedē·incipiens a nouiſſimis
vſqꝫ ad ꝑmos·Exemplū habemus in latrone·
qui iuxta dñm pendens·credens·penitens·&
diuinā cōfitēs maieſtatē ·ꝑmꝰ meruit obtinē
paradyſi p̄bendā·Cui dictū eſt·Hodie mecuꝫ
eris in paradyſo·Luc·xxiii· ¶ Scđo docemur
tempus nouiſſimū p̄cauere·quia tempus no=
uiſſimū etatis mūdi in quo & abūdat iniq̄tas
& caritas magis ac magis cōtinue refrigeſcit
ſicut p̄dixit dñs·Math·xxiiii·Sūme periculo
ſū ē·Sicut p̄dixit apl̄s·ii·thy·iii· Hoc aūt ſcito
ꝙ in nouiſſimis diebus inſtabūt tēpoꝛa peri=
culoſa· Que autē & q̄nta ſint pericula deſcri=
bit dicens·Erūt hoīes ſeipſos amātes·Sꝫ quid
ſibi vult apl̄s·aut quod malū eſt ſeipſm amare
cum plus teneat̄ homo ſeipſm diligere q̄ꝫ totū
mundū·Quare ergo dicit apl̄s·ꝙ erūt ꝑiculo
ſa tempa·pro eo ꝙ erūt hoīes ſeipſos amantes
Sciendū eſt igit̄ ꝙ ſꝫm Aug·duo ſūt amoꝛes·
Alter mūdus ·alter īmundus ·Alter ſocialis·
alter ꝑuatus· Alter cōmuni vtilitati conſulēs
ꝓpter ſupnaꝫ ſocietatē·alter etiā rem cōmunē
in ꝓpꝛiā poteſtatē redigens ꝓpter arrogantē
dñationē·Alter trāquillus·alter turpulentus·
Alter pacificus·alter ſeditioſus·Alter amicabi
lis·alter inuidus·&c̄·Et diſtinxerūt conditas
in gñe humano duas ciuitates·Idē·Ciuitates
duas·fecerūt amoꝛes duo·Ciuitatē dei·amoꝛ
dei·vſqꝫ ad contemptum ſui·Ciuitatē dyabo=
li·amoꝛ ſui· vſqꝫ ad ꝯtemptū dei·Sicut aūt ex
amoꝛe dei oīs virtutes alie et affectōnes lau
dabiles generant̄·ꝑ vt ait Greg· vt eñ multi
arboꝛis rami ex vna radice ꝓdeūt·ſic mlt̄e vir=
tutes ex vna caritate gñant̄·ita oīa vitia·&
oīs deoꝛdinate affectōnes ex amoꝛe ſui pro
prio vel ꝑuato radicaliter oꝛiunt̄·Et hoc bene
inſinuat apl̄s·qui poſtq̄ꝫ dixerat·erūt hoīes ſe
ipſos amātes·amoꝛe ſuo inoꝛdinato·amoꝛe ꝓ=
prio vel ꝑuato·ſubiūgit·cupidi·elati ſuꝑbi·bla
ſphemi·parentibꝰ ñ obediētes·ingrati·ſceleſti·
ſine affectione·ſine pace·crimīatoꝛes·inconti
nentes·īmites·ſine benignitate·ꝓditoꝛes pꝛo
terui·timidi·voluptatū amatoꝛes magis q̄ꝫ dī
hñtes quidē ſpeciē pietatis·virtutē aūt eiꝰ ab=
negātes·Et quia cum talibus habitare pericu
loſū eſt·ideo ſubdit·Et hos deuita·Sꝫ difficile
immo impoſſibile eſt iſtos penitꝰ euitare·q̄n
cū eis interdū opoꝛteat ꝯuerſari·ideo ſūmoꝑe
cauendū eſt homini·ne ſeducat̄ a talibus· aut
cōfoꝛmetur eis in moꝛibus· vel ne ſaltē ab eis
mendaciter infamet̄· ¶ Tertio docemur finē
nouiſſimū ꝑuidē·Exemplū accipiamus in ſin
gulis artificibus·qui anteq̄ꝫ opus ſue artis in=
cipiāt·p̄ſtituūt ſibi finē·&ſꝫm exigentiā finis
ꝓſequunt̄ opus donec ad finē intentū ꝑueni=
ant·Sed ab iſta oꝛdinatione operum nr̄oꝛum

in finē vltimū abducunt̄ aliqui vehemēti paſ
ſione ſeu delectatōne illecti· Sic innuit ſapiēs
prou·v· Ne intēderis fallacie mulieris· fauus
em̄ diſtillans labia meretricis· & nitidius oleo
guttur eius· Mulier iſta eſt carnalis cōcupiſcē
tia· que emolliēdo mentē efficit muliebrē· Di-
citur aūt meretrix· quia aīam ꝓſtituit· Sequit̄
Nouiſſima aūt illius amara· q̄ſi abſinthium·
Item prou·xxiii· Ne intuearis vinū q̄ndo fla-
ueſcit· cū ſplēduerit in vitro color eius· ingre-
dit̄ blāde· ſ; in nouiſſimo mordebit vt coluber
et ſicut regulus venena diffūdet· Per vinum
intellige delectationē carnalē· q̄ mentē inebri-
at· & a ſe quodāmodo alienat· vt n̄ videat nec
cōſideret vt ſit finis huius delectationis· Alii
a cōſideratione finis vltimi abducunt̄· ignorā
tia ſeducti· Sicut innuit ſapiens ꝓuer·xiiii·
Eſt via que videt̄ homi recta· nouiſſima eius
deducūt ad mortē· Alii ꝑ malitiā obfirmati· ſi
cut balaā ex ſola malitia ꝑſeuerabat in malis·
et tn̄ dicebat· moriat̄ aīma mea morte iuſtoꝝ
& fiant nouiſſima mea hoꝝ ſimilia· Mortem
optabat ſimilē iuſtis· & tn̄ habebat vitā diſſi-
milē· Similr̄ multi vitā eius peſſimā imitātes
deū orant· ꝙ det eis mortē ꝓuidā· & vitā eter
nam· Quod tn̄ nunq̄ȝ aut valde raro ꝯtingit
vt qui ſanus & ſanis ſenſibus ſibi nō ꝓuidit·
in mortis anguſtia ligatis iam ſenſibus et de
ficientibus ſibi ſalubriter ꝓuidere poſſit· Cum
dicat· p̄s· Non eſt in morte qui memor ſit tui
Et beatꝰ Aug· ait· Percutit̄ hac aīaduerſione
peccator· vt moriens obliuiſcat̄ ſui· qui dū vi-
ueret oblitus eſt dei· Nec vitā eternā meretur
miſer hō peccando· vel in peccato manendo· ſ;
mortē eternā· Sicut ait apl's ro·vi· Stipendia
peccati mors· Magna igit̄ eſt fatuitas· imo de
mentia deteſtāda· poſt malam vitā ſperare bo
nam mortem· Ideo prudēter et ordine debito
monet ſapiens· prou·xix· Audi conſiliū & ſu
ſcipe diſciplinam· & eſto ſapiēs in nouiſſimis
tuis· Attende q̄ȝ breuiter & ordinate procedit·
Primuȝ eſt em̄· vt cōſiliū ſanū requiras et au-
dias reuerenter· Secundū vt illud adimpleas
diligēter id ē vt vitā ordiatā habeas· & vndiq̄ȝ
regulatā· Et tūc ſequit̄ ordinate tertiū· vt ſcil;
ſis ſapiēs in nouiſſimis tuis· In hoc quippe cō
ſiſtit ſapientie cōplementū· Non em̄ qui ſapi
enter incipit opus grāde· ſ; qui ſapiēter cōſum
mat laudandus eſt· Sicut ait Ambroſiꝰ· Lau-
da nauigātis felicitatē· ſed cū ꝑuenerit ad por
tum· Lauda ducis virtutē· ſ; cū ꝑductꝰ eſt ad
triumphū· Quid em̄ ꝓdeſt bn̄ & diu nauigaſ
ſe & in portu ꝑire· Et quid valet cū hoſtibus
fortiter dimicaſſe & in ipſa hora victorie defe-
ciſſe· Non pigeat hic exemplum ſub breuitate
tangere· de q̄dragīnta martyribus· quoꝝ vnꝰ
poſt multa ſupplicia recurrēs ad balneū puſil-
lanimis effectus· deficiens emiſit ſpm̄· & co-
ronā ꝑdidit iā paratā· Quid igit̄ ꝓdeſt ī tem-
poraliū reꝝ diſpoſitione ſapientē eſſe· & circa
finē deſipere· cum finis cōſideratio debeat eſſe
p̄ncipalis & intentione cuiuſlibet oꝑantis· &
ex bonitate finis depēdeat bonitas opis· Ideo
dn̄s inſipientiā nr̄am redarguens· & ad verā
ſapientiā nos exhortans ait· deut·xxxii· Gens
abſq̄ȝ cōſilio· & ſine prudētia· vtinā ſaperent &
intelligerēt ac nouiſſima ꝓuiderēt· Notate ver
ba· Aliqui cōſilio nō egentes· ꝓpria prudentia
dirigunt̄· Alii prudentiā nō hn̄tes· conſilio ſa
pientiore regunt̄· & vtriq̄ȝ ſapīa ſua vl' aliena
ſaluant̄· Qui vero nec prudentiā hn̄t· nec cō-
ſilium querūt vel negligunt· quō ſaluabunt̄·
Multominꝰ ꝑfecto patere pōt via ſalutis illis
hoībus qui prudentiā hn̄t· nec eā ad opus ap-
plicāt· ſ; cōtraria potius oꝑant̄· Et rurſus· ha-
bētes cōſiliū· nullatenus acquieſcūt· Vtinā in-
quit ſaperent· id eſt ſaporarēt celeſtia· & intelli-
gerēt· id eſt intus legerēt interna ꝯſciētie ſecre
ta· merita videlic; vel demerita· cogitationes·
affectiones· & intentōnes· & etiam ꝑuitates·
Sequit̄· Ac nouiſſima ꝓuiderēt· Sane in ꝓui
ſione nouiſſimoꝝ precipue conſiſtit· et totius
vite p̄terite erratorum correctio· & ꝑiculoꝝ fu
turoꝝ euaſio ac procuratio ſufficiens neceſſa-
riorum ſeu expedimentū ad ſalutem·

Nouiſſima aūt· quoꝝ ꝓuiſionē ſeu proui
dam meditationē dominus tam viſceroſe· q̄ȝ
miſericorditer nobis optat dicens· Vtinā no-
uiſſima ꝓuiderent· Et ſapiens ad eorū iugem
memoriā nos inuitat dicēs· In omībꝰ opibus
tuis· memorare nouiſſima· ſūt q̄tuor· videlic;

Penale mortis diuortiū· / Finale dei iudicium· / Damnatio reproborū· / Remuneratō beatorum·

Mortē vocaui diuortiū· quia videlic; immi nēte mortis ar
ticulo cōfligētibus elemētis armonia diſſipat̄
& illud corporis et aīme ſeꝑatur mr̄imonium
quod tāto fuerat nexu cōcordie federatū· An-
teq̄ȝ iſtud diuortiū celebret̄· debemus nos ſol-
licite p̄parare ꝑ timorē dn̄i· quo cuncta noxia
declinemꝰ· Et ꝑ ſapientiā qua opemur ſaluba
et celeſtia deguſtemus· De p̄mo dicit ſapiens·
prou·xxiii· Ne emulet̄ cor tuū peccatores· ſed
in timore dn̄i eſto tota die· quia habebis in no
uiſſimo ſpem· & p̄ſtolatio tua nō auferet̄· De
ſcd̄o dicit idem·xxiiii· Comede fili mi mel· qr
bonū eſt· & fauū dulciſſimū gutturi tuo· ſic &
doctrina ſapiētie aīe tue· quā cū inueneris ha
bebis in nouiſſimo ſpem· & ſpes tua nō ꝑibit
& de muliere ſancta dicit̄ ꝓuer·xxxi· Ridebit
in die nouiſſimo·

## DE MORTE NATVRE· DIS· II·

IN ſcriptura ſacra mortē q̄druplicem
inuenimus· Eſt em̄ mors nature· ad
quā nos p̄parare debmꝰ· qr ꝑiculoſa
de qua ait· p̄s· Quis eſt hō qui viuet
et nō videbit mortē· eruet aīam ſuā de manu
inferi· Primum eſt impoſſibile· Secundū val-
de difficile· Attende multū eſſ; trāſitus ꝑiculo
ſus· vbi nō poſſet hō euadē q̄n aliq̄ȝ membrū
emitteret· q̄ntumcūq̄ȝ ſibi ſollicite p̄caueret· Si
vero negligēter ageret· vitā ꝑderet corporalē·
ſic eſt de trāſitu mortis· quā impoſſibile eſt ho
minē euadē· q̄ntacūq̄ȝ diligentia ipam effugē

vel differre conet̃·Sed ſi prudẽter ſibi prouí=
derit·aĩam ſuã de penis mferi liberabit·Si ve
ro male ſibí p̃cauerit·coꝛpis ſimul et aĩme vitã
perdit·Scõa moꝛs ẽ culpe quã declmare debe
mus·quia dãnoſa·ꝰ ꝗ dicit̃ oꝛee·xviii·Anima
que peccauerit ipa moꝛiet̃·Tertia ẽ moꝛs gr̃e·
quã debemꝰ optare·qꝛ fructuoſa·De qua dic̃
apl's·ro·vi· Exiſtímate vos quidẽ moꝛtuos eẽ
peccato·viuẽtes aũt deo. Quarta ẽ moꝛs Iehen
ne quã debemꝰ foꝛmidare· qꝛ doloꝛoſa·De ꝗ
ꝺꝛ baruth·ii·Moꝛtui ſunt ĩ doloꝛibꝰ peſſimis
Circa moꝛtẽ nature conſiderare debemꝰ
moꝛiendi ſententiã· Moꝛiẽtis anguſti
am·Moꝛtis preſentiã· Et moꝛtuoꝛum
differentiã·Moꝛiẽdi ſententia a ſũmo legiſla
toꝛe pꝛofert̃·Geñ·ii·vbi dñs ad adã ait· De li=
gno ſcientie boni et mali ne comedas·In quo
cunqꝫ em̃ die comederis ex eo·moꝛte moꝛieris
Signanter aũt dicit·moꝛte moꝛieris·videlicet
quia moꝛtuus m aĩa·moꝛtis etiã coꝛpalis ſen
tentie ſubíacebis·O·ſentẽtia gñalis·Rationa
bilis·Medicmalis·írreuocabilis· ¶ Vere ge=
neralis ſentẽtia a qua nullus excipit̃·vt nullꝰ
ſupbiat·Vñ·ii·Reg·xiiii· Om̃s moꝛimur·Ec=
cleſiaſtes·ii·moꝛit̃ doctus pariter et mdoctꝰ·
Berñ·moꝛs nullius mopie miſeret̃·nec diuiti
as reueret̃·nec generi cuiuſlibꝫ aut moꝛibus·
Nõ ipi deniqꝫ parcit etati·Moꝛs eſt ſic̃ cyphꝰ
illius qui ꝓclamat vmũ m taberna· qui adeo
cõis eſt ꝙ oĩbus coĩcat̃·Nã ipe oĩbus poꝛrigit
cyphũ ſuũ vt om̃es alliciat·Similr̃ eſt ſicut la
tro dans potũ tranſeũtibus vt ſopiant̃· et ſic
eos ſpoliet doꝛmiẽdo·ſic moꝛs oĩbus tranſeũ=
tibus vias p̃ñtis vite poꝛrigit potũ amaritudi
nũ ſuaꝝ vt doꝛmiãt ſõnũ ſẽpiternũ· Dicebat
quidã ꝙ ſi h̃ret iudicẽ fidelẽ eligẽ·moꝛtẽ p̃ ce=
teris eligeret·eo ꝙ nõ ẽ pſonaꝝ acceptio apud
eam·nec miſeretur pupillo·nec deffert ſenioꝛi
nec timet potentẽ·nec feret̃ nobilẽ·nec hoꝛret
paupem aut ignobilẽ·nec dimittit diuitẽ·nec
cõtemnit mfirmũ·aut debilẽ·nec euitat foꝛtẽ
nec parcit ſapiẽti·nec cõdonat mſipiẽti· Sꝫ vt
dicit̃·moꝛs ſceptra ligonibꝰ equat·Eſt ꝯmune
moꝛi·moꝛs nulli parcit honoꝛi· Nobilis & foꝛ
tis veniũt ad funera moꝛtis·Ecc̃·xli·O moꝛs
bonũ eſt iudiciũ tuũ· ¶ Dicit̃ ꝙ cũ dñs de=
mugoꝛri h̃ret filiũ nouũ militẽ euntẽ ad tyro
cinium & trãſeuntẽ p claramuallẽ· videns ibi
dei milites bt̃e virgini militantes· cogitãs ꝗs
finis eſt vtriuſqꝫ militie· & ꝙ m vtraqꝫ poſſet
moꝛi·qꝛ moꝛs cõis erat his & ill'iunioꝛibus &
ſenioꝛibus mtrauit ibi oꝛdmẽ·Cũ aũt pater ſu
us veniret mmãs ꝙ abbatiã deſtrueret niſi re
diret·ait ꝙ filius rediret cum hac cõditione ſi
vnã cõſuetudmẽ que erat m terra ſua remoue
ret·quod ſi nõ facerꝫ eum m pace dimitteret·
Hoc pater annuí· Filius ꝯſuetudmẽ patrie de
clarauit· ꝗ erat ꝙ eque moꝛerent̃ ibi iuuenes
ſicut ſenes· ¶ Ex his patꝫ ꝙ moꝛs eſt meuí=
tabilis·ꝓpter qꝺ ait Aug·Nõ impoꝛtune nec
mcõgrue arbitroꝛ accidiſſe·& ſi nõ hũana m=
duſtria·diuino foꝛtaſſe iudicio ·vt hoc verbuꝫ
quod eſt moꝛitur in latina lingua·nec grãma
tici declmare potuert̃·ea regula qua cetera de=
clmant̃·Ab eo nãqꝫ qꝺ ẽ oꝛit̃·fit verbũ p̃teriti
tp̃is qꝺ ẽ·oꝛtus ẽ·& ſi qua ſũt ſimilia·ꝗ p tem
poꝛis p̃teriti pticipia declmant̃· ab eo aũt qꝺ ẽ
moꝛit̃·ſi queramꝰ p̃teriti tp̃is verbũ ·Rñderi
ſolet·moꝛtuus eſt·u·littera gemmata· Sic em̃
dicitur moꝛtuus quõ fatuus·arduus·carduus
cõſpicuus & ſi qua ſũt ſimilia·ꝗ nõ ſũt p̃teriti
tempis·ſꝫqm̃ noĩa ſunt ·ſine tempe declmant̃
illud aũt ꝗſi vt declmet̃ qꝺ declmari nõ poteſt
pꝛo pticipio p̃teriti tp̃is·ponit̃ nomẽ·Cõueni
enter itaqꝫ factũ eſt·vt queadmodũ id qꝺ ſig
nificat nõ põt vitari agẽdo·ita verbũ non po
teſt loquẽdo declmari·Hec Aug·Hec aũt me=
uitabilis moꝛiendi neceſſitas·eſt homĩ rõ hu=
miliãdi·Vñ berñ·Ad eugeniũ ait·Cõſiderãti
duo hec·rõnale ſcꝫ & moꝛtale·is tibi exmde oc
currit fructus·vt moꝛtale qꝺ eſt m te·rationa
le humiliet·Et rurſum rationale·moꝛtale con
foꝛtet·Quoꝝ neutrũ neglectui eſt homĩ circũ
ſpecto· Nam & ſi ſupbierit ex rõnali·quod ei
cõmune eſt cum angelis·ex moꝛtali fit humi=
lis quod participat cũ iumẽtis·qm̃ hõ cũ ĩ ho=
noꝛe eſſet nõ mtellexit· compatus eſt iumẽtis
mſipientibus·& ſimilis factus eſt illis· ¶ Itẽ
moꝛtis ſententia eſt rationabilis·Nam p vnũ
hoĩem peccatũ mtrauit m mundũ·& p pecca=
tum moꝛs·ita moꝛs m om̃s hoĩes ptranſiuit·
m quo om̃s peccauerunt ·Ait apl's ro·v·Natu
ra em̃ hũmana que in p̃mis parẽtibus tota fu
it·ipoꝝ mobediẽtia creatoꝛi ſuo cõtumeliã fec̃
que toti hũano generi iuſte debuit imputari·
Cum em̃ m ſemĩe ſit virtualr̃ tota arboꝛ·vitiũ
ſeminis·vitiũ dicet̃ et arboꝛis·Sicut aũt fluui
us vitiat̃ m fonte·fructus m ſemĩe·ſic tota po
ſteritas vitiat̃ ĩ oꝛigine·Nõne ꝓ quibuſdã cri
minibus·vtpote hõicidiis·ſacrilegiis et hmõi·
que cõmittunt̃ a patribꝰ·tota ꝓgenies moꝛtis
ſupplicio cõdemnat̃·vel m exilium depoꝛtat̃·
poſteritatẽ ſuã pater occidit·dũ cõmittẽdo fla
gitiũ moꝛte dignũ·filiis nõ precauit·Sic ĩ ade
peccato mtelligendũ eſt·ꝙ pſona coꝛrupit na=
turã·& nat̃a coꝛrupta coꝛrũpit pſonã·Vñ cũ
tota humana natura fuerit ĩ adã qñ peccauit
totã naturã coꝛrupit·que tota coꝛrupta· non
poteſt niſi filios coꝛruptos gñare·et quia pec=
cãdo oꝛigmalẽ iuſtitiã & ĩmortalitatẽ pdidit·
nõ niſi miuſtos & moꝛtales filios generauit·
¶ Itẽ moꝛtis ſentẽtia medicinalis eſt·Moꝛs
quidẽ xp̃i eſt medicmalis·deletiua culpe cauſa
liter·moꝛs aũt nr̃a nobis eſt medicmalis occa
ſionaliter · Nam p moꝛtẽ xp̃i delet̃ oꝛigmale
peccatũ m paruulis·qꝺ ſuo pondẽ ipos trahe=
bat ad tartarũ·vt qui p alterius volũtatẽ et fa=
ctum·id eſt ade amiſit oꝛiginalẽ iuſtitiã & re
us erat obligatꝰ ad penã dãni·id ẽ carentiã di
uine viſionis· p alterius volũtatẽ et remediuꝫ
rediret ad innocentiã & reduceret̃ ad gloꝛiam
vt ſicut p̃mo vnius delicto regnauit moꝛs p
vnũ·ſicut dicit apoꝰ·ro·v· multomagis vita
rediret p vnũ ihm ſcilicꝫ xp̃m·qui moꝛtuꝰ eſt

et reſurrexit·imo qui & interpellat pro nobis
Nec ſolū delet originale peccatū in paruulis ·
verūetiā actuale diluit in adultis coopante fi=
de & libera volūtate· In deletione em̄ actualis
peccati requirit̄ motꝰ liberi arbitrii· ſicut ipm
actuale peccatū cōmittit̄ ꝑ cōſenſum ꝓprium
ipiꝰ peccātis· Vn̄ ait apl's ro·v· Si vnius deli=
cto multi mortui ſūt·multomagis gr̄a dei·&
donū in gr̄a vnius hoīs ihu xp̄i in plures abū
dauit· Si em̄ in vnius delicto mors regnauit
ꝑ vnū·multomagis abū dantiā gr̄e et donatō
nis·&iuſtitie accipiētes in vita regnabunt per
vnū ihm̄·ſcꝫ xp̄m·qui in cruce manus expan
dit·mēbra diſtēdit·dilatat viſcera·pectꝰ porri
git·latus aperit·vt ſanguine ſuo viuificꝫ ſobo
lem·vt recurrat·nō tā filius paruulus ad vbe
ra pie m̄ris ·q̈ꝫ adultus velud filius ꝓdigꝰ ad
viſcera pii p̄ris · Vt lucide videamus & viuac
ter ſētiamus·ꝙ claui eiuis quibus mortē nr̄aꝫ
moriendo deſtruxit·nō tam illius cōfixerunt
membra·q̈ꝫ nr̄a viſcera trāſfixerūt·nec taꝫ illi
infixere dolorē·q̈ꝫ in nobis infixerūt amorem
Extenſio ſiquidē corporis·in argumentū fuit
et indiciū dilatatoinis amoris· Rurſus mors
nr̄a occaſional'r nobis eſt medicinalis· Iuſtis
quidē medicinalis eſt·quia placēs deo factꝰ di
lectus·& viuēs inter peccatores tranſlatus eſt
ſic dicit̄ ſap̄·iii· Et quare· Raptꝰ eſt ne malitia
immutaret intellectū eius·aut ne fictō decip=
et aīam illius· Quia em̄ placita erat deo aī ma
illins·ꝓpter hoc ꝓperauit educē illū de medio
iniquitatū· Iuſtus aūt ſi morte ꝑocupatus fue
rit·in refrigerio erit· Vn̄ ait quidā·iuſti morſ
ſubita·quā preceſſit bona vita·nō aufert meri
ta ſi moriat̄ ita· In iuſtis auteꝫ medicinalis eſt
mors· Nam mors eſt eis finis peccati·reatꝰ di
minutio· Nam ſi eſſet vita ꝓlixior·eſſet forſi=
tan et culpa numeroſior · Expedit igit̄ impio
mori·magis q̈ꝫ viuere· ne ſi diutius viueret ·
peccaret amplius·& acerbius puniret̄· ¶ Item
mortis ſententia eſt irreuocabilis·vn̄ ſap̄·ii·ō2
Non eſt agnitus·qui ſit reuerſus ab inferis ·
Et Iob·xiiii· Lignū h̄t ſpem ſi p̄ciſum fuerit ·
Rurſus vireſcit·&rami eius pullulāt· Si ſenu
erit in terra radix eius·& in puluere emortuꝰ
fuerit trūcus illiꝰ·ad odorē aq̄ germīabit &c̄·
hō vero cum mortuus fuerit·nudatꝰ atqꝫ cō=
ſumptus· vbi queſo ē· quō ſi recedāt aque de
mari·& fluuius vacuefactꝰ areſcat· ſic homo
cum dormierit·non reſurget· Ideo ōr·ii· Reḡ·
xiiii· Om̄s morimur·et q̈ſi aque dilabimur in
terrā·que nō reuertent̄· Sed cū reſurrectioneꝫ
oīm gn̄alem credamus· Et dicat apoꝰ·i·corꝝ ·
xv· Om̄s quidē reſurgemus· quō verū eſt qȯ
hic dicit̄·homo cum dormierit non reſurget·
reſponſio· Quia quidā heretici poſuerūt ꝙ hō
pl'ies moreret̄ et pl'ies reſurgerꝫ ad vitā corru=
ptibilē& mortalē qualē vtiqꝫ nūc habemꝰ· Alii
vero poſuer̄t ꝙ hō ſemel mortuꝰ n unq̈ꝫ reſur
gerꝫ in eternū· Ideo ꝯtra ꝑmos dic̄ Iob· xxiiii·
Hō cū dormierit· n̄ reſurget· Cōtra ſcd̄os ūo
dicit apoꝰ· Om̄s reſurgemꝰ· Et hoc ꝓbat mul
tipliciter·ſicut patꝫ ibidem· Eſt etiam ratio·va
num gaudiū cōtemnēdi · Miruꝫ eſt em̄·cū hō
ſit ſicut latro·qui lata ꝯtra ſe ſentētia mortis
velatis oculis & ligatis manibus ducit̄ ad ſu=
ſpēdiū·quō ridet aut gaudet· Tales erāt ciues
irl'm quorꝝ fatuam cecitatē videns et arguens
dn̄s fleuit· Luc̄·xix·videns ciuitatē fleuit ſuꝑ
illā·dicēs·q2 ſi cognouiſſes et tu ſupple fleres
Ad hoc valet exemplū de fratre regis·q̇ timo=
re mortis incōſolabil'r flebat·nec a fletu pote=
rat aliqua muſicorꝝ dulcedīe cohiberi· Hoc ex
emplū Re·infra de iudicio·ca·iii· Si ſic flebat
ille pro ſentētia regis terreni fr̄is ſui·ꝓ morte
corporis·cū tn̄ nō eſſet ſibi cōſcius criminis ali=
cuiꝰ·q̈ntum hō flere debet ꝓ ſententia iudiciſ
eterni iuſta et irreuocabili·pro morte non cor
poris tm̄·ſꝫ aīme ſimul & corpis nō temporali
et momētanea·ſꝫ eterna·

## ¶ DE MORTIS ANGVSTIA·DI·III·

POſt mortis ſententiā videamus mor
tis anguſtiā· Mors quippe a morſu
vel amaritudine nnm̄ habꝫ·q2 ꝑ mꝰ
homo ꝑ inobedientiā lignū vetitum tetigit·&
per morſū mortē amarā incurrit· ¶ Mortis
aūt anguſtiā oñdunt· Amor vnionis· Dolor
paſſionis· Terror damnatōis· ¶ Amor vnio
nis oñdit mortis anguſtiā·qm̄ amor vite pn̄=
tis ita cunctos deuinxit·ꝙ omis hō deſtituti=
onē corporis ſui plangit·& vnitam ꝓportione
mirabili corporis et aīme armoniam diſſolui
ingemiſcit· Per mortē aūt diſſoluit̄ m̄rimoni
um·quod tāto fuerat nexu cōcordie copulatū
Siccine ſeꝑat amara mors·i· Re·xv· Quantū
cunqꝫ aūt quis deſideret voluntate ꝑ gr̄am or
dinata ad eterne vite gl'iam ꝑuenire·tn̄ appe=
titu naturali refugit &horret ſeꝑationē aīme
a corpore·vn̄ idem apoꝰ·qui dicit·phy·i· Cu=
pio diſſolui·et eſſe cū xp̄o·dic̄·i·corꝝ·xv· Nos
qui ſumus in tabernaculo iſto·ingemiſcimus
grauati·eo ꝙ nolumus expoliari·ſꝫ ſupueſtiri
vt abſorbiat̄ qȯ mortale eſt a vita· Petro quo
qꝫ dixit dn̄s· Io·xxi· Cū eſſes iunior·cingebas
te·& ambulabas quo volebas· Cū aūt ſeneſcis
alius te cinget·& ducet quo tu non vis· Ecce
petrus etiā ſenex nō ꝓrſus abiecerat hūc affe
ctū q̇n mortē horrēt·ducendꝰ videlicet quo n̄
vellet· Hic ē affectꝰ quē oñdit xp̄s ꝓximꝰ paſ
ſioni·dicēs· Triſtis ē aīma mea vſqꝫ ad mortē
Math·xxvi· Et iterꝝ·pater mi ſi poſſibile ē trā
ſeat a me calix iſte·verūtn̄ nō ſic̄ ego volo·ſed
ſicut tu vis· Cum igit̄ hic affectus tam inſep=
abiliter nobis inhereat·manifeſtū eſt ꝙ nō ſi=
ne anguſtia poſſūt corpus & aīa tanto federe
copulata ſeiūgi· Deponit̄ aūt in morte corpuſ
&ab aīa ſeꝑatur ac deſtituit̄ a ſua pulcritudīe
quia vt dic̄ Auġ· Cuius erat an̄ gratiſſimꝰ am
plexus·fit eius ī morte horribilis aſpectꝰ· Vn̄
legit̄ in vitis p̄rm·ꝙ cū quidā heremita temp
taret̄ de pulcritudee cuiuſdā mulieris·audiēs
eā mortuā poſt paucos dies cucurrit ad ſepul=
crum eius· vt videret qualis eſſꝫ amor eius·&
apto ſepulcro abſterſit ſanieꝫ de corpore cum

pallio ſuo·& deformitatē et ſaniē opponebat
temptationi ſue·dicens·Vide qualis eſt amoꝛ
tuus·Poſt ſeparationē coꝛpoꝛis ſequit̃ etiā eius
coꝛruptio in carnis putrefactione et tabefacti
one·Sicut enī hō de putrefactōe·ſeu putredīe
concipit̃ et nutrit̃·ita in putredinē ip̄m coꝛpꝰ
reuertit̃·Iob·xxv·Homo putredo et filius ho
minis vermis·Idem·xvii·ca·putredini dixi·
pater meꝰ es·et mater mea·Quia de nobilita
te parentū nihil habet homo niſi putredinē·
ad quā redit nobile coꝛpꝰ·Vñ eſt ſimilis gla
ciei·que aque filia generat eam·quia in eā re=
ſoluit̃ vñ·Mater me genuit·eadē mox gigni
tur ex me·Sic mater coꝛpoꝛis humani eſt pu=
tredo·quā poſtea ip̄m generat·dum in eā re=
ſoluit̃ tabefactū·ii·Mach·ii·gloꝛia peccatoꝛis
ſtercus et vermis·hodie extollit̃ et cras nō in=
uenief̃·Ecci·xxviii·tabitudo et moꝛs īminet
vñ cuidā dictuꝫ eſt in ſomnis·Diuide quicqd
habes·fies cito liuida tabes·Quod cū feciſſet
volens eum dyabolus facere deſperare et pe=
nitere de bono fcto·rñdit ei p ſomniū·Sōnia
ne cures·quia vallūt plurima·plures· ¶ Itē
coꝛruptō patꝫ ī vermiū coꝛuptione·& coꝛroſio
ne·Vñ filius hoīs vermis·hō vermes de ſe ge
nerat quantumcunqꝫ nobilis extiteit·ecci·v·c·
Homo cum moꝛiet̃ hereditabit ſerpentes·be=
ſtias et vermes·quia vt dicit̃ de cerebꝛo coꝛpis
bufo poſt moꝛtē naſcit̃·de renibꝰ ſerpens·de
ventre lūbꝛici·de carne vermes·de lingua aſta
labus·de pelle tinea·Et hec de nobili coꝛpoꝛe
hoīs naſcunt̃·& illud cōſumūt·Fuit quidam
nobiliſſimꝰ hō·cuiꝰ cū ſepulcrū p̄cioſū euolu
tū oñderet̃ ſubito inſiliit ō ſepulcro illiꝰ bufo
rufus et maximus ſup marmoꝛeū pauimentū
eccleſie·quē aliūde habuiſſe oꝛiginē nō eſtimo
niſi a carne illiꝰ nobiliſſimi ibi ſepulti·Ex iſta
vermiū gñatione debēt humiliari hoīes nobi=
les et potentes·quibꝰ dicit bts Berñ·Quid fe=
tidius hūano cadauere·qd hoꝛribiliꝰ moꝛtuo
hoīe·cuius erat in vita gratiſſimus amplexus
fit in moꝛte hoꝛribilis aſpectus·Quid ergo ꝓ=
ſūt diuitie·quid delitie·qd honoꝛes·Diuitie
nō liberāt hoīem·a moꝛte·delitie nō liberāt ho
minē a verme·honoꝛes nō liberāt eū a fetoꝛe·
quia qui mō ſedebat diues et gloꝛioſus ī thro=
no·mō iacet paup in tumulo·Qui modo deli
tiis veſcebat̃·nunc a vermibus in ſepulcro cō
ſumitur·Qui pauloante ī aula gloꝛioſus aſta
bat·mō in tūba ignominioſus ſepultus iacet·
Memoꝛare ergo nouiſſima tua & ineternū nō
peccabis·Idem berñ·Non ſolū nouiſſima ſꝫ &
p̄ma et media·Vide prima et erubeſce·Vide
media et ingemiſce·Vide nouiſſima et cōtre=
miſce·vel pertimeſce·Prima inducūt homī pu=
doꝛē·Secūda doloꝛē·Nouiſſima timoꝛem·
¶ Habet̃ aūt huiꝰ coꝛruptionis et tabefacti
onis exemplū·ii·Mach·ix·b·c·de ſubita pcuſ
ſione regis antiochi·de quo ibi dicit̃·ꝙ appre
hendit eum doloꝛ dirus viſcerū et amara inte
ſtinoꝝ toꝛmenta·Et poſt·Ita vt de coꝛpoꝛe im
pii vermes ſcaturirēt·& viuentes in doloꝛibus
carnes eius effluerēt·odoꝛe etiā illius & fetoꝛe
exercitus grauaret̃ &c̈· ¶ Item actuū·xii·g·
Herodes aūt veſtitus veſte regia cōtionabat̃
ad populū &c̈·Et poſt Angelus autē domini
percuſſit eū cōfeſtim·et cōſumptus a vermibꝰ
expirauit·De cuius coꝛruptione·carnis tabefa
ctione & conſumptōe ſatis tangit̃ in hyſtoꝛia
eccleſiaſtica & ſcolaſtica· ¶ Item ex coꝛrup=
tione ſurgit coꝛpoꝛis incineratio·Iob·xxxiiii·
ca·defitiet om̄is caro ſimul·& hō in cinerē reu
tetur·In ſignū huius ſupponunt̃ ei cineres ī
capite ieiunii·Et dicit̃ ei·Memēto quia cinis
es·et in cinerem reuerteris·Geñ·xvii·f·Dixit
abꝛaham ad dñm·loquar ad dñm deū meuꝫ
cum ſim puluis et cinis·Huius elegans exem
plū legit̃ de exercitu ſennacherib·quē angelꝰ
dñi pcuſſit·et in ſpacio vnius noctis in cinerē
redegit·vt legitur in hyſtoꝛia ſcolaſtica·Qō &
tangit̃·yſa·xxxvii·g·Et·iiii·Re·xix·ii·paral·
xxxii· ¶ Item doloꝛ paſſionis oñdit moꝛtis
anguſtiā·qm̄ in moꝛte ſolent cōcurrere varia
moꝛboꝝ gñā·et membra ſic occupare ſingula
vt pl̄es qñqꝫ ſint moꝛbi q̄ꝫ mēbꝛa·Doloꝛes eti=
am irruūt tam vehemēter intenſi·vt vires coꝛ
poꝛis eneruēt·ſomnū auferāt·quietē impedi=
ant·animū inquietēt·ſenſus om̄es pturbent·
appetitū deſtituāt·obtundāt memoꝛiā·obnu
bilent intellectū·ac ſic aīam totā occupent·&
diſtrahant·& nihil aliud ei cogitare liceat·q̄ꝫ
doloꝛes·Vñ greg·Tanta eſt ibi vis doloꝛis·ꝙ
alibi non poſſet referri impetus cogitationis·
Quod multū deberēt adūtere qui cogitant in
fine penitē·& tūc p̄mo de ſalute aīe ſue cogi=
tare·quia qñ aliq̄s habet aliquē amiciſſimum
quē ſemp habuit p̄oculis·& cū videt anxiū ad
moꝛtē·et habꝫ vnicū infirmū·de cuius incō
modo nunq̄ꝫ aut parū cogitauit quē nō habꝫ
p̄oculis·nō eſt mirū ſi minus dilectū quē non
videt tradat obliuioni·pꝛo eo quē maxime di
lectū moꝛi videt·Amicuꝫ quē carnales maxīe
dilexerūt coꝛpus eoꝝ eſt·minime dilectus & qui
nō videt̃ ſpūs eſt·qui tūc obliuioni tradit̃ &
deus ip̄e p̄s·Qm̄ nō eſt in moꝛte·qui me·ſ·t·
Aug·in quadā omelia·Percutit̃ hac aīaduer=
ſione peccatoꝛ·vt moꝛiens obliuiſcat̃ ſui·qui
dum viueret oblitus eſt dei·Item debēt cogita
re ꝙ ita inexoꝛabilis eſt moꝛs ꝙ pꝛo toto mū=
do non daret vnā diē aut hoꝛā de indutiis·vel
aliq̄ꝫ moꝛā·Et ꝙ ꝓpter aliquē reuocarꝫ p̄cibꝰ
aliquibus aut p̄cio grauedinem infirmitatis·
Vñ cū quidā·vt dicebat maḡ Iacobꝰ·longo tē
poꝛe ſeruiſſet cuidā magno p̄ncipi & grauiter
egrotaret·cū aſtaret ei dñs ſuus dicens ꝙ mul
tum ei cōdoleret·& ꝙ ſi quo indigeret·hoc ab
eo peteret·Dixit eger ꝙ petebat pro om̄i ſerui
cio qō ei fecerat ꝙ liberaret euꝫ ab infirmitate
vel ſaltem ad hoꝛā·& cū dr̄et ꝙ hoc nō poſſet
facē·niſi ſolꝰ deus·ait eger·et ego illi q̄ ſolus
facere pōt hoc pꝛomitto ꝙ ſi me liberet·ei ſoli
inppetuū ſeruiā·quod et fecit· ¶ Itē rex frā
cie laboꝛās ad moꝛtē·& deſperatus a medicis·
& poſitus in cinerē vocauit om̄s aſtātes·dicēs

Ecce ego qui ditiſſimus erā·& nobiliſſimꝰ de
mūdo & potētiſſimus pro oībus diuitiis meis
et potentia et amicis nō poſſum extorquere a
morte inducias ab hac infirmitate ꝑ vnicam
horam·Quid ergo valēt iſta oīa·Et hoc di=
cens·oēs audientes ꝯcitauit ad fletum· Ipe
cōtra ſpem a dn̄o curatus cum crederet mortu
us reſurgens·et deo gratꝰ exn̄s crucē accepit
Iob·xvi·Ego quondā opulētus·repente cōtri
tus ſū· ¶Nō ſic fecit quidē vſurarius qui dū
in extremis laboraret·fecit apportari an̄ ſe va
ſa aurea & argentea ꝓmittēs aīme ſue illa·&
multo ampliora·vt agros domos et alia ſi ad
huc cū eo remaneret·Et cū magis vrgeꝫ eum
dolor infirmitatis ait·ex quo nō vis mecū mo
rari·reddo te dyabolo·Et hoc dicēs expirauit·
Cum aūt mors corporis ad penā purgatoriaꝫ
ꝑtinere credat̄·nam ꝑ dolores hmōi nōnunq̄ꝫ
in toto purgant̄ aīme·vel ſaltē in parte· Ideo
plerūqꝫ electi durius moriunt̄·qm̄ i eoꝝ mor
te intēdunt̄ qn̄qꝫ dolores·ꝑ quos venalia reſe·
cant̄·Sic purgatꝰ eſt in via lazarus vlceribus
plenus·vt mortuus ab angelis in ſinū abrahe
cum iubilo portaret̄ ·et diues moriēs apud in=
feros ſit ſepultus·Luc·xvi·Diues variis cra=
pulatus ferculis·auribus obturatis·precordiis
obduratis·clamorē paupis cōtempſit· Sꝫ ecce
poſt modicū vritur·ardet et eſtuat in inferno
qui mendicanti miſericordiā denegauit·Vbi
ſūt diues cellaria tua·vinoꝝ tam annoſitate ·
q̄ꝫ varietate repleta·vbi ſunt horrea·tātis gra
noꝝ copiis cumulata·Non te purpura defen
dit a frigore·nō biſſus tibi ſubuenit ab ardo=
re·Nunq̄ꝫ que pateris incurriſſes ſi de tantis
horreis micā·ſi de tantis cellariis guttā paupi
miſericorditer impēdiſſes·Sic ergo patꝫ ꝙ la
zarus paupem vitā ducendo & mortē duram
& miſerabilē ſuſtinēdo purgatus eſt· Simil'r
virū dei imiſſū ad Ieroboā in bethel·leo ꝓpter
culpam inobedientie purgandū occidit·quem
purgatū i morte vltra tangere non p̄ſumpſit
q̄n potius tam ipſius mortui· q̄ꝫ eius aſini cu=
ſtos fuit·Non igit̄ mirari debemus· ſi iuſtos
dure mori et impios trāſire leuius audiamus·
qm̄ iuſto dei iudicio iuſti qn̄qꝫ dure morien=
do purgant̄ in hoc mūdo·ne puniant̄ acriꝰ in
futuro·Impii vero ſi quid boni fecerūt·quaſi
pro remuneratione leniter moriunt̄· ꝓ malis
aūt que fecerūt·puniendi ꝑpetuo reſeruantur
Nota i vitis p̄rm de viro iuſto ·pio et ſimplice
qui durā mortē ſuſtinuit·& ꝓpter pluuias tē=
peſtates & grādines vix potuit corpus eiꝰ ad
locū ſepulture deferri ·vxor vero eius mulier
impudica·cum ſerenitate aeris et populi mul
ta frequentia fuit ad eccleſiā honorifice depor
tata· ¶Itē terror deſperarationis mortis oſtē
dit anguſtiā·Imminēte nempe mortis articu=
lo videntes demones quia modicū tempꝰ ha=
bent·& ſi hoīem illa hora ꝑdiderint· nō eum
vltra recupare valebūt· experiunt̄ plus ſolito
vires ſuas temptātes acriꝰ·& ꝓteruius infeſtā
tes· miſerū hoīem i deſꝑatōis foueā p̄cipitare

conātes·vt cum ad penalia loca ꝑtrahāt·& illi
ſint tortores in penis ·cuius fuerūt ſuaſores i
vitiis· ꝓpter q̄ꝺ bene dicit̄·eccēs·viii·nō eſt in
hoīs ditione ꝓhibere ſpiritū ſcꝫ exeuntē a cor=
pore·Non em̄ pōt hō mortē ſuā impedire·vel
differre· Sed tunc q̄ſi reus de carcere rapitur
ad tribunal iudicis ꝓpria corpis recepturus ·
ſm̄ illud·ii·coꝝ·v·Oīs nos maīfeſtari opor=
tet an̄ tribunal xp̄i·vt recipiat vnuſquiſqꝫ pro
pria corporis ·ꝓut geſſit ſiue bonū ſiue malū·
Sequit̄·Nec habꝫ poteſtatē ſui·ſ·vel diſponē=
di ſua in die mortis·anxietate morbi & debili=
tate corporis impeditus·Nec ſinit̄ quieſcē in=
gruente bello ·id eſt incurſu demonum· Ait
en̄ bt̄s bern̄·Oſtiū nr̄m maligni ſpūs obſidēt
et aduentū nr̄m ille horrende effigies p̄ſtolan
tur·Idē·Quō non mors peccatoꝝ peſſima vbi
nō ſubuenit vita·formido exire·& in ipō ꝯtre
miſco portus ingreſſu·dum non confido ꝓpe
aſſiſtere qui excipiat exeuntē·Quid em̄·Secu
re nō exeo·Si nō dn̄s ipē cuſtodiat exitū meū
heu ero dubio demonū intercipientiū me·nō
aſſiſtente qui redimat·neqꝫ qui ſaluū faciat ·
¶De mortis anguſtia·tā ex dolore paſſiōis
q̄ꝫ ex terrore dānationis·p̄s·Pulcre loquitur·
dicens·Circūderūt me dolores mortis·& tor=
rentis iniquitates cōturbauerunt me·dolores
inferni circūdederūt me ·p̄occupauerūt me laq̄i
mortis· ¶Diligenter attēde q̄tuor que mor=
tis tempꝰ infelicē aīaꝫ coanguſtāt· ¶Primū
eſt multiplex corpalis infirmitas·que notatur
cum dicit·Circūderūt me dolores mortis·Ec=
ce ꝙ irruunt infirmitates varie vndiqꝫ circum
dantes·vt qn̄qꝫ plura ſint doloꝝ gn̄a q̄ꝫ mē=
bra·Item cum hoc ꝙ multe ſūt· & graues ſūt
doloroſe et grauiter affugētes·& adeo ſūt do
lores vehementer intenſi·ꝙ armoniā corporis
oīo deſtruūt et aīam a corpe ſepari cōpellunt·
¶Secundū eſt multiplex occurrens iniqui=
tas·quod notat̄ cum dicit·Torrētes iniquita=
tis cōturbauerūt me·Ibi iniquitates oēs quaſ
feci·rapide et fortiter irruētes·Iuſto em̄ dei iu
dicio fit vt qui in vita penitere noluit· nec de
ſuis cogitare peccatis·de oībus tunc ſimul ir=
ruentibus deſꝑabil'r cōturbet̄ ·Vn̄ dn̄s ꝑ ·p̄s·
ait miſero peccatori·Arguam te·& ſtatuā con
tra faciem tuam· ¶Tertiū eſt cōſideratio ſup
plicii infernalis·quod notat̄ cū dicit·Dolores
inferni circūdederūt me·Et hoc recte ſequit̄ ad
p̄cedēs·ex quo nāqꝫ cōſiderat oīa peccata ſua
de quibus nō egit penitentiā nec deinceps ſe
ſperat agere poſſe·nō reſtat aliud niſi ꝙ ꝓ oī
bus eternaliter cruciet̄·Plural'r aūt dicit dolo
res·quia n̄ ſolū ſm̄ menſurā culpe erit & mē=
ſura pene·verūetiā ſingulis peccatis pene ſin=
gule r̄ndebūt·vt alie ꝓ aliis diuerſe ꝓ diuerſis
& grauiores ꝓ g̃uioribus infligant̄· ¶Quar
tum eſt aſpectꝰ demonū nimis terribilis·Qō
notatur·cum dicit·Preoccupauerūt me laquei
mortis· Demones nominant̄ laquei mortis ·
quia infelicē aīam illaq̄ant ne penitere poſſit·
et veniā poſtulare·& ſic illaq̄atam ad mortem

pertrahāt inferualem· Quando em̄ illaqueāt
demones per cōſenſum ꝓpꝛiū et cōſuetudinē
tūc foꝛtiſſime detinēt alligatā·vt ad peniten=
tiam ſe mouere nō poſſit·dicit aūt·p̄occupaue
rūt·videlicȝ ·an̄ ꝓlationē damnationis a iudi
ce·et an̄ ſeparationē aīe a coꝛpoꝛe· Demōes nem
pe tante ſūt p̄ſumptōis et ꝓteruie·vt nō expe=
ctent miſerū peccatoꝛeȝ ſibi tradi a iudice per
ſententiā diffinitiuā· Sed in eo dominiū & po
teſtatē·q̄ſi de iure acquiſitā vſurpāt·vn̄ ſalua
toꝛ loquēs irl̄m in pſona peccatoꝝ· Luc·xix ·
ait· Venient dies in te·& circūdabūt te inimi=
ci tui vallo· Inimici ſūt maligni ſpūs q̄ aīam
a coꝛpe exeuntē obſidēt·quā vallo circūdant ·
quia an̄ mētis eius oculos reductis iniquitati
bus quas ppetrauit·hanc ad ſocietatē ſue dam
nationis trahētes coartant·vt in ipa extremi=
tate vite poſita· & a quibus hoſtibus circūclu=
ſa ſit videat·& tn̄ euadēdi aditū inuenire nō
poſſit·quia opari iam bona nō licet·que cū li=
cuit agere cōtempſit· De quibus apte ſequit̄·
& circūdabūt te & coāguſtabūt te vndiqȝ·qm̄
ei nō ſolū opis· verūetiā locutōis atqȝ inſuper
cogitationis iniquitates replicāt·vt que prius
dilatauit in ſcelere ad extremū de oībus coan
guſtet̄ in retributione ¶ Sciendū ꝙ ſicut do
cet greg̊·iiii·li·dyal̄· hmōi terribiles viſiones
q̄nqȝ ad vtilitatē & coꝛrectionē ipoꝝ videnti
um·q̄nqȝ ūo ad vtilitatē audientiū oſtēdunt̄
Sicut declarat bt̄s greg̊·p exēpla· Ait em̄ Inq̄e
tus valde theodoꝛus noīe puer fuit qui in me
um monaſteriū fratrē ſuū neceſſitate magis
q̄ȝ voluntate ſecutus eſt·cui graue erat ſi quis
ei de ſalute ſua aliquid loqueret̄·bona aūt nō
ſolum facē·ſed etiā audire nō poterat·nunq̄ȝ
ſe ad ſancte cōuerſationis habitū venire iurā
do·iraſcendo·deridendo·teſtabat̄· Cum autē
pductus ad moꝛtē extremū ſpm̄ ageret·cōue=
nerūt fr̄es·vt eius exitū oꝛādo ꝓtegerent·iam
coꝛpus eius ab extrema fuerat parte p̄moꝛtuū
in ſolo tm̄modo pectoꝛe·vital̄ adhuc caloꝛ ha=
nelabat·fr̄es aūt tanto ceperunt enixius oꝛa=
re q̄nto eum videbāt ſub celeritate diſcedē· cū
repente cepit clamare ·magniſqȝ vocibus oр̄o
nes eoꝝ interrumpe dicens· Recedite·recedi=
te· Ecce drachoni ad deuoꝛanduȝ datus ſum ·
qui ꝓpter vr̄am p̄ſentiam me deuoꝛare non
pōt· Iam in oꝛe ſuo caput meū abſoꝛbuit·date
locum·non amplius me cruciet·ſȝ faciat quod
facturus eſt· Dicentibus aūt ei fratribus· fra=
ter quid loqueris· Signum tibi ſancte crucis
imp̄me· Ille cum magnis clamoꝛibus rn̄debat
Signare me volo·ſȝ n̄ poſſum· quia ſquamis
huius drachonis p̄moꝛ· Tūc fr̄es in terrā pꝛo=
ſtrati· ceper̄t ꝓ ereptione illius vehemēter oꝛa
re· Et ecce ſubito cepit eger magnis vocibꝰ cla
re·dicens· Gr̄as ago deo· quia dracho qui me
deuoꝛandū acceperat·oр̄onibus vr̄is expulſus
ſtare nō potuit· Modo ꝓ peccatis meis inter=
cedite·quia paratus ſum cōuerti ·& funditus
habitū relinquere ſeculareȝ ·Poſtq̄ȝ vero toto
ad deū coꝛde cōuerſus eſt·diuqȝ flagellis attri
tus·tunc eius anima carne ſoluta eſt· Conſtat
proculdubio ꝙ iſti pro vtilitate ſua· hec viſio
a pio dn̄o miſericoꝛditer eſt oн̄ſa· ¶ At ꝯtra
criſaurius noīe tm̄ plenus vitiis q̄ntum rebus
ſupbia tumidus carnis voluptatibus ſubditꝰ·
in acquirendis rebus auaritie facibus accēſus
cum dn̄s tot vitiis finem imponē decreuiſſet ·
coꝛpoꝛali moleſtia pcuſſus ē· Qui ad extremū
veniens·eadem hoꝛa qua iam de coꝛpoꝛe erat
exiturus·aptis oculis vidit nigerrimos ſpiritꝰ
coꝛā ſe aſſiſtere ·& vt eum ad inferni clauſtra
pducerēt·vehemēter vrgere· Cepit ille tremere
paleſcere·ſudare· magniſqȝ vocibus indutias
petere·filiūqȝ ſuū noīe maximū quē ipſe iam
monachus monachū vidi nimis turbatis cla=
moꝛibus vocare·dicens· Maxime curre· Nun
quā tibi aliquid mali feci· In fide tua me ſuſci
pe·turbatus mox maximꝰ affuit lugēs & per
ſtrepens familia cōuenit·ipi aūt malignos ſpi
ritus quos ille grauiter inſiſtentes tolerabat·
videre nō poterāt· ſȝ eoꝝ pꝛeſentiā in cōfuſio=
ne·palloꝛe·ac tremoꝛe illius qui trahebat̄ vide
bant·pauoꝛe aūt terraꝝ eoꝝ ymaginū huc il=
lucqȝ vertebat̄·in lectulo iacebat in ſiniſtro la=
tere·aſpectū eoꝝ ferre nō poterat·vertebat̄ ad
parietē·ibi aderāt· Cūqȝ cōſtrictꝰ nimis relax=
ari ſe poſſe deſperaret·cepit magnis vocibꝰ ac
clamare· Indutias vel vſqȝ mane· Sed cuȝ hic
clamaret·in ipis vocibus de habitaculo ſue car
nis emiſſus eſt· De quo nimirū conſtat·quia
iſta pꝛo nobis non pro ſe viderit ·vt eius viſio
nobis ꝓficiat·quos adhuc diuina patientia lō
ganimiter expectat· Idē· Monachꝰ quidā ma
gne eſtimationis bonis moꝛibus videbat̄·& i
omni ſua actione cōpoſitus· Sed ſicut ex fine
patuit·lōge aliter q̄ȝ apparebat fuit· Nam cū
ſe ieiunare cum fr̄ibꝰ demōſtraret·occulte mā
ducare conſueuerat· Quod eius vitiū oīo fr̄es
neſciebāt· Sȝ coꝛpis ſupueniēte moleſtia ad ex
trema pductꝰ fr̄es oīs qui ī monaſterio erāt
ad ſe cōgregari fecit·at illi a tali·vt putabant
viro ꝯuocati·magnū quid ac delectabile ſe ab
eo crediderūt audire· Cui ipe afflictus·ac tre=
mens cōpulſus eſt dr̄e·cui hoſti traditus coge
bat̄ exire· Nam dixit· Qn̄ me vobiſcū ieiuna=
re credebatis·occulte comedebā·& nūc ecce ad
deuorandū drachoni ſuȝ traditus· qui cauda
ſua pedes meos & genua colligauit·capud ūo
ſuum intra meū os mittēs·ſpm̄ meum ebibēs
abſtrahit· Quibus dictis ſtatim defunctꝰ eſt
& ut penitendo liberari poſſȝ a drachone q̄ȝ vi
derat expectatus nō eſt·cōſtat ꝙ ad ſolā vtili=
tatem audientiū nō ſuā hoc viderit·qui hoſtē
cui traditus fuerat & innotuit & non euaſit·
¶ Item narrat beda de geſtis angloꝝ·ꝙ rex
enredus quendā iuuenē grauiter egrotantē ·
vt cōfiteret̄·ammonuit· Qui rn̄dit ꝙ hoc ī in=
firmitate non faceret· quia ſodales inſultarēt
ei·ꝙ hoc nō ex deuotione·ſȝ timoꝛe moꝛtis &
defectu coꝛdis egiſſet·ſȝ poſtq̄ȝ ꝯualuiſſet libē
ter hoc faceret · Cum aūt infirmitate amplius
agḡuata·rex eū iterū viſitaſſet dixit ille·ꝙ tūc

nec deinceps eſſet aliqua viſitationis eius vtili
tas·eo ꝙ duo iuuenes pulcri et albi ad eũ mĩ=
uerant·quoꝝ vnus poꝛtabat librũ pulcrũ par
uulũ·in quo ſcripta erãt bona que fecerat·ſed
perpauca ·Poſtea vero innumerabilis exerci=
tus malignoꝝ ſpirituũ·quoꝝ maioꝛ ꝓtulit li=
brũ enoꝛmis magnitudinis·põderis impoꝛta
bil̃·& defoꝛmitatis hoꝛrẽde·ĩ quo ſcripta erãt
teterrimis litteris oĩa ſcelera quecunqꝫ fece=
rat et cogitauerat eger ille·Dixerũt aũt mali=
gni ſpũs illis albis·Quid ſtatis hic·Recedite·
quia nr̃ eſt iſte·Quibus illi dixerunt·verũ eſt
Ducite eũ in damnationis abyſſũ·Duoqꝫ ma
lignoꝝ ſpirituũ ꝑcuſſerũt me ait infirmꝰ· vnꝰ
in caput·alius in pedes·Cũ aũt ad coꝛ ꝑuene=
rint·moꝛiar·et poꝛtatus a demonibus pertra=
her ad infernũ·Quod et factum eſt· Non ꝓ
ſe vidit iſta·que ſibi nõ ꝓfuerũt· ſꝫ ꝓ aliis ne
ſimiliter penitere differãt·ait beda· ¶ Idẽ eti=
am narrat de quodã fabꝛo qui ꝓpter neceſſi=
tatẽ operũ in quodã monaſterio ſuſtentatꝰ a
fratribꝰ irreligioſe viuebat·ebrietati ac aliis vi
tiis ſeruiebat·magiſqꝫ nocte ĩ officina ſua cõ
ſueuerat reſidere·q̃ꝫ ad oꝛandũ ire·Qui infir
matus· et ad extrema ꝑductus· vocatis ad ſe
fratribus narrauit ſe videre inferos aptos· &
ſathanã dimerſũ in ꝓfundũ· & cayphaꝫ cum
ceteris qui xp̃m dñm occiderũt· ſibiqꝫ locum
preparatum cum eis·Cumqꝫ fr̃es hoꝛtarent̃ euꝫ
ad penitentiã·deſpans r̃ndit·ꝙ iam non erat
ei tempus ĩmutãdi vitã·ex quo iudiciũ ſuum
viderat iam cõpletum·Qui ſine viatico o biẽs
extra monaſteriũ eſt ꝓiectus·Hec vidit vt de
ſperata ſalute miſerabilibꝰ perirꝫ·ſic̃ bt̃s ſtepha
nus vidit celos aptos·vt ſuſtineret cõſtantius
et illuc letius ꝑueniret·

## DE PRESENTIA MORTIS·DI·IIII·

POſt moꝛtis ſententiã & moꝛtis an=
guſtiam· videamus moꝛtis preſen=
tiã·que bene notat̃·ii·Re·xiiii·Oĩs
moꝛimur · Ex ũtute eĩ verbi p̃ntis
tempis·moꝛtis preſentia deſignat̃·Et apl̃s dic̃
ꝑmo coꝝ·xv· Quotidie moꝛioꝛ·Nam media
vita in moꝛte ſumus·Moꝛs eĩ quotidie tollit
poꝛtionẽ aliquotã vite nr̃e· Nam ſi creſcimus
vita decreſcit·Quia ſm̃ Aug·quicq̃d viuitur·
de ſpacio viuendi demit̃· et quotidie fit mĩꝰ
minuſqꝫ quod reſtat· vt oĩno nihil aliud ſit
tempus vite huius·q̃ꝫ curſus ad moꝛtem·
¶ Cõſideremus igit̃ moꝛtis preſentiam Ho=
ris oĩbus meditandã·Locis oĩbus expectan
dam·Cunctis mẽtibus metuendam· Modis
oĩbus tolerandã·Qm̃ aũt hoꝛis oĩbꝰ a moꝛ
te carpimur·ideo moꝛtẽ hoꝛis oĩbus medite
mur·Sciendũ eſt autem ꝙ meditatio moꝛtis
multũ eſt vtilis ꝓfunde nõ ꝑfunctoꝛie medi=
tanti· ¶ Primo quidẽ hoꝛroꝛẽ incutit·Nõ eſt
eĩ tam ꝓphanus tam inſanus tam inſenſibi
lis·aut tam miſerabilis·qui nõ vehemẽter hoꝛ
reret·ſi diligenter inſpiceret·& in coꝛde ſuo ꝓ=
fũdius ruminaret ꝙ moꝛiet̃· & neſcit vbi·qñ
vel quõ·vtruꝫ ſenſus memoꝛie vel loquele fa=
cultatẽ habebit·an conſcientiã ſuã diſcutẽ·an
peccata ſua recolẽ·an grãm cõpunctionis ob=
tinẽ valebit· Tũc eĩ foꝛſitã nec deo nec de ſe
ipo cogitare licebit·qꝛ ſm̃ Au· ꝑcutit̃ hac aĩad
uerſione peccatoꝛ vt moꝛiens obliuiſcat̃ ſui· q̃
dum viueret oblitus eſt dei·Tunc o miſer ho=
muntio circũdabũt te doloꝛes coꝛpoꝛis·angu
ſtie moꝛtis·terroꝛ iudicii·hoꝛroꝛ inferni· Tũc
te miſerũ maligni ſpũs obſidebũt·tũc exitum
tuũ hoꝛrende ille effigies expectabũt· tũc ſm̃
euangelicã veritatẽ circũdabunt te inimici tui
vallo·& circũdabũt te vndiqꝫ·et ad terrã pꝛo=
ſternẽt te· Tunc ſi poterũt te in deſolationis
abyſſum·& in baratrũ deſperationis ĩmittẽt·
Rurſus tunc añ faciẽ tuã reuoluet̃ hoꝛrenda
cõgeries oĩm peccatoꝝ &c̃·Req·ſup̃· O miſer
homũtio·quis te tunc exeuntẽ excipiet· quis
recognoſcet·quis cõſolabit̃·quis comitabitur
quis hoſpitabit· ¶ Iuuenis quidã dux lothoꝛĩ
gie cum eſſet inextremis reſpiciẽs domos ſu=
as et caſtra·dicebat·O dñe deus q̃ntũ cõtem=
nendus eſt mũdꝰ iſte·quia ego qui tot habeo
caſtra et palatia et tot potui hoſpitare· neſcio
quo adhuc in nocte hac debeo ire·aut quis me
debet hoſpitare· ¶ Secũdo meditatio moꝛtis
toꝛpoꝛem excutit·Hic eſt ſtimulus pungẽs aſi
num & calcar laſciuũ & diſcolũ vrgẽs equũ ·
Ideo monet ſapiens·eccẽs·ix·quodcũqꝫ poteſt
manus tua inſtãter opare·quia nec opus &c̃·
Eccĩ·xiiii ·Si habes bñ fac tecũ & deo dignas
oblationes offer·Memento ire qm̃ moꝛs non
tardabit·Nota bñ et expone· ¶ Tertio medi=
tatio moꝛtis a peccato reuocat·Facit eĩ hoĩeꝫ
dimittẽ & deteſtari peccatũ·ſm̃ illud eccĩ·vii·
In oĩbus opibus tuis memoꝛare nouiſſi·t·
& ineternũ nõ peccabis· Qui recolit de moꝛte
cogitare debꝫ ꝙ cauſa moꝛtis pcc̃m ẽ·Geñ·iii·
quacũqꝫ die comederis moꝛte moꝛieris· Dicit̃
in hyſtoꝛia trãſmarina· Qꝛ cũ bragmanni ab
alexandro peterẽt ĩmoꝛtalitatẽ ſibi dari & ipe
ſe hoc non poſſe dare diceret·cũ ipe eſſet moꝛ=
talis·dixerũt·tu ergo cum ſis moꝛtalis·quare
tot mala faciẽdo diſcurris·q·drent·ab his ma
lis moꝛs te deberet reuocare· ¶ Quarto memo
ria moꝛtis ad penitẽtiã agendũ ꝓuocat·Quia
eĩ ſm̃ greg·mĩꝰ eſt mala nõ agere·niſi etiã
quiſqꝫ ſtudeat & bonis opibus inſudare·non
ſufficit ad ſalutẽ a peccatis perpetratis ceſſare·
vel ꝑpetranda cauere·niſi et ſtudeat homo de
p̃teritis penitentiã agere ſm̃ illud·Math·iiii·
Genimina viparũ quis demõſtrabit vobis fu=
gere a ventura ira·Facite ergo dignos fructꝰ
penitẽtie· ¶ Qꝛ aũt memoꝛia moꝛtis ꝓuocꝫ ad
penitentiã·patet ꝑ illud·yſa·xxxix· Ezechias
eĩ audito·moꝛieris tu & nõ viues·fleuit·Itẽ
niniuite audita cõminatõne ſubuerſiõis & moꝛ
tis penitẽtiã egerũt·Ioñ·iii· ¶ Itẽ dicit̃ in vitis
pr̃m·ꝙ quidã ſanctus abbas dicebat·Memoꝛ
eſto ſemp exitus tui·& ne obliuiſcaris extremi
iudicii ·& nõ erit delictũ in aĩa tua· Et beatus
greg·ait· Cum culpa aĩmũ temptat· neceſſe ẽ
vt breuitatem ſue delectationis aſpiciat·ne ad

viuacem moꝛtē iniquitas rapiat· Exemplū de
quodā diuite peccatoꝛe· qui cū diu male vixiſ-
ſet· et ſemel ad cōfeſſionē veniēs nullā a con-
feſſoꝛe penitentiā recipe vellet· dicēs· ꝙ penitē
tias agere· nec cōſueuerat· nec valeret· tandem
cōfeſſoꝛ vix ab eo potuit extoꝛq̄re· ꝙ quolibꝫ
die facerꝫ ſibi dici maue qn̄ ſurgerꝫ· et ſero qn̄
lectū intraret· dn̄e vos moꝛiemini· vel aliq̄d eq̄-
pollēs· Quod cum multis diebus dictū ei fuiſ
ſet· nec nomē moꝛtis auditū eius aīm penetra
ret· tandē diuino nutu cōpūctus expauit· ad-
uertens ꝙ indubitāter decederꝫ· ſꝫ ignoꝛabat·
qn̄ vel quō ex hac vita migraret· Hoc aūt con
ſtabat ei· ꝙ niſi vitā ſuaꝫ coꝛrigeret· ſine fine
ꝑiret· Cōfeſtim igiť cōfeſſus· oīno ſe mādatis
cōfeſſoꝛis expoſuit· vitamqꝫ ſuā in melius cō-
mutauit· Itē cum quidā pyrate agerēt in tem-
peſtate poſiti vouerūt ꝙ ꝯfiterenť ſi euaderēt
Euadentes ꝯfitenť cuidā heremite· Cū ſuaſu
aliquoꝝ eidem cōfiterenť magiſter coꝝ· argui
tur ab eo de flagitiis ſuis· et ad papam mitti-
tur· Ille aūt eum occidit· Idē fecit de alio· Ter
tio aūt cōfitens tractať blande· et iniungitur
ei cū non poſſet euelli a malitia ſua· vt ſaltem
hoc faceret· ꝙ quotiēſcūqꝫ aliquis moꝛerenť ſi
poſſet adiuuaret eū poni in terra· & cogitaret
qualis fuiſſet moꝛtuus· & qualis ipē eſſet fu-
turus· & ꝙ idem fieret de eo cito· Quod cum
ſepe hoc faceret· et de moꝛte frequēter cogita-
ret· hoꝛruit ſtatum ſuum· & fugiens ad here-
mum artiſſimā penitentiam egit· ¶ Quinto
memoꝛia moꝛtis ꝓuocat ad mūera largitatis
Alexander vt cognouit ꝙ moꝛerenť· dimiſit re
gnū pueris ſuis· i· Mach· i· Multi timoꝛe moꝛ
tis cōdunt et oꝛdinant teſtamēta· et dant ele-
moſinas· & amicos ſibi faciūt· et interceſſoꝛes
acquirūt ſcd̄m cōſiliū dn̄i· Luc· xvi· Facite vob
amicos de mā· iniqui· &c̄· Ambꝛoſiꝰ· Non ſūt
hoīs bona que ſecum poꝛtare nō pōt· ſola aūt
miſericoꝛdia comes eſt defūctoꝝ· Diciť ꝙ qui
dam burgenſis pariſien̄· parauit feretrū ſuuꝫ
in camera ſua in quo deferrenť cuꝫ moꝛeretur
vt ꝑ hoc moꝛtis memoꝛiā haberet & ꝓuocarenť
ad opa miſericoꝛdie· & in die defūctoꝝ reple-
bat illud panibus quos paupibus dabat dicēs
Ecce cito moꝛiar· & quis memoꝛabitur mei·
¶ Sexto reprobat opa vanitatis· Om̄e mun
di gaudiū· & omnē ineptam letitiam & hmōi
cōtemnit q̄ de moꝛtis amaritudīe recoꝛdatur
ſcd̄m illud eccl̄es· ii· Riſum reputaui erroꝛem· &
gaudio dixi quid fruſtra decipis· Idē· vii· Me
lius eſt ire ad domū luctus· q̄ꝫ ad domū con-
uiuii· In illa em̄ finis doceť oīm· Idem· xi· Si
multis annis vixerit hō· & in his oībus letus
fuerit· meminiſſe debet tenebꝛoſi tempis & dieꝝ
maloꝝ· qui cū venerint· vanitatis arguentur
om̄ia que in mūdo ſunt vana eſſe· ¶ Septi-
mo in meditatione moꝛtis cōtemnitur mūdi
cupiditas· Ad cōtemptū mūdi et omniū terre
noꝝ multū valet meditatio moꝛtis· Iob ꝑmo·
Nudus egreſſus ſum de vtero mr̄is mee· nu-
dus reuertar illuc· Idē· xxvii· Diues cū doꝛmi
erit nihil ſecum auferet· apiet oculos ſuos· &
nihil inueniet· ps̄· Ne timueris cū diues factꝰ
fuerit hō &c̄· Ideo Iero· Facile cōtemnit om̄ia·
qui ſe ſꝑ cogitat moꝛiturum· Vn̄ legiť in bar
laam· ꝙ cum viderꝫ ioſaphath ſenē decrepitū
audiens ꝙ om̄es ſi diu viuāt hn̄t ad hāc miſe-
riā deuenire· niſi ꝑus moꝛte ꝑueniant· incepit
cogitare de moꝛte· & inde delectabilia abhoꝛ-
rere· Diciť ꝙ cum frater gregoꝛiꝰ audiēs legi
in biblia de antiquis· ille vixit tot ānis· & iſte
tot· & moꝛtuus eſt· mundū cōtemnens intra
uit oꝛdinē ꝑdicatoꝝ· vbi factus eſt maximus
magiſter in theologia· & cōtemptoꝛ mundi &
ſui· ¶ Item cū eccleſia conſecrarenť in qua erat
comes ſepultus· & deberet inde extrahi ꝓpter
cōſecrationē· patefacto eiꝰ ſepulcro· apparuit
immaniſſimus bufo ſuꝑ faciē eius eum coꝛro
dens· & alii vermes et ſerpētes· ad quoꝝ aſpe
ctum et hoꝛroꝛē om̄s reſilierūt· Filius autē di
cti comitis iuuenis hoc audiens acceſſit· & vi-
ſa carnis paterne ſanie & vermiuꝫ diūſitate &
hoꝛroꝛe· incepit meſtus cogitare de moꝛte· &
q̄ꝫ vane ſūt mūdi diuitie et delitie & honoꝛes·
Vn̄ relictis oībus fugit cogitās ſe bt̄m foꝛe ſi
pauꝑ fieret pꝛo xp̄o· Quidā aūt domicelli eiti
us eum ſequētes & inueniētes· nec eum reuo-
care valentes venditis equis & rebus· & pro
deo erogatis· ad monitōeꝫ eius eum pauperꝫ
paupes ſequebanť· multa cōuitia ꝓpter deum
ab hoībus ſuſtinētes· romā venit· vbi factus ē
carbonarius· & ſecretū ſuū cuidā cardinali cui
cōfeſſus eſt· & ſtatū ſuū reuelauit· Cū autem
poſt plures annos ſemel vrbē intraſſet ad ven
dendū carbonē· & i domū dicti cardinalis cō-
feſſoꝛis ſui carbōes depoꝛtaſſꝫ· arreptus ibi in-
firmitate· poſt ſuſcepta ſacramēta oīa pauꝑ ia
cens ſub gradu ad dn̄m migrauit· Quo facto
om̄s cāpane vꝛbis ꝑ ſe ſonuerūt· Quod cū pp̄
miraretť et cardinalis confeſſoꝛ eius reuelauit
cauſam· hoīes aūt terre ſue exiſtentes ī curia
audientes hoc quem viuum querebāt moꝛtu-
um inuenerūt· Ad idē facit exemplū qḋ po-
nit barlaam ad ioſaphat de hoīe· qui fugiens
vnicoꝛnē incidit in baratrū· in quo arbuſcula
appꝛehendens· vidit in eius radice duos mu-
res· vnū albū· alium nigrum· radicem arboꝛis
cōtinue coꝛrodentes· In fundo vidit dracho-
nem hoꝛribilē apto oꝛe ipm̄ deuoꝛare volētem
Eleuatis aūt oculis vidit ille modicū mellis in
arboꝛis ſūmitate· Qui oīm ꝑdictoꝝ oblitus·
totū ſe cōtulit ad mellis dulcedinē· Sed dum
nō aduertit· arboꝛe coꝛroſa a muribus in pꝛo
fundū ſubito coꝛruēte· dracho cōtinuo ipſum
deuoꝛauit· Vnicoꝛnis eſt moꝛs· Baratrū mun
dus· Arbuſcula· vite pn̄tis miſeria· que albo &
nigro mure· id eſt die et nocte cōſumiť inceſ-
ſanter· Dracho expectans· dyabolus inſidiās
& exitum nr̄m deſiderans ad ꝑdendum·
¶ Octauo in meditatione moꝛtis inſtruitur
coꝛdis hūilitas· vn̄ antiqui hūiliare ſe volētes
ponebant cinerē ſuꝑ capita ſua in memoꝛiā ꝙ
cinis eſſent eccl̄i· x· Quid ſupbis terra et cinis·

Gen̄·xviii·Loquar ad dn̄m meū cū ſiꝫ puluis
et cinis·Cum alexāder nauigaret ꝑ quendam
fluuiū paradyſi·vt veniret ad oꝛtū eiꝰ· quidā
ſenex de rupe apparēs ei· ſuaſit ei regreſſū &
dedit ei lapidē ꝓcioſum pulcherrimū· dicens·
ei ꝙ in eius pondere cognoſcēt valoꝛē ſuū·La
pis ergo ille poſitus in ſtatera nudus·om̄ia pō
derabat·quecunqꝫ in alia lance ponebant̄·coꝛ
optus puluere nihil ponderabat·ſed ei prepō
derabat feſtuca vna·In hoc dabatur ei itelligi
ꝙ viuus aliis omnibus ꝓponderabat·moꝛtuꝰ
autem et optus ſepulcro nihil·Item homo ad
modū pauonis viſis pennis ſuꝑbit·& rotam
caude viſis pedibus·deponit·ſic hō viſo fine·
Itē legit̄ in vita Iohis elemoſinarii patriarche
cōſtantinopolis· ꝙ cōſuetudo impatoꝛuꝫ erat
cum eſſent electi ꝑma die coꝛonationis ſue ve
niebat lathomus ferens in manu ſua tres aut
quatuoꝛ pecias marmoꝛis diuerſoꝝ coloꝛum
dicens·Iubeat impatoꝛ de quo gn̄e marmoꝛis
velit ſibi fieri monumentū·Per hoc inſinuā
tes ꝙ tanqꝫ moꝛtalis homo cogitaret de moꝛ
te·curam aīme ſue ageret· pie regeret regnuꝫ
ſuū·ſubditos ſuos nō ꝯtēnerꝫ·nec ſe ſuꝑ alios
arroganter efferret·Idem Iohes elemoſinariꝰ
factus patriarcha fecit fieri ſepulcrum impfe
ctum·& in ꝑcipuis ſollēnitatibus ſtatuit quē
dam qui ei diceret cū eſſet in loco honoꝛis ſui
Domine impfectum eſt ſepulcrū tuū·Iube il
lud pfici·quia neſcis qua hoꝛa fur veniet· Itē
dicit̄ cum papa cōſecrat̄ & in ſūmum honoꝛē
extollit̄· ꝙ ſtupa cōburit̄ in eius oculis· & ei
dicit̄·ſic tranſit gloꝛia mūdi·qſi diceret cogi
ta te cinerē et moꝛtalē· ¶ Item ad hoc facit ex
emplum de achab·iii·Re·xxi·c·f·g·qui cū au
diret moꝛtē ſibi immere quā minabat̄ ei hely
as indutus eſt ſacco et ambulabat demiſſo ca
pite·& dicit dn̄s ad helyam·nōne vides achab
hūiliatū coꝛā me &c̄·Cogitās em̄ de moꝛte in
uenit in ſe materiā humiliationis et cauſam·
fragilitatē ſuā conſiderās· & ſciens ſe cito in
puluerē redigendū·om̄i gl̄ia mūdiali·opulen
tia tempali· pulcritudine et roboꝛe coꝛpoꝛali·
poſt modicū ſpoliandū·ac ſic nō intumeſcit ꝑ
ſuꝑbiam·ſꝫ potius ꝑ hūilitatē verā cōpꝛimitur
in ſeipm̄·Quis em̄ tam ſuꝑbus·ꝓſumptuoſus
elatus·ſi pꝛofunde cogitꝫ ꝙ qꝫcito aīa ſepara
tur a coꝛpe coꝛpus marceſcit & coꝛrūpit̄·fitqꝫ
cadauer·quo nihil vilius·nihil fedius·nihil fe
tidius·nihilqꝫ hoꝛribiliꝰ inuenit̄·Quid enim
verbi gratia ſic aerē inficit·tam graues exala
tiones emittit· olfactū hoīs ſic cōtriſtat· aſpe
ctumqꝫ moleſtat·vel eius cōplexionē tam ve
hementi alteratione coꝛrūpit·Nullus vnqꝫ fu
it ita carus homini dū viuebat·cuius aſpectū
cōſoꝛtiūqꝫ cadaueris moꝛtui non hoꝛreſcat·
¶ Nono in moꝛtis meditatione carnis feruoꝛ
depꝛimitur·Greg·Nihil adeo valet ad edom ā
da carnis deſideria qꝫ cogitare qualis moꝛtua
ſit futura·Sicut mulier volēs filiū ablactare·
aliquid amarū apponit vberibus vt puer ama
ritudinē ſentiendo ab vbere abſtrahat̄· ſic hō
moꝛtis amaritudinē preuidēs a delitiis carnis
retrahit̄·Ecci·xxxxi·O moꝛs qꝫ amara eſt me
moꝛia tua homini iniuſto· Nota exemplū de
heremita ſubſtergēte ſaniē a muliere moꝛtua·
et apponente naribꝰ ſuis cū temtaret̄·Iob·ii·
Sedens in ſterquilinio teſta·id eſt moꝛtis me
moꝛia & fragilitatis·& fractione coꝛpoꝛis ſa
niem temptatōis ſcꝫ peccati radebat·Hoc aūt
ꝑtermittendū nō ē ꝙ tanto viliora fetidioꝛaqꝫ
ſunt cadauera· q̄nto delicatius in crapulis &
luxuriis fuerint enutrita· Nam caro que nūc
delicatis cibis alit̄·paulopoſt ſcaturire vermi
bus agnoſcet̄·vt in ſepulcro ſit eſca vermiū·q̄
delectabiliter ſaginat̄ affluentia ferculoꝛū·&
q̄nto nūc ſibi ꝓcurat ſuauioꝛē ciboꝝ mollitiē·
tanto grauioꝛē exalabit putrefacta fetoꝛem·
Sicut euidenter oñditur·ii·Mach·ix·Vbi de
ſuꝑbiſſimo et impiiſſimo anthiocho dicit̄· ꝙ
de coꝛpoꝛe impii vermes ſcaturiebāt·& viuen
tes in doloꝛe carnes effluebāt·ita vt odoꝛe eiꝰ
et fetoꝛe totus eius exercitus grauaret̄·nec ipe
etiam fetoꝛē ſuū ferre poſſꝫ· Cuiuſdam ducis
venetiaꝝ vxoꝛ delicata nimis cōmuibꝰ aquis
ſeſe dedignabat̄ abluere· ſꝫ ꝓcurabat ſibi fieri
balneuꝫ de colecto laboꝛioſius celi roꝛe· cibos
cōciſos minutiꝰ a famuloꝝ manibꝰ ꝓpriis ñ
tangebat· ſꝫ oꝛi ſuo fuſcinulis aureis adhibe
bat redolebat vel fetebat potius eius coꝛpus &
cubiculū multo uapoꝛe aromatū diuerſoꝝ· Sꝫ
vibꝛato ſuꝑ eam mucrone diuini iudicii·coꝛpꝰ
eius om̄e cōputruit·nec fetoꝛē eius quiſq̄ꝫ fer
re potuit·niſi ꝙ ex ancillis vna nō ſine multa
rum ſpecieꝝ auxilio raptim dn̄e miniſtrabat·
& ꝓtinus fugiens abſcedebat·et ſic miſerabi
liter cruciata diem clauſit extremū cūctis letā
tibus· relinquēs poſteris meditationis exem
plū·vt carnis delitias abhoꝛrētes·iugiter habe
amus añ coꝛdis oculos finē nr̄m· ¶ Decimo
ꝑ meditationē moꝛtis vita pn̄s dirigit̄·quia q̄
de moꝛte cogitat eſt admodū nauigantis·qui
regendo nauē in fine ſe ponit· Iteꝫ ad modū
iumēti qꝺ cauda ſe defēdit·Itē ad modū auis
q̄ cauda in volādo ſe regit·Vñ Iob·xii·Inter
roga iumēta·et docebunt te·& volatilia celi &
indicabūt tibi ¶ Vndecimo meditatō moꝛtis
valet ad moꝛtis ſupplicium euitandum· cuiꝰ
iſta moꝛs ñ niſi vmbꝛa reputat̄ & introitus·
In paſſione ſancti andꝛee dicit̄· Egrediuntur
homīes a coꝛpoꝛe rei et nudi nihil ſecum ꝑter
peccata poꝛtātes· ¶ Duodecimo valet ad eter
ne vite deſideriū attendendū·cuius ipa moꝛs
eſt introitus·Iob·iii·Quaſi effodiētes theſau
rum vehemēter gaudēt cū inuenerint ſepulcꝛꝫ
ecci·xli·O moꝛs qꝫ bonuꝫ eſt iudiciū tuū &c̄·
Et poſt·Noli metuere iudicium moꝛtis·Sap̄·
iii·a·Viſi ſūt oculis inſipientiū moꝛi·illi at̄ ſūt
in pace·Sic igit̄ euidēter apparet q̄nta bona ꝓ
ueniāt ex meditatōne moꝛtis·vñ Iero· dicit·
Sentētia platonis eſt ꝙ ſūma phia eſt moꝛtis
meditatio· Et in vitis pr̄m dicit̄ ꝙ theophilus
ep̄s moꝛiens dixit·Beatꝰ es abba arſeni·qꝛ ſꝑ
hanc hoꝛā ante oculos habuiſti· Semp igitur

habeat homo memoꝛiã moꝛtis añ oculos coꝛ=
dis ſui·ſicut ſpeculũ in quo ſe videat·vitã ſuã
cõſideret et attendat· ¶ Cõſideremus etiam
moꝛtis preſentiã locis oĩbus expectandam
qm̃ eius aduent⁹ nobis eſt inopinabilis & in=
certus· Nihil em̃ moꝛte certius ·nihil incerti⁹
hoꝛa moꝛtis ·nihil venit velocius·nihil inua=
dit acrius·nihil põt crudelius impugnare· Illa
in locis oĩbus nos expectat· & nos ſi ſapien
tes fuerimus eam vbiq; expectare debemus·
Circa moꝛtẽ aũt q̃tuoꝛ ſũt incerta·ſc;· Status
locus· tempus·et modus·ſiue genus· Status
quia neſcit hõ in quo ſtatu moꝛietur·in bono
vel in malo·in caritate vel extra· eccẽs· ix·b·
Neſcit hõ vtrũ amoꝛe vel odio dignus ſit· Itẽ
neſcit vtrũ iuuenis vel ſenex· diues vel paup
compos mentis·vel mente alienatus· Itẽ du=
bium eſt ei de loco· Neſcit homo vtrũ moꝛiat̃
in mari ·aqua vel terra·in aere vel igne· Ideo
dñs noluit moꝛtis diẽ eſſe certu;· vt in omni
loco timeret̃ moꝛs· Señ· Moꝛs iſidiat̃ tibi i oĩ
loco·et tu eam in oĩi loco ſecurus expecta·
Debemus facere ſicut miles qui cum pugna=
ret cum aduerſario ſuo in duello· & vterq; vi=
deret ꝙ non poſſet aliũ ſupare·nocte ſupue=
niente cõmuni cõſenſu egreſſi ſunt campũ tñ
cõditione ꝙ vterq; diffidauit alterũ·ita ꝙ vbi
cunq; eum inueniret·ſi poſſet eum occideret·
Ideo alter timens foꝛtitudinẽ aduerſarii & vi
olentiã in nullo loco volebat incedere ſine ar=
mis Ita debet quilibet vbiq; ferre arma penitẽ
tie·i·coꝝ·vi· Per arma iuſtitie a dextris et ſi=
niſtris · Itẽ temp⁹ moꝛtis uoluit dñs incertu;
eſſe·vt omnis hoꝛa ſuſpecta haberetur· Math
xxiiii· Vigilate quia neſcitis hoꝛã neq; diem·
Si em̃ intrares domũ & ſcires ꝙ aliquis i do=
mo illa ad te accederet & occider;·ꝓculdubio
ad te oẽs accedẽtes timeres·& ſuſpectos habe
res· Sic tu intrãs in mundũ hunc cert⁹ debes
eſſe ꝙ aliqua hoꝛa te occidet·& neſcis que ſit
illa·& ita oĩs debes ſuſpectas hr̃e· Itẽ incer=
tum eſt genus moꝛtis·quia homo res eſt fra=
giliſſima que p̃ nimia fragilitate põt infinitis
modis occidi· Hominẽ em̃ põt occidẽ vel vn⁹
moꝛſus·vt canis rabidi vel ſerpentis ·vel vna
etiã punctura vt dypſis vel ſcoꝛpionis acule⁹
vel tactus alicui⁹ venenati·vel hauſt⁹·ſ·vene=
ni·vel flatus vt ſitule & reguli·vel viſus vt ba
ſiliſci·vel defectus modici aeris·vel moꝛſellus
alicuius venenoſi· quia intra delicatum moꝛ
ſellũ inueniũt diuites ſepe ſubitam & impro=
uiſam moꝛtẽ·vñ frequẽter faciũt diuites ſicut
cocodrillus·qui eſt maximũ aĩal potens in aq̃
& terra·duriſſimã pellẽ hñs·qui mirabil̃r odit
ydrũ ſerpentẽ·quẽ ſi ꝑcipit alicubi cõculcat eũ
et atterit·cõculcatus aũt abſcondit ſe & inuol=
uit in herba ·in loco in quo nouit illu; venire
ad paſtũ·& dum glutit herbã viridem· glutit
ipm·qui iterioꝛa eius pfoꝛat·& itoxicat·& oc
cidit· Sic diues duri coꝛdis hab; ſup oĩa moꝛ=
tem odioſam·quã cũ ꝑpendit in aliqua acceſ=
ſione vel diſtempãtia febrili multis medica=
minibus eam atterit ·& conculcat· Cum autẽ
aliqñ credit ſe comedere cibũ gratũ & delecta
bilem in aliquo moꝛſello glutit moꝛtẽ·que ſu=
bito et ex iꝓuiſo eũ pfoꝛat et occidit·vñ õꝛ·
Alius iacet anguis i herba· Vita hoĩs eſt ſicut
lucerna ad ventum·que cito et ſubito extingu=
uit̃·ꝓuer·xxvi· Lucerna hoĩs ſpiraculũ eius·
ꝓuer·xiii·b· Lucerna impioꝝ extinguet̃· Itẽ
vita hoĩs eſt quaſi tela aranee que ad modicũ
flatũ venti rũpit̃· Immo fragilioꝛ eſt q̃; filum
aranee·citius em̃ extinguit̃ ab irruẽte aduerſi
tate q̃; filũ illud a vento rũpat̃· In magno pe
riculo ſunt peccatores· qui ad filũ tam debile
dependẽt ſup̃ puteũ inferni·vnde quidã ait·
Oĩa ſunt hoĩm tenui pendentia filo·& ſub
ito caſu que valuere ruunt· Nota exemplũ ſu=
pꝛa poſitũ·de homĩe fugiente vnicoꝛnẽ· Item
cum dixiſſet quidã dyoniſio tyranno ꝙ val=
de felix videret̃ eſſe ſtatus eius·puta qui mul=
tis populis iperabat·qui diuitiis deliciis & ho
noꝛibus abũdabat·fec̃ ei dyoniſi⁹ magnũ cõ=
uiuiũ p̃parari·menſam autẽ poni fecit ſup fo=
ueam ꝓfundam·& hoꝛridã in qua erat ignis
magnus accenſus· Sup caput vero ſedentis in
menſa gladius acutiſſimus cum filo tenui de=
pendebat·qui ſingulis hoꝛis ſup caput eius ca
dere videbat̃· Cum ergo multa fercula delica
tiſſima in vaſis aureis et argẽteis facer; ei dy=
oniſi⁹ ꝓpinari ·& inuitans eum ad iocũde &
hylariter epulãdum·non poterat ille nec come
dere·nec letari· quia ex vna parte timebat·ne
in foueam et ignẽ ſubito coꝛrueret·ex alia par
te ne gladius ille terribilis i caput eius decidẽs
ipm ſcinderet mediũ foꝛmidabat· Tunc dixit
ei dyo⁹· Ecce felicitas mea quã ita deſiderabilẽ
delectabilem et amabilẽ reputabas· Cũ em̃ ex
vna parte timeã in ꝓfundiſſimã foueã infer=
ni & ignis eterni ſupplicium repente coꝛruẽ·
ex alia parte gladiũ eterni iudicis ſuper caput
meũ ex impꝛouiſo cadere phoꝛreſcã·quõ i au=
ro argento et epl̃is et oĩi gloꝛia mũdiali dele
ctari potero uel gaudere· Item hõ peccatoꝛ ſi=
milis ẽ illi q̇ ſõniabat vt poſtea dixit ꝙ adũſa
rius ſu⁹ exñs i celo tenebat clauã in manu de=
miſſam inferius·in qua ipe manibus ſe tene=
bat inferius·et dict⁹ aduerſarius eum in aby=
ſum que ei ſuberat ꝓiicere volebat·qui p̃ timo
re doꝛmiendo clamabat uſquequo excitaret̃ a
ſomno·& ſic liberaret̃ ab ymaginato periculo
Sic eſt de peccatoꝛe·quẽ deus cui⁹ eſt aduerſa
rius tenet·cuius vita in manu eius eſt·quẽ cũ
per iudicialem ſententiã deus cadẽ dimiſerit i
abyſſum inferni·nõ clamat adiutoꝛiũ bonoꝝ
quo excitatus a peccato liberet̃ a periculo· Ite;
fragilioꝛ eſt homo aliquo vaſe uitreo· luteo·
ligneo·lapideo·quia ſi vas uitreum pt̃ aliquo
duro frãgi·non tñ põt ſubmerſum extingui·
Item ligneũ ſi poteſt vri·aqua nõ ledit̃ ſi ſub=
mergit̃· Item luteũ aquã tenet·& igne ſolida=
tur·hõ aũt ab oĩbus iſtis ledit̃ et deſtruitur
Poteſt em̃ homo lapide frangi igne exuri·aq̃
extingui p coꝛruptũ aerem infici & coꝛrumpi

Item magne fragilitatis eſt hõ· quia pũctura
vnius acus eum occidit· vel acceſſio vnius fe=
bris· Iob· xxi· c· Ducunt in bonis dies ſuos &
in pũcto ad inferna deſcẽdũt· Pũctꝰ iſte ē acu
leus mortis vt dicit̃ vulgariter· Per vnum pũ
ctum ꝑdidit martinus aſinã ſuã· id eſt homo
ad pũctum mortis corpus ſuũ· Propt̃ hoc hor
tat̃ ſapiens eccĩ· v· Ne tardes cõuerti ad dñm·
& ne differas de die in diẽ· ſubito em̃ venit ira
illiꝰ &c̃· Et dñs apoc· iii· Si ñ vigilaueris ueni
am ad te tanq̃ꝫ fur· & neſcies qua hora ueniã
ad te· Et Math· xxiiii· Si ſciret pr̃familias q̃
hora fur ueniret· uigilaret utiqꝫ· & nõ ſineret
ꝑfodi domũ ſuã· Ideo et uos eſtote parati· qr
qua hora nõ putatis filius hoĩs veniet· Debet
ergo quilibet eſſe paratus om̃i hora· q̃ſi nunc
eſſet abſqꝫ dubio moriturus· Propterea nem
pe voluit deus finẽ nr̃m nobis eſſe incertum·
vt dum incerti ſumꝰ qua die vel hora vel quõ
moriamur· ſemꝑ ad mortẽ parati inueniri ſol=
licite ſtudeamus· ¶ Debemus aũt ad mortẽ
eſſe parati multipl̃r· Primo· ſicut boni ꝓuiſo=
res· ad neceſſaria id eſt merita cõgregandum
Sicut diſpenſatores ad rationem dño ſuo red
dendũ· Sicut ſtrenui bellatores ad nos et nr̃a
defendendũ· Sicut fideles ſerui ad aduentum
domini expectandum· Sicut ſpõſe dilecte ad
nuptias ꝓperantes· Debemus inqꝫ eſſe parati
ſicut ꝓuidi mercatores p̃parãt merces ad nũ=
dinas ꝓfecturi· Et ſicut prudentes yconomi
prouidẽt ſibi neceſſaria pro victu ſuo et fami
lie ſue· Videmus em̃· ꝙ hoĩes in meſſe mane
ſurgũt inſtanter colligũt· nec añ noctẽ dimit
tunt· ſic debet quiſqꝫ fidelis cõgregare mani=
pulos meritoꝝ· Sicut ait ſapiens ꝓuer· x· Qui
cõgregat in meſſe filius ſapiens eſt· qui autẽ
ſtertit in eſtate· filius cõfuſionis· Idem ꝓuer·
vi· Vade ad formicã o piger· & cõſidera vias
eius· & diſce ſapientiã· que cũ nõ hebeat ducẽ
nec p̃ceptorẽ· nec p̃ncipẽ· p̃parat in eſtate cibũ
ſibi et congregat in meſſe quod comedat· Vi
de ꝙ hoĩes ſapientes ꝓuidẽt ſibi neceſſaria ꝓ
anno· eo tp̃e quo poſſũt ſibi ꝯueniẽtius et vti
lius ꝓuidere· aliq̃n pro vno ſolo menſe· Pau=
peres vero q̃ nõ poſſũt ad longũ tempꝰ ſibi ꝓ
uidere· ſaltẽ ꝓ ſeptimana ꝓuident ſibi· Diui=
tes etiã q̃n volũt facere magnũ feſtũ· ꝑ mul=
tos dies añ ꝓuident que neceſſaria ſunt ad fe
ſtum· Quãtomagis deberẽt ſibi merita cõgre=
gare nõ ꝓ diẽ· menſe· vel anno· ſꝫ ꝓ vita eter=
na· Et ſi mũdani ſolliciti ſũt de th̃ſauris pecu
nie cõgregandis· quantomagis quiſqꝫ fidelis
deberꝫ eẽ ſollicitus de theſauris ſpũalibus acq̃
rẽdis· Sic̃ docet ſaluator· Math· vi· Nolite the
ſaurizare vobis theſauros in terra &c̃· Theſau
rizate aũt vobis theſauros ĩ celo· vbi nec erugo
nec tinea demolit̃· & ubi fures nõ effodiunt
nec furant̃· Ad hoc exhortãs barlaam tale po
nit exemplum· In ciuitate quadam mos fuit
quolibet ãno vnũ ſibi p̃ncipem inſtituere· q̃ꝫ
in fine anni nudare· & in exiliũ mittẽ cõſue=
uit· Sapiens aũt quidã et ꝓuidens· electus in
principem & legem audiẽſ· bona ſua trãſmiſit
ad exilium· ad quod veniens finito tempe p̃n
cipatus· inuenit ſufficiẽtia ſibi· ita ꝙ bonis oĩ=
bus abũdauit· Itẽ debemus eſſe parati ad mor
tem· ſicut ſerui reddituri dño ſuo rõeꝫ de rece
ptis pecuniis· et aliis bonis dñi ſui· De ꝑuitiis
omiſſis et de tranſgreſſiõibꝰ cõmiſſis· & de
tẽporis aliarũqꝫ rerũ abuſu· et de lucris tp̃ali=
bus augmentãdis· Tales p̃ ſollicitudine rogi=
tãt· vigilãt· ſcribũt ſingula de q̃bus reddituri
ſũt rationẽ· ne ſi deficiãt· minus fideles repu=
tent̃· ꝯfuſionẽ habeãt· ac etiã puniant̃· vñ ſal=
uator· Math· xxv· Homo quidã ꝑegre ꝓfici=
ſcens· vocauit ſeruos ſuos & tradidit illis bo=
na ſua &c̃· Poſt multum vero temporis· veĩt
dñs ſeruoꝝ illorũ· et poſuit rationẽ cũ eis· Ibi
nota quõ boni remunerati ſũt· ſeruꝰ vero ma
lus et piger reprobatus· Et luc̃· xvi· Paterfami
lias vocauit villicũ· dicens ei· Redde rationem
villicationis tue· Ibi nota quõ prouidit ſibi· et
laudauit dñs villicũ iniquitatis· quia prudẽter
feciſſet· nõ quia iniquitatẽ approbet dñs· ſed
illiꝰ ꝓuidentiã quã ꝓ ſe habuerat cõmendauit
Vñ ſubdit· Et ego vob̃ dico· facite vobis ami
cos de mãmona iniquitatis· Item debemus eẽ
parati· ſicut boni et ſtrennui bellatores· qui in
iugi pugna ſumus cum multis hoſtibus forti
bus et malignis· aduerte quõ obſeſſi in caſtro
abſtinent· vigilãt· circũſpicientes cauent peri=
cula· caſtrũ circueũt· ruinas reſartiũt· infirmi=
ora defendũt· et ſemꝑ timentes· ſemꝑ ſolliciti·
vix audẽt comedere· vix dormire· Et ſi ſemꝑ
habeamꝰ pugnare cum multis· Sicut ait apoꝰ
eph̃· vi· Nõ ē nobis colluctatio adũſus carnẽ·
et ſanguinẽ· ſꝫ aduerſus p̃ncipes et potẽtes &c̃
Imminente tñ morte longe p̃uior et periculo
ſior inſtat pugna· Tunc nãqꝫ hoſtes maligni
totas exerciũt vires ſuas· q̃ntũ ꝑmittũt̃ a deo·
ſcientes quia modicũ tempus habent· & ſi illa
hora ꝑdiderint hoĩem· alias recupare non po=
terũt· Si vero lucrati fuerint· inꝑpetuum nõ
amittẽt· Item debemus eſſe parati· ſicut mini
ſtri ſuum dñm expectãtes· Sicut ait dñs· Luc̃
xii· Sint lũbi veſtri p̃cincti· et lucerne ardẽtes
in manibus ur̃is· & uos ſimiles hoĩbus expe=
ctantibus dñm ſuum· q̃n reuertat̃ a nuptiis·
In renibus accinctis caſtitas· in lucernis ardẽ
tibus ardor caritatis & ſplendor bonoꝝ opm
deſignat̃· in expectatione dñi venientis a nu
ptiis· mte lligit̃ expectatio mortis· in qua dñs
de celo· q̃ſi de palatio feſtiuali & thalamo nu
ptiali veniẽs viſitãs amicos ſuos in morte· cui
curialiter venienti & ꝑ egritudines pulſãti ad
oſtiũ nr̃m· mortemqꝫ ꝓximã nũtiãti· Debemꝰ
eſſe parati ꝑ cõſenſum cordis oſtium apire· vt
de carcẽ· id ē de corꝑe mortis huiꝰ nos educẽs
& cum gaudio nos deducens· ad gaudia ſem=
piterna ꝑducat· Item debemus eſſe parati ad
mortẽ· ſicut ſpõſe ad nuptias ꝓfecture que ſe
parant· vt placeant ſponſis ſuis· vñ apoc̃· xix·
dicit̃· Venerũt nuptie agni· & vxor eiꝰ p̃para
uit ſe· Et math· xxv· Venit ſpoſus et q̃ parate

erant intrauerũt cum eo ad nuptias·&clauſa
eſt ianua·fatuis ſcꝫ nouiſſime venientibus·&
cõgruo·id eſt moꝛtis tempꝫe non paratis·Ideo
ait dñs· Luc·xii·Et vos eſtote parati qꝛ q̃ ho=
ra nõ putatis·filius hoĩs veniet· C Cõſidere
mus etiã moꝛtis p̃ſentiã cũctis mentibus foꝛ=
midandã tam bonis q̃ꝫ malis·Qꝛ em̃ malis ti
mẽda ſit moꝛs·docet·p̃s·dicens·Moꝛs peccato
rum peſſima·vere peſſima·Mala·quia ĩ moꝛ=
te eis oĩa delectabilia auferunt̃·Peioꝛ· qꝛ oĩa
triſtabilia infligunt̃·Peſſima quia nulla ſola=
tia vel remedia cõcedunt̃·Sicut patꝫ de diuite
epulone·Luc·xvi·Ad maioꝛẽ deſolationẽ ali=
quoꝝ moꝛientium impioꝝ·oñdit eis deus pe
nas infernales aut exitũ ex hac vita· Sicut pa
tet ꝑ exempla aliqua ſup̃ſcripta·Cũ aũt q̃dru=
plex ſit moꝛs ẜm Aug·videlicꝫ moꝛs coꝛpoꝛis
que eſt ſepatio aĩe a coꝛpe·Et moꝛs aĩme q̃ eſt
ſcꝫ ſepatio dei ab aĩa per peccatũ· Et moꝛs aĩe
poſt hanc vitã ſcꝫ pena ipius ſolius ante iudi
cium·q̃lis fuit pena diuitis epulonis·Et moꝛs
quarta que eſt pena coꝛpis & aĩme ſimul ĩ in=
ferno poſt iudiciũ· Si moꝛs coꝛpoꝛis eſt adeo
metuẽda vt dictũ eſt· que tñ nõ ẽ niſi vmbꝛa
moꝛtis·Sicut dicit greg·ſup illo verbo· Iob ·
xiii·Producit in lucẽ vmbrã moꝛtis·Dicit̃ eti
am ſomnꝰ·Sicut dic̃ greg· ſup illo verbo·Iob
xiiii·Nec cõſurget de ſomno ſuo· q̃ntomagis
alie moꝛtes timede ſunt·in quibus oĩbus deꝰ
ab aĩma ſepatur·Quanto ergo deus melioꝛ ẽ
aĩma·tãto deterioꝛ eſt ſepatio aĩe a deo q̃ꝫ aĩe
a coꝛpoꝛe· Preterea moꝛs aĩe ſolius in ĩ ferno
añ iudiciũ·vel aĩe cũ coꝛpe poſt iudiciũ·quarũ
vtraqꝫ dicit̃ moꝛs ſcd̃a·ſunt incompabilr̃ plus
metuende·Sicut docet aug·ſic dicens·Prima
moꝛs ſcꝫ coꝛpis·aĩam nolentẽ pellit a coꝛpoꝛe·
Secũda moꝛs aĩam nolentẽ tenet in coꝛpoꝛe·
Et ideo ſempiterna moꝛs·qñ nec aĩa viuẽ po=
terit deũ nõ habẽdo·nec doloꝛibus carere coꝛ=
poꝛis moꝛiendo·nec aĩa ibi viuere dicenda eſt
que a vita dei alienata erit· nec coꝛpus quod
eternis doloꝛibus ſubiacebit ac per hoc durioꝛ
quia finiri moꝛte non poterit·Ob hoc aũt pre
cipue p̃ma moꝛs eſt timenda·quia ex ea fit trã
ſitus ad ſcd̃am· Non ſolũ aũt malis et impiis
eſt timenda·ſꝫ etiã iuſtis·ſicut oñdit Greg·in
moꝝ·ſup illo verbo·Iob·xxxiii·Hec opat̃ tri=
bus vicibus·vbi loquens de timoꝛe electoꝝ in
moꝛte·ait·Cum de oĩbus ſemp diuina iudicia
ptimeſcant·tũc tñ vehemẽter metuũt cum ad
ſoluendũ hũane cõditionis debitũ·veniẽte di=
ſtricto iudice ꝓpinq̃re ſe cernũt·et fit tãto timoꝛ
acrioꝛ·q̃nto et retributio eterna vicinioꝛ·Con
ſiderandũ em̃·quia nec hec quidẽ ſine aliquo
reatu eſt quod laudabiliter geſſimus ſi remo=
ta pietate iudicemur·Ideo dauid dicit·Nõ in
tres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe·Et Iaco·p̃mo
In multis offẽdimus oms̃·Et·i·Ioh̃·i·Si dix=
erimus·quia peccatũ non habemus· noſipſos
ſeducimus·Et merito debꝫ quiſqꝫ timẽ·Tum
ꝓpter defectuũ et peccatoꝝ multitudinẽ·Tũ
etiã qꝛ multa latere poſſunt ĩ ꝯſcientia· quoꝝ

memoꝛiam vel notitiã nõ habemus·Vñ pau
lus p̃ma coꝝ·iiii·Nihil mihi cõſcius ſum·ſed
nõ in hoc iuſtificatus ſuꝫ·Tum tertio qꝛ que=
dam foꝛte grauioꝛa ſunt·q̃ꝫ putemꝰ·Tũ q̃rto
quia eoꝝ remiſſionẽ ꝑ gr̃am ignoꝛamꝰ·Tum
q̃nto ꝓpt̃ bonoꝝ nr̃oꝝ impuritatẽ·Nam ſic di
cit̃ yſa·lxiiii·Quaſi pannus menſtruate·oms̃
iuſtitie nr̃e·Et Iob·ix·Si lotꝰ fuero q̃ſi aquis
niuis·et fulſerit velut mũdiſſime manꝰ mee·
tñ ſoꝛdibus intinges me· Mala em̃ nr̃a pura
ſunt mala ·ſꝫ bona nr̃a non ſunt pura bona ·
ſꝫ multis impuritatibus ſunt admixta·ꝓpter
qd̃ ait Greg·Ve laudabili vite hominuꝫ·ſi re=
mota pietate iudicet̃·quia vñ añ oculos iudi=
cis ſe placere ſuſpicat̃·obruit̃·Preterea timere
debet homo ꝓpter inflexibilẽ eterni iudicis eq
tateꝫ·quia neſcit hõ q̃ꝫ diſtricte iudicat· & q̃ꝫ
ſeuere punit·ꝓuer·vi·Zelus et furoꝛ viri non
parcet in die vindicte·nec acquieſcꝫ cuiuſq̃ꝫ p̃=
cibus·nec accipiet ꝓ redemptione dona pluri=
ma· Tum etiam ꝓpter hoſtiũ malignoꝝ tunc
inſidiantiũ fraudulentiã & infeſtationẽ ꝓpter
uam· Vñ berñ·ait· Oſtiũ nr̃m maligni ſp̃us
obſident·et aduentũ nr̃m ille hoꝛrende effigi
es p̃ſtolant̃·Ideo foꝛmido exire·& in ipo con
tremiſco poꝛtus ingreſſu·dum nõ cõfido pꝛo
pe aſſiſtere qui excipiat exeuntẽ·Secure em̃ ñ
exeo·ſi non dñs ipe cuſtodiat exitum meum·
Heu ero ludibꝛio demonũ intercipientiũ me·
nõ aſſiſtente qui redimat·neqꝫ qui ſaluũ faci=
at·In vita eiuſdem dicit̃· ꝙ cũ infirmaretur ·
& extremũ trahẽ ſpm̃ videret̃ ſathan aſtitit ei
impꝛobis accuſationibꝰ eum pulſans·Sed vir
dei imperterritus rñdit·fateoꝛ nõ ſum dignus·
nec poſſum regnũ celoꝝ ꝓpriis meritis obti=
nere·Ceteꝝ duplici iure illud optinet dñs me
us ihs xp̃s·ſ ·hereditario iure pr̃is· & merito
paſſionis alterũ hoꝛũ mihi donabit· ex cuius
dono illud mihi iure vendicãs non cõfundoꝛ
Hoc dicto·malignus hoſtis abſceſſit·Jt beato
martino legit̃ aſtitiſſe·vt cum in extremis po
ſitum temptaret·Cui vir dei dixiſſe refertur·
Quid hic aſtas cruẽta beſtia·nihil in me fune
ſte repies·De beato quoqꝫ hylarione legimus
ꝙ moꝛiens· et aĩme ſue loquens·dicebat ·Aĩa
xp̃iana quid dubitas·lxx·annis ſeruiſti xp̃o·
et moꝛi times·In vitis etiã pr̃m inuenimꝰ ſan
ctos pr̃es hoꝛa moꝛtis multũ timuiſſe ·Vñ di
cebat abbas helyas·Tres res timeo·Vna ẽ qñ
aĩma egreſſura eſt a coꝛpe·Alia qñ ſum occur
ſurus deo ·Tertia·qñ aduerſum me erit ſentẽ
tia ꝓferenda. Et de abbate agathone dicit̃·ꝙ
cum moꝛiturus eſſet·ꝑ tres dies mãſit ĩmobi=
lis·aptos tenens oculos·Ad quem fr̃es·Abba
vbi es·Qui rñdit·ĩ ꝯſpectu diui iudicii aſſiſto
Et illi·Et tu times·Et ille·Laboꝛaui virtute q̃
potui·in cuſtodiẽdis mãdatis dei·ſꝫ & homo
ſum· neſcio ſi placuerũt opa mea coꝛam deo ·
quia aliter ſũt iudicia hoĩm·aliter dei·nec pre
ſumo·niſi venero ante deũ·De btõ etiã augu
ſtino legimus·ꝙ añ ꝓximũ diem obitus ſui ·
libros a ſe dictatos et editos recẽſuit· & q̃cq̃d

in eis minus bñ dictũ inuenit·correxit·Iuſſit
autẽ pſalmos penitentiales affigi in pariete ·
quos attente reſpiciens & legens·vbertim fle
bat iugiter·& ne eius intẽtio impediretur ab
aliquo·añ decẽ dies ferme q̃ꝫ exirꝫ de corpore
poſtulauit ne quis ingrederet̃ ad euꝫ· niſi tm̃
horis quibus intrabãt medici·vel cũ ei refectõ
inferret̃·Si ergo mortis tempe timuerũt ſan=
cti·ſicut oñſum eſt·quõ nos miſeri peccatores
nõ multoplus timere debemus ·Vñ bene ait
greg̃·in morꝫ·ſup illo verbo Iob·xxvi·colũne
celi cõtremiſcẽt ad nutũ eius·Quid facient ta=
bule·ſi tremũt colũne·aut quõ arbuſta immo
bilia ſtabũt·ſi huius pauoris turbine celi etiaꝫ
quatiunt̃·Deniqꝫ ſup illud Iob·vi· Exiuit ad
deuorandũ euꝫ·dicit glo·Dño in cruce paſſo
dyabolus quo mouẽte crucifixus erat·aduenit·
querẽs·ſi quid peccati in eo forſitan inueniret
Quis ergo tunc poterit aut debebit eſſe ſecu=
rus·ſi ad mortẽ eius qui eſſentialiter bonꝰ eſt
qui ſua morte bñdicta·mortẽ nr̃am deſtruxit
aduenire p̃ſumpſit·Predictis rõnibꝰ adde ꝙ
mors eſt oĩbus metuenda·quia poſt mortem
ñ ẽ facultas meritũ acquirendi·Sicut dicitur·
eccẽs·ix·Viuentes ſciũt ſe eſſe morituros cor=
poral̃r ſcꝫ et etiã eternal̃r·niſi ſibi caueãt & ab
ſtineant a peccatis· mortui aũt nihil nouerũt
amplius·ſcꝫ ꝓficuũ ad ſalutẽ·nec hñt vl̃r mer
cedem·quã ſcꝫ poſſint poſt mortẽ acquirẽ·qꝛ
tunc nihil poſſunt meritoriũ opari·Item poſt
nõ eſt poteſtas ad corpus vel ſeculũ reuerten
di·Dicit̃ em̃ ſap̃·ii· Nõ eſt agnitus qui ſit re=
uerſus ab inferis·Et Iob·xiiii· Lignum habet
ſpem ſi p̃ciſum fuerit·rurſũ·vireſcit· & rami
eius pululãt·Homo vero cum mortuus fuerit
& nudatus atqꝫ cõſumptꝰ·vbi queſo eſt· quõ
ſi recedãt aque de mari· & fluuiꝰ vacuefactꝰ
areſcat·ſic homo cũ dormierit non reſurgꝫ ſu
pple ad vitam iſtam mortalem·quia ſcio ꝙ re
ſurget in reſurrectione in nouiſſimo die· Nõ
reſurget etiã q̃ntũ ẽ de lege cõmuni·& hoc di
co·quia multos ſcimus miraculoſe corporalit̃
ſuſcitatos· Item poſt mortẽ ñ ẽ poteſtas de re=
bus ſuis aliter diſponẽdi·& ideo ſi teſtamen=
tum ſuũ bõ nõ cõdidit·ſi debita nõ reddidit ·
ſi forefacta nõ emẽdauit ·ſi male acquiſita ñ
reſtituit nec de mãmona iniquitatis amicos
ſibi fecit·nec bona ſua paupibus erogauit·nõ
reuertit̃ amplius ad p̃dicta faciendũ·Ideo di=
ctum eſt ezechie· Diſpone domui tue·qꝛ mori
eris tu et non viues·Yſa·xxxviii· Et eccĩ·xi ·
Eſt q̃ locupletat̃ parce agẽdo·et hec pars mer
cedis eius in eo ꝙ dicit·inueni requiẽ mihi·&
nũc mãducabo de bonis meis ſolus· & neſcit
ꝙ tempus p̃tereat et mors approp̃inq̃t·et reli=
quat oĩa aliis & moriat̃· Ideo bñ dicit̃ ꝓu·
xi·Mortuo hoĩe impio nulla erit vltra ſpes·ſ·
penitendi·penitentiã agendi·merendi·reuer=
tendi·vel rebus ſuis aliter diſponẽdi·Declara
tum eſt igit̃·ꝙ mors eſt cũctis hoĩbꝰ metuẽda
Hoc aũt aduertendũ eſt·ꝙ ſicut dicit beatꝰ
Greg̃·iiii·dyalog̃·Plerũqꝫ de culpis minimis
ip̃e ſolus pauor egrediẽtes aĩmas iuſtoꝝ pur=
gat·ſicut narrat ibi de quodã viro ſcõ·qui ve
niẽs ad mortẽ vehemẽter expauit·ſꝫ poſt mor=
tem diſcipulis ſuis in cãdida ſtola apparuit &
q̃m p̃clare ſuſceptꝰ fuerit indicauit· Nõnunq̃ꝫ
vero oĩpotens deus trepidantiũ mẽtes q̇buſ
dã ṗus reuelationibꝰ repat·vt in morte minime
ptimeſcãt· ſicut ibidẽ declarat greg̃ p exẽpla ·
Cõſideremus deniqꝫ mortis p̃ſentiã modis
oĩbus tolerandã· Cũ em̃ nobis inſit neceſſi=
tas moriendi·faciamus de neceſſitate virtutẽ·
& dum tributũ nature pſoluimus· apud deũ
meritum acquiramus·Velis nolis neceſſario
morieris·ſꝫ ſi volũtatẽ tuã diũe cõformare vo
lueris·& penales anguſtias leuius ſuſtinebis
& pacem cõſcientie obtinens purgatoriũ tuuꝫ
facies hic in mũdo·ſoluẽdo videlicꝫ penas de=
bitas ꝓ peccatis· ac inſup eterne vite brauium
aſſequeris·Nõne latro pendens iuxta dñm fi=
lius mortis erat·& penas iuſte ꝓ ſcelerĩbꝰ ſuis
luebat·& tñ qꝛ volũtarie ſuſtinẽs penas infli=
ctas peccatis ſuis impoſuit· ñ tm̃ veniã impet̃=
uit·ſꝫ et triũphalẽ gloriã martyrii reportauit·
Ip̃m em̃ martyrẽ eſſe aſſerit doctor egregius
auguꝰ·Certũ eſt ꝙ moriemur·cur ergo mur=
muramus· Prorſus·eadẽ mihi videt̃ ſtultitia
dolere ·quia non vixeris ·anteq̃ꝫ ip̃e vixiſti ·
& quia nõ viues·poſtq̃ꝫ vixiſſe deſieris·paria
ſunt hec· nec in tua poſita poteſtate· Tolerat
xp̃s mortem·tolerant martyres·ex quibꝰ vnꝰ
qui xp̃m nõ audierat incarnatũ·ait·ii·Mach·
vi·Tu dñe qui ſcãm habes ſcientiã· maĩfeſte
tu ſcis·quia cum a morte poſſem liberari·du=
ros corporis ſuſtineo dolores· ſ̃m animã vero
ꝓpter timorẽ tuuꝫ libẽter hec patior ·Xp̃m &
martyres reuoluas aĩmo·quicq̇d in carne tole
ras·leuiꝰ eẽ credas eoꝝ tormẽto·Quid ſi mo=
riaris in terra ꝓpria vel etiã aliena cũ oĩe ſo=
lum forti ſit patria · niſi ꝙ in ꝓpria moriens
plus cõſolatõis habeas tẽporalis·ſꝫ in aliena ce=
teris paribus amplius ſpiritalis·Quid·ſiue iu=
uenis·ſiue ſenex·cũ numerus annoꝝ nec mi=
ſerũ faciat nec beatũ·Nõne mors eſt humani
gñis terminꝰ·ñ ſcopulꝰ in quẽ ĩpingas· ſꝫ por
tus quẽ libẽter attingas·ad quẽ ſi q̇s infra pri
mos annos applicuerit· ñ q̃rimoniã agat· q̃ſi
minꝰ vixerit·ſꝫ gaudeat qꝛ citius nauigauit·

## DE DIFFERENTIA MORIENTIVM·DISTINCTIO QVINTA·

Quia ſupius dictum eſt·mortẽ oĩbus
eſſe timendã·cuius cõtrariũ verum
eſſe videt̃·cũ aliqui mortem legant̃·
& inueniant̃ optaſſe·Sciendũ eſt ꝙ
impii cũ anguſtia·iuſti cum ſpei fiducia·perfe
cti vero cum letitia moriunt̃·Ideo ṗmi mortẽ
vehemẽter abhorrẽt·Scõi paciẽter tolerãt·Ter
tii feruẽter deſiderant· Impii debent mortem
non ſolũ metuere·ſꝫ horrere· ſic̃ patꝫ ex dictis
ſup̃ de mortis anguſtia ꝓpter timorẽ damna=
tionis·Et merito debẽt horrere·cũ eis dicat ſa
piens·eccĩ·xli·Ve vobis viri impii· qui dereli=
quiſtis legem altiſſimi· quia ſi nati fueritis ·

in maledictione naſcemini· & ſi moꝛtui fueri
tis· in maleldictione erit pars vr̃a ·Maledicti
ergo ſunt in vita pariter et in moꝛte· ſ; longe
peius eſt ipſis in moꝛte·q̃ʒ in vita· Quia ſicut
dicit̃ ecc̃i·x·Cum moꝛietur homo·hereditabit
ſerpentes beſtias & vermes· Serpẽtes ſũt filii
& nepotes imitatoꝛes ſcelerũ pr̃noꝝ· quia de
venenatis parẽtibus venenati filii gñant̃· Vñ
beatus Iohẽs baptiſta ait Luc·iiii· Genimma
viparum quis docebit vos fugere a vẽtura ira
Et·p̃s·ait de impiis·Introibũt in inferioꝛa ter
re·id eſt in infernũ·partes vulpiũ erũt·id ẽ tẽ=
poꝛalia bona cedẽt in partes vulpiũ·id eſt he=
redu; malicioſoꝝ & fetentium·Et aduerte ꝙ
vulpecule cum parentes eis p̃dam attulerint·
pugnãt admuicẽ dentibus et vnguibus moꝛ=
dent & lacerãt ſe mutuo·que prius anteq̃s p̃=
dam haberẽt diuidere· colludebãt et ſtabãt in
pace·Per beſtias intelligite demones·qui aĩaʒ
rapiũt·Vermes ad lr̃am cadauer deuoꝛant &
coꝛrodunt· Et ſic bona impioꝝ in tres partes
diuidunt̃ in moꝛte· aĩma demonibꝰ·cadauer
vermibus·et tempalia bona vulpibꝰ·id eſt he=
redibus aſſignant̃·Non eſt ergo mirũ ſi cum
anguſtia moꝛiunt̃·qui de tempali ad ppetuã
ptrahunt̃ ¶ Moꝛiunt̃ iuſti cũ fiducia·qm̃ & ſi
moꝛientes cõſiderãt mulutitudinẽ peccatoꝝ &
paucitatẽ meritoꝝ· oĩno tñ expedit ꝙ in illa
hoꝛa ſumã fiduciã qua malignꝰ hoſtis ad de=
ſperationis abyſſum conat̃ eos ptrahẽ·cõſide
rãdo ſuffragia ſanctoꝝ ꝑ eis intercedentium
preſidiũ angeloꝝ moꝛituris aſſiſtẽtiũ·theſau=
rum xp̃i pro ſuis tpe neceſſitatis expoſitũ·& ĩ
menſa diuine pietatis abyſſum· Exemplo bt̃i
bernardi qui in extremis agens dyabolo aſſi=
ſtẽti et ĩpꝛobe accuſãti rñdiſſe fert̃· Fateoꝛ nõ
ſum dignus &c̃·Vñ dicit ſapiens ꝓuer·xiiii·
Sperat iuſtus in moꝛte ſua· Licet eniʒ fidelis
quilibet ante moꝛtẽ plus debeat timere q̃ʒ con
fidere & in ip̃a moꝛtis hoꝛa p̃cipue foꝛmidare
ꝓpter rõnes ſupius aſſignatas· & ſic int̃ ſpem
ambulet et timoꝛem·neceſſe tñ eſt vt illa hoꝛa
vltima·ſpũs aſſũpta fiducia ne deficiat robo=
retur·Multa em̃ ſunt que tunc ad interitũ &
deſperationis baratrũ ptrahunt deſolatum·
Ideo talem ſic depreſſum meſtitia·p ſpei con=
ſolationem ſubleuare conat̃·Sapiẽs· ecc̃i·xli·
Noli metuere iudiciũ moꝛtis·Quis em̃ fiduci=
am ſpei nõ aſſumat·ſi deuota mẽte recogitet·
ꝙ immenſa dei pietas petrũ poſt trinã nega=
tionẽ·paſtoꝛẽ eccleſie & vicariũ xp̃i fec̃·Paulũ
pſecutoꝛẽ miſericoꝛdiã cõſecutũ·doctoꝛẽ gẽtiũ
& lumen oꝛbis effecit·Matheũ thelonearium
ap̃lm et euãgeliſtã inſtituit·Publicanũ oꝛan=
tem iuſtificauit ·Zacheum hoſpitẽ xp̃i facẽ ñ
contẽpſit·Euangelicã peccatricẽ·ſpecioſiſſimã
xp̃o reddidit·Filium ꝓdigũ cõſumpta ſubſtã
tia & libidine conſũmata· reuertentẽ recepit·
Dauid poſt adulteriũ & homicidiũ·eximium
ꝓphetaꝝ conſtituit·Manaſſen poſt tam cruẽ
ta flagitia reduxit in regnũ ſuum·Et niniuẽ
ciuitatẽ a ſubuerſione ſaluauit· Ip̃e eĩ q diues

eſt in miſericoꝛdia· cuiꝰ miſericoꝛdie non eſt
numerus neq; finis·cui ꝓpꝛiũ ẽ miſereri ſp &
parcere· nulli vnq̃ʒ miſericoꝛdiã ſuaʒ denegat
fideli mente petẽti·ſic ip̃e p ꝓphetã ſuum ꝓcla
mat·Quacũq; hoꝛa ingemuerit peccatoꝛ·oĩm
iniquitatũ eius nõ recoꝛdaboꝛ·Hoc exemplu;
clariſſimũ luculẽter apparet in latrone euãge
lico cui xp̃m cõfitenti ip̃a hoꝛa ꝓmiſit & cõtu
lit paradyſum· ¶ Moꝛiunt̃ pfecti cum letitia
Ait em̃ ap̃ls·phi·i·Mihi viuere xp̃s eſt·& mo
ri lucrũ·Sane pfectis eſt moꝛi lucrũ· quia de
laboꝛe tranſeũt ad quietẽ·de vilitate ad gl̃iaʒ·
de pauptate ad regnũ·de timoꝛe ad ſecuritatẽ
de doloꝛe ad gaudium·de moꝛte ad vitã·Ideo
bene dicit̃ ecc̃·xli·O moꝛs bonũ eſt iudicium
tuũ homini indigenti·De muliere ſancta dr̃·
pꝛou·xxxi·Ridebit ĩ die nouiſſimo·Deus em̃
totius cõſolationis ſc̃is ſuis agonizantibꝰ mul
tas cõſolationes ĩmittit·et ſalutis ſue reuelati
ones oñdit aliis iuſtis aſſiſtentibꝰ· et plerũq;
etiam in remotis agentibus·gloꝛificatõis eoꝝ
ſigna demõſtrat·ſicut beatus Greg̃·oñdit per
multa exempla·iiii·dyal̃· ¶ Cõſiderandũ eſt
autẽ ꝙ et ſi moꝛs viris iuſtis foꝛmidanda ſit
multiplici ratione·ſicut eſt ſupius declaratum
tñ timoꝛem iſtũ vincunt et pene euacuãt qua=
tuoꝛ·ꝓpter que moꝛs eis reddit̃ magis deſide
rabilis q̃ʒ timenda·videlic; timoꝛ tranſgreſſio
nis·doloꝛ afflictionis·feruoꝛ emulatõis·dul=
coꝛ p̃guſtationis· ¶ Primum ergo ꝓpter qḋ
moꝛs deſiderat̃ a iuſtis eſt timoꝛ trãſgreſſiõis
qui timoꝛ ꝯtinue ſollicitat aĩam viri iuſti· Sic
pulcre docet ap̃ls ro·vii· Scio ꝙ nõ habitat in
me·hoc eſt in carne mea bonũ· nã velle adiac;
mihi·pficere aũt bonũ nõ inuenio·non em̃ qḋ
volo bonũ hoc facio·ſed qḋ nolo malum· hoc
ago·inuenio em̃ aliã legẽ ĩ mẽbꝛis meis repu=
gnantẽ legi mentis mee·et captiuantẽ me ĩ le=
ge peccati & moꝛtis·vt nõ quecũq; vultis illa
faciatis·Et iḋo exclamat idẽ ap̃ls pſonã cuiuſ
lib; nr̃m in ſe exp̃mẽs·cũ dicit·Infelix ego hõ
quis me liberabit de coꝛpe moꝛtis huiꝰ·Et ſa=
piens eccẽs·vii·Melioꝛ eſt inquit dies moꝛtis
die natiuitatis·Melioꝛ id eſt certioꝛ·ait Iero·
quia in moꝛte patet qualis fuit qui moꝛitur·
ſ; in natiuitate neſcit̃ qualis erit qui naſcitur·
bonus ſc; vel malus·damnãdus final̃r vel ſal
uandus·Infinita ſunt pericula inter que iugit̃
ambulamus· Quid nos inter demonũ laq̃os·
hoĩm gladios carnis motꝰ illicitos remanere
delectat·Vbi quotidie mundus labit̃· reatus
augetur·virtꝰ minuit̃·coꝛpus multis penis &
laboꝛibus et moꝛtis doloꝛibus ſubiugat̃·Rui=
noſum eſt domiciliũ coꝛpoꝛis in quo viuimꝰ·
procelloſum eſt mũdi pelagus intra qḋ curri=
mus·piculoſũ ẽ quicq̇d terrenũ diligimꝰ· que
oĩa nobis ſuadẽt·vt de tot piculis ñ inuiti·ſ;
alacres exeamus·Quia ſemp in piculis victita
mus·& ſemp eſt ſtatus nr̃ dubius & incertus
ideo dicit̃·ecc̃i·xi· Añ moꝛtẽ ne laudas hoĩem
quemq̃ʒ·Gloſa·Stultũ eſt laudare pugnantẽ·
q̃ſi iam victoꝛẽ·Et bt̃s ambroꝰ·Illo potiſſimũ

tempe merita ſanctitatis extollas· quãto nec
laudantẽ adulatio vocet·nec laudatũ temptat
elatio·Lauda ergo poſt periculnm·p̃dica ſecu
rum·lauda nauigãtis felicitatẽ·ſed cũ ꝑuenit
ad poꝛtũ·lauda ducis virtutẽ·ſꝫ cum ꝑductus
eſt ad triũphum·Quis em̃ viuens tuto poſſit·
& ſine trepidatione laudari·qui et de p̃terit o
meminit ſe hr̃e·qꝺ doleat· & de futuro videt
ſibi ſupeſſe quod timeat· Quis etiã in hoc coꝛ
puſculo poſitus debeat ſibi quicq̃ꝫ vendicare·
de meritis ·quoꝝ iter vite occulta demonum
infeſtatio velut latronũ obſidet multitudo·q̃=
bus ꝑ oms̃ vias ſupplãtatoꝛes inuiſi·aĩaꝝ laq̃
os tendũt·innũabiliũ moꝛtibus expaueſcẽdos
Nauigantibus em̃ nobis ꝑ hoc mare magnũ
& ſpacioſum·in quo reptilia quoꝝ nõ eſt nu
merus·aĩalia puſilla et magna· id eſt diuerſa
inimicoꝝ gn̄a ·nobis valde ꝑtimeſcendũ eſt ·
ne nauẽ nr̃am aut ꝓcella tempeſtatis arripiat
aut fluctus abſoꝛbeat·aut ineternã p̃dam pir
rhata crudelis abducat· ¶ Secũdum ꝓpter qꝺ
moꝛs deſideratᷣ a iuſtis· eſt doloꝛ afflictionis
Innumeris em̃ modis eueniũt infirmitates ·
ſollicitudines·anxietates·ꝑſecutõnes·tedia &
hm̃oĩ·que adeo cruciãt·moleſtãt. et viri iuſti
aĩm inquietãt·vt magis deſiderẽt moꝛi·q̃ꝫ vi-
uere·Sicut patet in btõ Iob·qui poſtq̃ꝫ faculta
tes·liberos& coꝛpis ſanitatẽ amiſerat·ab vxo=
re & amicis multipl̃r moleſtatus·obiurgatus
& linguaꝝ gladiis trãſfoſſus mentaliter·plus
vellet moꝛi q̃ꝫ viuere·Simil̃r thobias qui a do
mino cecitate ꝑcuſſus·& poſtmodũ vxoꝛis ob
iurgatõibus moleſtatus·dixit·Et nũc dñe ſ̈m
voluntatẽ tuã fac mecũ miſericoꝛdiã· & p̃cipe
in pace recipi ſpm̃ meũ·Expedit em̃ mihi mo=
ri magis q̃ꝫ viuere·Et ꝑfectiſſimꝰ viroꝝ apoꝰ
dixit·ii·coꝝ·i·Sup̃ modũ g̃uati ſumus ſuper
virtutẽ·ita vt tederꝫ nos etiã viuẽ·ſꝫ& ip̃i i no
bis rñſum moꝛtis habuimus·vt nõ ſimus fi=
dentes in nobis·ſꝫ ī deo qui ſuſcitat moꝛtuos·
Si igit̃ viri ꝑfecti p̄e tediis et grauaminibus
moꝛtẽ deſiderãt·& vitam odiũt tempalem·q̃d
faciẽt peccatoꝛes·viri muliebꝛes et tepidi·debi
les·impfecti·qui a peccatoꝛibus huius mundi
moleſtanᷣ·opp̃munᷣ·ſpolianᷣ bonis ſuis·gra
uanᷣ angariis·& iniuſtis calũniis infeſtanᷣ·
Ex alia parte damna reꝝ inferũt latrones·in=
cendia aurugines & vermes·niues et glacies·
inundationeſ aquaꝝ·ardoꝛes ſolis·fulgura·tẽ
peſtates·Ex alia parte languoꝛes·& infirmita
tes innumere·coꝛpus ꝓpꝛiũ affligentes·moꝛ=
tes etiã liberoꝝ· parentũ·aliorũq̃ꝫ caroꝝ aĩos
eoꝝ trãſuerberãt·& pene tam hec q̃ꝫ oĩa ſup̃=
dicta ī foueã deſperationis inducũt· Propter
qꝺ bñ dic̃ ſapiẽs·eccĩ·xxx·Melioꝛ eſt moꝛs q̃ꝫ
vita amara·Nõ aũt ſine cauſa deus oĩpotens
p̃ntem vitam tantis malis impleuit·ſꝫ ſ̈m alti
tudinẽ ſapientie ſue miſericoꝛditer oꝛdinauit·
vt per tempalia mala que patimur·& purge=
mur a peccatis p̃teritis· & caueamꝰ diligẽtiꝰ
a futuris·retundatᷣ nr̃a ſupbia· & negligẽtia
ſeu vecoꝛdia ꝓpellatᷣ·bũllienᷣ coꝛda· & merita

augeanᷣ·immo cõpellamur mundũ contem=
nere·vitam caducã non diligẽ diſcamus·aĩos
ad deũ·mentes & deſideria ſubleuare· vitãq̃ꝫ
glozioſam totis p̃coꝛdiis p̃optare· ¶ Tertiũ
ꝓpter qꝺ iuſti moꝛtẽ deſiderãt ẽ feruoꝛ emula
tionis·Cõſiderantes nanq̃ꝫ viri iuſti oĩa mala
que ſub ſole geruntᷣ·ꝙ videlicet multiplicanᷣ
peccata·regnat iniuſtitia·veritas cõculcatᷣ·de=
honoꝛatᷣ deus·aĩe damnanᷣ ·paupes opp̃men
tur·iuſti deſpiciuntur·& impii dñanᷣ·dolent
gemũt·& doloꝛe tabeſcũt·Moꝛi q̃ꝫ viuere pre
optãtes·Vñ vnus eoꝝ matathyas dixit· p̃mo
Mach·ii·Ve mihi vt q̃d natus ſum videre cõ=
tritõeꝫ ppl̃i mei·& cõtritionẽ ciuitatis ſancte ·
& ſedere illic cum datᷣ in manus inimicoꝝ &c̃
Itẽ Iere·xx·maladicta dies in qua natus &c̃ ·
Et·p̃s·Zelus domus tue comedit me·Idẽ·De
fectio tenuit me pro peccatoꝛibus derelinquẽ
tibus legem tuã·Idẽ·tabeſcere me fecit ʒelꝰ me
us·quia obliti ſunt verba tua inimici mei· It
iii·Reg̃·xix·Helyas petiuit aĩe ſue vt moꝛere
tur·& ait·Sufficit mihi dñe tolle aĩam meã·
Sequitᷣ·Zelo ʒelatus ſum ꝓ dño deo exercitu=
um &c̃·Deniq̃ꝫ ait ſapiens eccẽs·iiii·Vidi ca=
lũnias·id eſt falſas accuſationes·& iniquas li
tigationes·que ſub ſole geruntᷣ·lachrymas in
nocentiũ·ꝓ calũniis et opp̃ſſionibus iniquo=
rum·& neminẽ cõſolatoꝛẽ opp̃ſſoꝝ· nec poſſe
reſiſtere cũctoꝝ auxilio deſtitutos·Sequitᷣ·Et
laudaui magis moꝛtuos q̃ꝫ viuentes· ¶ Quar
tum pꝛopter quod iuſti moꝛtem deſiderant ·
eſt dulcoꝛ p̃guſtationis·Sancti nanq̃ꝫ qui il=
lius celeſtis gl̃ie & dulcedinis vel modicũ gu=
ſtauerũt·oĩa terrena faſtidiũt·mũdi delitias
abhoꝛrẽt·etiã ip̃am vitã deſpiciũt ac ad abyſſũ
dulcedis totis p̃coꝛdiis aſpirãt·Sicut vnꝰ eoꝝ
de ſeip̃o teſtatᷣ·dicens·Queãdmodũ ceruꝰ de
ſiderat ad fõtes aquaꝝ·ita deſiderat aĩa mea
ad te deus· ſitiuit aĩa mea ad deuꝫ fontẽ viuũ
qñ veniã et apparebo añ faciem dei &c̃·Idem
Heu mihi· quia incolatus meus ꝓlongatꝰ eſt
Idem· Quã dilecta tabernacula tua dñe virtu
tum·cõcupiſcit et deficit aĩma mea in atria do
mini &c̃·Et apoꝰ·phi·i·Mihi viuere xp̃s eſt ·
& moꝛi lucrũ·Sequitᷣ·Deſideriũ hñs diſſolui
et eſſe cũ xp̃o·Et ſapiẽs ait eccĩ·xli·O moꝛs bo
nũ eſt indiciũ tuũ·&c̃·Sanctis ꝑfecto bonũ ẽ
iudicium moꝛtis·quia moꝛs ñ eſt aliud q̃ꝫ exi
tus de carcere·finis exilii·laboꝝ conſũmatio·
ad poꝛtum applicatio·peregnationis terminꝰ
grauiſſimi oneris·id eſt coꝛpoꝛis depoſitio de
domo rumoſa liberatio·oĩm periculoꝝ euaſio
oĩm maloꝝ cõſumptio·debiti nature ſolutio ·
reditꝰ ad p̃riam·ingreſſus ad gloꝛiã·Ad quã
nos ꝑducat dñs ihs xp̃s·q̃ viuit et regnat &c̃·

## DE MORTE SVBITA·DIS·VI·

QVoniã moꝛs ſubita ꝑiculoſa nimis ẽ
& hoꝛrẽda·cõſtat illud peccatũ eſſe
grauiſſimũ·et ſumope deteſtandũ·
ꝓpter quod deus homĩ moꝛteꝫ ſubi=
tã legitᷣ inflixiſſe· ¶ Inuenimus aũt hãc infli
ctam eẽ ꝓpter peccatũ inobediẽtie·ſicut exẽplũ

habemꝰ·Leui·x·arreptiſqꝫ nadab et abiu filiis
aaron thuribilis ſuis impoſuerūt ignē & incē
ſum deſup offerētes coꝛā dn̄o ignē alienū·qđ
eis p̄ceptū nō fuerat·imo ꝓhibitū·Egreſſuſqꝫ
ignis a dn̄o·deuoꝛauit eos·Et moꝛtui ſūt co=
ram dn̄o·Iero·Ignē alienū accendit·qui tpa=
lis cupiditatis vel coꝛpe volūtatis ignē ī ſecra=
rio coꝛdis nutriēs·audet altaribus dn̄i ꝓpinq̈
re·q̄ nō recipiūt acceſſionē·niſi ignis quē do=
minus venit mittē in terrā·& voluit vehemē=
ter accēdi·Luc·xii· ¶ Scd̄o ꝓpter peccatū mur
muris & impacientie·Sicut ſcriptū eſt nūi·xi
Oꝛtū eſt murmur ppl'i cōtra dn̄m·q̈ſi dolen=
tiū pro laboꝛe·Sequit̄·Accenſus in eos ignis
dn̄i·deuoꝛauit extremā caſtroꝝ partē·Itē nūi
xvi·Murmurauit vniūſa multitudo filioꝛum
iſrl' ꝯtra moyſen & aaron·dicēs·Vos interfeci
ſtis populum dn̄i·Sequit̄·Stans aaron inter
moꝛtuos et viuentes·quos ſcꝫ vaſtabat incen=
diū·pro ppl'o dep̄catus eſt·Fuerūt aūt qui per
cuſſi ſunt·q̈tuoꝛdecē milia hoīm & ſeptīgēti
¶ Tertio ꝓpter peccatū irreuerētie circa diui
na·Puniebat em̄ dn̄s illos tali moꝛte·qui va=
ſa ſanctuarii cōtrectabant indigne·vel etiam
quod maius eſt·qui ex curioſitate ſpectabant
De indigno cōtactu habemus inhibitionē ex
p̄ſſam·nūi·iiii·Vbi ait dn̄s·Nō tangāt vaſa
ſāctuarii·ne moꝛiāt̄·ſ·filii caath·Vn̄ qꝛ oꝛa licꝫ
eſſet ſacerdos temē plauſtrū tetigit·ī quo erat
archa dn̄i·p̄cuſſit eū dn̄s·p̄mo Re·vi·Exten=
dit oꝛa manū ad archā dn̄i·& tenuit eam·q̄m
calcitrabāt boues·& declinauerūt eā·Iratuſqꝫ
dn̄s cōtra oꝛam·p̄cuſſit cum ſup temeritate·
qui moꝛtuus eſt ibi·Greg·Sacerdos qui temē
archam tetigit·reatū ſui auſus īmatura moꝛ
te purgauit·Vbi intuendū ē quātuꝫ delīq̈t q̄
ad coꝛpus dn̄i reus accedit·ſi ille moꝛte mul=
ctat̄·quia archā dn̄ici coꝛpis figurā·minoꝛi q̈ꝫ
debuit veneratione coꝛripit·De curioſo aſpe=
ctu dedit dn̄s inhibitionē expꝛeſſam·nūi·iiii·
dicens·aaron et filii eius intrabūt ſanctuari=
um·ipiqꝫ deponēt opa ſinguloꝝ·alii nulla cu
rioſitate videant que ſunt in ſanctuario·alio
quin moꝛient̄·ꝓpter quod p̄cuſſit dn̄s bethſa
mitas·ſicut dicit̄·ii·Reg·vi·Percuſſit dn̄s de
viris bethſamitis·eo ꝙ vidiſſent archam dn̄i·
Et p̄cuſſit de populo ſeptuaginta viros·& q̈n
quaginta milia plebis·Si ergo tantā reueren
tiam requirebat dn̄s in miſtris veteris teſtam̄
ti·& tam ſeuere puniebat indignos ꝓpter illa
que nō erant niſi vmbꝛa et figura ſacroſancti
coꝛpoꝛis domini ih̄u xp̄i·q̈ntam mūditiā nūc
requirit ī miſtris noue legis·qui ip̄m ſanctū
ſanctoꝝ verbis cōſecrāt·manibuſqꝫ cōtrectāt
Quanta etiā pena digni ſunt·qui indigne &
irreuerēter accedūt·Tales em̄ ſimiles ſūt iude
peſſimo proditoꝛi·qui exterius oſ̄dunt ſigna
dilectionis et pacis·interius aūt pleni dolo &
fallacia cōtumeliā faciūt creatoꝛi·Vn̄ ſcriptuꝫ
eſt·heb·x·Irritā quis faciens legeꝫ moyſi ſine
vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibꝰ mo
rit̄·q̈ntomagis putatis deterioꝛa mereri ſup=
plicia·qui filiū dei cōculcauerit·& ſanguinem
teſtamenti pollutū duxerit·in quo ſanctifica=
tus eſt·et ſpiritu gr̄e cōtumeliā fecerit·Bern̄·
In multis multiplr̄ regnat luxuria·qui purita
tis auctoꝛi īpuro coꝛde et coꝛpe miſtrantes n̄
verent̄ ſtare an̄ angl'm dn̄i q̄ ſecꝫ eos medios
& diſperdat·ſꝫ oīno audent agni īmaculati ſa
cras cōtingere carnes & intingere in ſanguīe
ſaluatoris manus nepharias·quibꝰ pauloan̄
carnes ꝑ turpitudinem? ꝓth doloꝛ meretritias attractarūt·ſic al
taria circuire·ſic frequētare pſalmos·cū hmōi
laus ſit execrabilis & oꝛatio in peccatum·
¶ Quarto ꝓpter peccatum ſeditionis·Exem
plū manifeſtiſſimū habemꝰ nūi·xvi·De cho=
re·dathan·& abyron·et cōplicibus eoꝝ·quoꝝ
aliquos terra deglutiuit·alios incendiū deuo=
rauit·Dicit̄ em̄ ibi·Ecce aūt choꝛe·dathan·&
abyron ſurrexerūt cōtra moyſen·aliiqꝫ filioꝝ
iſrl' ducētiq̄nquaginta·Sequit̄·Si conſueta
hoīm moꝛte interierint·nō me miſit dn̄s·Cō
feſtim ergo vt ceſſauit loqui·dirupta eſt terra
ſub pedibꝰ eoꝝ·& apperiens os ſuū deuoꝛauit
eos·Sequit̄·Sꝫ et ignis egreſſus a dn̄o inter=
fecit ducētūquinq̈ginta viros qui offerebant
incenſū·¶ Quinto ꝓpt̄ pctm̄ īpie opp̄ſſionis·
Exemplū de egyptiis·quoꝝ p̄mogenita priꝰ
vna nocte et vna hoꝛa pariter ſūt occiſa·ſic ōꝛ
Exo··xii·Percuſſit dn̄s oīe p̄mogenitū ī ter=
ra egypti·a p̄mogenito pharaonis vſqꝫ ad p̄=
mogenitū captiue &c̄·Sequit̄·Oꝛtus eſt cla=
moꝛ magnus in egypto·neqꝫ em̄ erat domus
in q̈ n̄ iacerꝫ moꝛtuꝰ·Poſtea p̄res moꝛtui ſūt
ī mari rubro·exo·xiiii·Viderūt filii iſrl' egypti
os moꝛtuos ſup litus maris· ¶ Sexto ꝓpter
pctm̄ effrenate luxurie·Exemplū de holofer=
ne·Iudith·xiiii·Et xv·quē vidit doꝛmientē oc
cidit·Item exemplū de effrenata luxuria etiā
in cōiugio·thob·iii·Sara tradita fuerat ſeptē
viris·& demoniū noīe aſmodeus occiderat il=
los·Ideo timebat thobias iunioꝛ illam ducere
in vxoꝛeꝫ·ſicut dicit̄ tho·vi·Vn̄ dixit angelo
raphaeli·Audiui ꝙ tradita eſt ſeptem viris·&
moꝛtui ſunt·ſꝫ et hoc audiui ꝙ demoniū occi=
derit illos·Exemplū etiā de duobꝰ filiis iude·
ſcꝫ·Her et onam·quos p̄cuſſit dn̄s & occidit·
Gen̄·xxxviii· ¶ Septimo ꝓpt̄ voti trāſgreſſiōꝫ
Exemplū act·v·De anania et ſaphyra q̄ par=
tem de p̄cio agri ſui venditi retinētes·queꝫ tn̄
deo deuouerāt ſubito moꝛtui ſūt·Dicitur em̄
ibi·Audiens ananias hec verba petri·ſcꝫ incre
pantis cecidit et expirauit·Et infra de ſaphira
Confeſtim cecidit et expirauit·Intrantes autē
iuuenes qui veniebāt de ſepeliendo virū eius·
inuenerūt illā moꝛtuā· ¶ Octauo ꝓpter pctm̄
blaſphemie·Exemplū·iiii·Reg·xix·de exerci=
tu ſennacherib·cui inquit dn̄s·Expꝛobraſti &
blaſphemaſti·et ꝯtra quē leuaſti manū tuā·&
eleuaſti oculos tuos cōtra ſemē iſrl' per manū
ſeruoꝛū tuoꝝ expꝛobraſti dn̄o·Sequit̄·In illa
nocte venit angelꝰ dn̄i & p̄cuſſit ī caſtris aſſi
rioꝝ centūoctoginta q̈nqꝫ milia·Cūqꝫ dilucu
lo ſurrexiſſet·vidit oīa cadauera moꝛtuoꝛum

De illius blaſphemia habetur plenꝰ·ii·paraſ·
xxxii· ¶ Nono ꝓpter deſperationē· Exemplū
ezech·xi·Dum ꝓphetarē ait ezechiel phathyas
filius banaye moꝛtuꝰ eſt· Iero· Sunt multi q̄
peccatoꝝ cōſcientia ſalutē deſperāt· & dicunt·
Ciuitas hec in qua verſamur lebes eſt· nos aūt
carnes· & babylonia cōſumemur ardoꝛe eius·
ſcꝫ cuiꝰ iacula ignita ſūt·volētes agē pnītentiā
et deſperātes ſalutem· De talibus erat iſte pha
thyas·immo pͥnceps coꝝ·ſicut dicit̄ ibidem·
¶ Decimo ꝓpter peccatū puſillanimitatis &
ſomnolentie· Exemplū Iudic̄ ·iiii·de ſyſara·q̄
hoſtes fugiens in tanto periculo obdoꝛmiuit·
ſopoꝛē moꝛti ſocians expirauit· Exemplum de
hyſboſeth de quo·ii· Re·iiii· Doꝛmiebat ſuper
ſtratū ſuū meridie· oſtiaria domus obdoꝛmi=
uit·&c̄· Sequit̄· Et ꝑcutientes eū baana & re=
chab interfecerīt eū· ¶ De multis aliis ꝑcuſſis
& occiſis ſatis legit̄ in biblia·in legendis ſan=
ctoꝝ & vitis pr̄m· & videmꝰ frequēter ī quo
tidianis exemplis· In miraculis ſancti andree
legit̄·ꝙ cum quedā mulier interpellarꝫ filium
de ſtupro & nollet cōſentire·ſꝫ adhererꝫ beato
andree· Ipa accuſauit eum apud ꝓpoſitum· Et
cū nollet crimē mr̄is reuelare ſubmergi iubet̄
ī ſacco·ꝓ quo oꝛāte bt̄o andrea mr̄ ſubito ful
gure ꝑcuſſa eſt· Item cū pater ſancte barbare
eam decapitaſſet·ſubito a fulgure ꝑcuſſus eſt
Item ī paſſione ſymonis & iude legit̄·ꝙ cum
eſſent occiſi a pōtificibus ydoloꝝ·duo magi·
zaroen & arphaxath·qui eis ꝑſecutionē intu=
lerūt celo exiſtente ſereno fulguribꝰ cadētibꝰ
ꝑcuſſi in carbones ſunt verſi· & templū ydo=
loꝛū tripharia eſt ab ipſis fulguribus diuiſum
Itē in paſſione ſancti alexandri pape dicit̄ ꝙ
cum vellet inſurgere ꝯtra martyres moꝛtuos
aurelius·virga ignea de celo miſſa cecidit ante
eum·&vox ad eū dixit· Accipe p̄miū meritoꝝ
& in inferno ſcias te mittendū·qui furendo·
& p̄ doloꝛibus linguā ſuam mādu cando moꝛ
tuus eſt· Item in paſſione thymothei & appol
linaris dicit̄·ꝙ cū lampadiꝰ decapitataſſꝫ eos
iaculū igneū de celo deſcēdens dextrū eius hu
merū ꝑfoꝛauit· et ſtatiꝫ a dyabolo eſt turpiter
occiſus·Itē ignis a dn̄o miſſus ſodomitas ſu=
bito concremauit· Geneſis·xix·d· Pluit deus
ſup ſodomā &c̄· Itē leuit̄·x·a· Egreſſus ignis
a dn̄o deuoꝛauit nadab & abyu·Itē nūi·xvi·e
Sꝫ et ignis egreſſus a dn̄o interfecit ducētoſ·
quinq̄ginta viros· Itē eodē·g· Percuſſi ſūt in=
cendio q̄tuoꝛdecī milia viroꝝ· & octīngēti &c̄
Itē·iii· Re·i· Et ignis deuoꝛauit duos q̄nqua=
genarios miſſos ad capiendū helyam· Item in
paſſione beate katerine dicit̄·ꝙ illi qui paraue
rant ei quatuoꝛ rotas que puellā diſſiparent
ab angelo rotas diſſipante emiſſo celeſti igne
ſunt occiſi· Item nō ſolū mali in bonoꝝ ꝑſecu
toꝛes igne aut fulgure concremant̄·ſꝫ etiā fre
quēter in aq̄ ex inſperato extinguunt̄· vt pa=
tet de illis qui in diluuio pierūt·& de pharao=
ne & de exercitu eius· Et de maxentio in paſ
ſione bt̄e katerine· qui cū poſt eius martyriū
iret per pontē cum equo coꝛruit et ſubmerſus
eſt·Itē in ſeptembri in paſſione bt̄e lutie & ge
miniani dicit̄· Qꝫ cum toꝛſiſſet eos dyocletia=
nus diuerſis penis·exiens de vrbe ꝑ nauigiuꝫ
cum mille trecētis q̄dragitaſex·oīs in flumi
ne ſunt ſubmerſi & ꝑempti·eo ſolo euadente
vt durioꝛi iudicio foꝛſitan puniret̄· Itē in paſ
ſione beati Iacobi apl̄i legit̄·vt dicit Iohes be=
eth·ꝙ milites regine cuiꝰ palatiū petiuerant
diſcipuli bt̄i Iacobi ad ſepeliendū coꝛpus eius
ſequentes eoſdē diſcipulos ad ꝑimendum·de
ponte cadentes ſubito ſunt ſubmerſi· Itē·ml̄ti
aūt nō in igne & aqua pierūt·ſꝫ ī aere· vt qui
pre triſtitia et deſpatione ſe ſuſpenderunt·vt
achitophel·ii· Re·xxvii· Et iudas ꝓditoꝛ Act·
p̄mo·c· Qui laqueo ſe ſuſpendit· Item alii p2e
deſpatione et doloꝛe ꝓpꝛiis manibus ſe ꝑeme=
rūt·vt ſaul et ſeruus eius·ii· Reḡ·ī fine· Et de
pōtio pylato dicit̄ in decollatione ſancti Ioh·
baptiſte·ꝙ accuſatꝰ eſt a iudeis in obpꝛobriuꝫ
ſui gn̄is mittit̄ apud lugō·in exiliū damnan
dus·vbi vt dicit̄ damnatꝰ eſt ſic vt nihil come
deret· q̄ ibidē vbi oꝛiūdꝰ fuerat vt dꝛ p̄ dolore
ſe occidit· Alii ꝙ dicūt lugduni ē ſuſpēdio ad=
iudicatus·& apud viennam eſt ſuſpenſus· Et
oñdit̄ adhuc ibi in eccleſia bt̄e marie vncus fer
reus·in quo dicit̄ fuiſſe ſuſpēſus·& ibi ꝓpe in
monte ſup̄ ſanitchamō ī puteo ꝓiectꝰ·vbi qn̄
lapis ꝓiicit̄·fumꝰ inde egredi dicit̄·de quo tē=
peſtas cōcitat̄· Item aliqui a terra ſūt abſoꝛbti
vt dathan & choꝛe &c̄· Nūi·xvi· Itē in paſſiōe
beati greġ·dicit̄·ꝙ dum pōtifices ydoloꝝ euꝫ
duxiſſent ad templū coꝝ vt ibi ydolis īmolarꝫ
oꝛ̄one eius ignis deſcendit de celo voꝛās eos·
& t̄ra dehiſcēs abſoꝛbuit eos cū tēplo· Itē ibidē
dicit̄·ꝙ cū datianus rediret a decollatione eiꝰ
igne emiſſo de celo cū oīmibus eius cōplicibus
eſt deuoꝛatus· Itē alii ſunt a demone ſuffoca=
ti ſubito·vt in paſſione ſancte agnetis dicitur
ꝙ iuuenis volens coꝛrumpe eā a dyabolo ſuf=
focat̄· Itē in paſſioue ſancti vꝛbani pape·dicit̄
ꝙ cum carpaſius rediret a cede martyrum·&
ydolis gr̄as ageret· arreptus a dyabolo ydola
blaſphemabat·& multus xp̄ianos inuictos p̄=
dicās a dyabolo ſuffocat̄· Itē in auguſto ī paſ=
ſione thymothei & appollinaris·& in paſſione
beati bartholomei·& in ſeptembri in paſſione
euphemie virginis·& in vebruario in paſſione
iuliane v̉ginis·et ī multis aliis locis legit̄·quō
ipi demones toꝛmentauerūt et occiderunt toꝛ
toꝛes bonoꝛuꝫ· Itē alii a ſanctis et angelis ipis
ipi ſūt ꝑempti·vt ſodomite· Geñ·xix·& baby
lonii ſuccendētes foꝛnacē tribus pueris· Dañ
iii·e· Et illi de exercitu ſēnacheryb·yſa·xxxvii
g· Item in miraculis aſſūptionis beate marie ī
triptita hyſtoꝛia legit̄·ꝙ ſicut vidit ſanctꝰ ba
ſilius· qui ppl̄m cōuocauerat ad eccleſiā beate
virginis·vt oꝛarēt ꝯtra minas iuliani apoſta=
te· Beata virgo multitudīe ſanctoꝝ cōqueſta
eſt de iuliano apoſtata· querens·quis eam de
blaſphemo illo vindicaret· Tunc ſurrexit mer
curius martyr nouus et miles de ſepulcro·&

aſſumptis armis ſuis et equo·que adhuc in ec
cleſia dicti baſilii ſeruabanť·cum eſſet dictus
iulianus cum exercitu ſuo cõmmans xp̃ianis·
dictus mercurius ꝑ mediũ exercitum trãſcur=
rẽs· lancea ſua trãſuerberauit illũ qui plaſphe
mãdo·& ſanguinẽ ſuũ cõtra deũ ad celũ ꝓiici
endo·& dicendo·viciſti galilee viciſti·moꝛtu=
us eſt·Diciť in eccľiaſtica hyſtoꝛia ꝙ de ſepul=
cro eius fetoꝛ intolerabilis apud cõſtãtinopo=
lim egrediebať·¶ Sciendũ eſt ꝙ etiã ꝓpter ali
qua alia pc̃ta deus q̃nq̃ȝ ſubitã moꝛtẽ inflixit
aliquibus·& frequẽter infligit· necnon etiam
iuſtis hoĩbus·licet iuſto ſemꝑ iudicio·ſȝ nõ ſem
per cognito·ignorata videlicȝ rõne· Hoc autẽ
indubitãter tenendũ eſt·ꝙ ſi iuſtꝰ moꝛte ſubi
ta rapiať· talis non ſolũ ei nõ obeſt· verũetiã
nõnunq̃ȝ ꝓdeſt·Sicut ſcriptum eſt ſap̃·iiii·Iu
ſtus ſi moꝛte p̃ocupatꝰ fuerit·i refrigerio erit
Et ſequiť·Raptꝰ eſt ne malitia ĩmutaret intel
lectum eius·aut ne fictio decipet aĩam illius
Alia ratio eſt·quia ſi quid in eo purgandũ eſt
tali moꝛte purgať·Sicut patet de viro dei qui
miſſus fuerat ad Ieroboam regẽ·iii·Reg̃·xii·
et cõtra inhibitionem diuinã comedit ibi falſi
ꝓphete mendacio circũuentus cuius inobediẽ
tiã purgaſſe credẽdus eſt deus· cũ iuſſu dñi no
occidit eum leo·ip̃m em̃ viuũ ab inobedientie
reatu purgandũ occidẽ potuit·quẽ moꝛtuũ·&
moꝛte purgatũ tãgere nõ p̃ſumpſit·Et de oꝛa
ait greg̃· Sacerdos qui archã dñi temẽ tetigit
reatuȝ ſui auſus ĩmatura moꝛte purgauit· vt
dictum eſt ſup̃·¶ Alia quoq̃ȝ ratio eſt·vt oẽs
hoĩes improuiſi timeãt inueniri· ſcientes etiã
iuſtos a moꝛte ſic ſubito p̃ueniri·Si aũt pecca
toꝛibus infligať·nõ eſt de eoꝝ ſalute penitus
deſperandũ·nec de ipoꝝ damnatione temere
iudicandũ·cũ ĩ ipa moꝛtis hoꝛa poſſit homo
quaſi in inſtanti·id eſt tempe impceptibili pe=
nitere·Deus aũt ſemꝑ eſt paratus gr̃am ſuaȝ
infundere penitẽti·Hoc tñ eſt rariſſimũ & val
de difficile eſt·ꝙ peccatoꝛ nullã hñs diſpoſiti=
onem·p̃ambulam·ĩmo nõ ſolũ diſpoſitionẽ ·
ſȝ et habitũ ꝯtrariũ & cõſuetudinẽ repugnãtẽ
& demerita impedientia· ſubito ſe diſponat·
Ideo talis moꝛs peccatoꝛibus eſt hoꝛrẽda· Im=
piis aũt quos nõ penituros p̃uidet deus moꝛ=
tem iſtã infligit·vel quia tot et tanta ſũt eoꝝ
flagitia·ꝙ nõ mereanť hr̃e·nec tempꝰ·nec gra
tiam penitẽdi·vel quia p̃uidet eos ſi diutiꝰ vi
uerẽt·ſemꝑ deterioꝛa facturos·& ſic damna=
tionis ſue cumulũ iugiter adaucturos· vel qꝛ
cõpatiť deus paupibus et ꝑſonis miſerabilibꝰ
quos opprimũt·& ſi viuerẽt·opp̃mere nõ ceſ=
ſarent·Nec quemq̃ȝ ꝑmoueat ꝙ in exẽplis ſu=
prupoſitis·aliqui nõ ſubito et in inſtanti moꝛ
tui ſunt·ſȝ aliqua moꝛa licet breuis tempis in=
teruenit·Quia ſicut ait Greg̃·ſup illud Iob·
xxxiiii·Subito moꝛienť·quãlibȝ ſero de hac vi
ta tollanť iniqui·ſubito et repẽte tollũtur· qꝛ
finẽ ſuũ cogitando p̃uidere neſciũt·Subitum
aũt ẽ homi·qꝺ ante cogitare nõ potuit ·Subi
to diues ille ſublatꝰ eſt·q̇ hoꝛrea q̃ p̃parauerat

deſeruit·et inferni locũ quẽ ñ p̃uidebat inuenit·

## DE MORTE GRATIE· DIS·VII·

POſtq̃ȝ dicta ſũt aliqua de moꝛte na
ture ad quã debemus nos p̃parare ·
quia periculoſa·dicendũ eſt de moꝛ
te gr̃e·quã debemus optare·qꝛ fru=
ctuoſa·De qua berñ·ait·Bona moꝛs que vitã
ñ aufert·ſȝ mutat ĩ meliꝰ·ꝑ quã coꝛpꝰ ñ cadit
ſȝ aĩa ſubleuať·Neceſſe eſt em̃ vt in via moꝛia
mur vitiis·vt melioꝛ ſit dies moꝛtis die natiui
tatis·Moꝛiamur ergo interim peccato·ſi viuẽ
deſideramus in xp̃o ·q̃ſi moꝛientes ait apľs·
ṗmo coꝝ·vi· et ecce viuimꝰ· Ad ſimilitudinẽ
aũt moꝛte naturali moꝛientiũ· cõſideremꝰ in
moꝛte ſpũali ꝓgreſſum·Moꝛiturus igiť ĩ p̃n
cipio infirmať & dolet · doloꝛ augmentať &
languet·languoꝛ vigorať et pallet·Cũ aũt am
plius inualeſcit infirmitas·motus deſtruitur·
ſenſus obtundiť· In moꝛte vero nexus diſſol
uiť· Spũs egrediť· Coꝛpus moꝛtuũ ſepelitur
Sepultum reſoluiť·Hiis·ix· gradibus ſpũaľr
intellectis peccato moꝛimur·Quoꝝ tres ṗmi
ad virtutis ingreſſum·Duo medii ad ꝓgreſſũ
Alii vero vltimi ad ſtatũ ꝑfectũ aĩe referunť·
¶ Moꝛiturus ergo ſpũaliter infirmaťꝑ attri
tionẽ·& dolet ꝑ cõtritionẽ·Attritionẽ intelli=
ligo·qñ aĩa ꝑ gr̃am gratis datã infirmať·id ẽ
ab illicitis refrenať· Cõtritionẽ qñ per gr̃am
gratũ facientẽ dolet de peccatis·& coꝛde ꝑfe=
cto cõpungiť et penitet·que cõtritio ſimilitu=
dinẽ moꝛtis tenet·Peccatum em̃ quod peccãti
dulce fuerat ad momentũ·amaruȝ poſtea pe=
nitenti cõuertiť in lamentũ· Et dum eũ fetoꝛ
culpe ſollicitat·dum cõſcientie doloꝛ inſtigat·
dum pudoꝛ offenſe diuine coꝛ penetrat·dum
hoꝛroꝛ extremi iudicii inquietat·ſuſpirat et ge
mit· in ſpũ vehemẽti clamãs et dicẽs ·Triſtis
eſt aĩa mea vſq̃ȝ ad moꝛtẽ· Math·xxvi·Et il=
lud·p̃s·Circũdederũt me doloꝛes moꝛtis·& ꝓ
quia ꝑicula inferni inuenerũt me·Vel illud·
Circũdederũt me doloꝛes moꝛtis et toꝛrentes
iniquitatis cõturbauerũt me &c̃·¶ In ſecũdo
gradu doloꝛ coꝛpoꝛis ꝑ ſingula mẽbra diffu=
ſus egrũ in lectũ deiicit & languoꝛem inducit
Sic cõtritionis doloꝛ in deſideriũ ſurgit·& in
dilectionẽ igneſcit·Et ſicut lãguoꝛ induciť ex
doloꝛe·ſic amoꝛ gigniť ex ꝯtritõe·Vnde can·
iiii·Si inueneritis dilectũ·annũtietis ei ·quia
amoꝛe lãgueo·Videas lãguiduȝ nũc in lecto
iacentẽ·nunc aliquantulũ ad ſurgendũ ꝓ vi=
ribus enitentẽ·Nõne ſic ſe habet cõuerſio pe=
nitentis·dum in eo vices alternat affectio do
loꝛis et amoꝛis·Doloꝛ em̃ deoꝛſum dep̃mit q̃ȝ
erigere nitiť amoꝛ ſurſum·Nam q̃nto ꝑ amo
ris impetũ collectis viribus conať erigi·tanto
repreſſus memoꝛia peccatoꝝ cogitur reclinari
Sed bene cũ eo agiť·ſi nec penitus ꝓſtratus ·
nec erectus ĩ lecto ſedeat·& cũ lachrymis·ge=
mitibus & ſuſpiriis gr̃am viſitantẽ expectet·
Nemo em̃ ex graui infirmitate reſurgens·ſu=
bito in vigoꝛẽ ṗſtinũ ꝯualeſcit·¶ In tertio gra
du palloꝛ naſcitur·ex languoꝛe·ſic marceratio

carnis ex inualeſcēte dilectione· Palleat om̄is
amans color hic eſt aptus amāti· Vñ ſpōſa de
colratā ſe clamat ex amore dilecti·cant·p̄mo
Nolite me cōſiderare ꝙ fuſca ſim·quia deco=
lorauit me ſol· Hoc pallore ī ianuis mortis af=
ficimur·dū ex amore xp̄i caro nr̄a iugiter ma
ceratᷣ· Vñ·p̄s·ꝓpter te mortificamur tota die
eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis·vt noſ=
ipſos dño in ſacrificiū offerētes·ſicͥ in holocau
ſto arietū·& ſicut in milibus agnoꝝ pinguiū
ſic fiat ſacrificiū nr̄m vt placeat añ deū· Vnde
clamat apl's·colo·iii· Mortificate membra ve=
ſtra que ſunt ſup terrā· Nam ꝫm eundeꝫ·ro·
viii· Si ꝫm carnē vixeritis moriemī· Si aūt ſpi
ritu fc̄ta carnis mortificaueritis viuetis· Mor
tificetᷣ igitur caro·vt ſpiritꝰ viuat· Quia ſicut
ait apl's petrꝰ·p̄ma pe·iiii· Xp̄s ſemel ꝓ pecca
tis nr̄is mortuus eſt·vt nos offerret deo·mor
tificatos quidē carne·viuificatos aūt ſpū· Se=
mel mori dño ſatis fuit qui peccatū ñ fecit· q̇
vna oblatōe ſua ſufficiētiſſima·& ſupabūdan
diſſima·ꝓ omībus ſatiſfecit· Nos aūt peccan
tes quotidie peccato mori quotidie debemus·
Et quia fomes vel libido carnis radicalr̄ ſemp
manet·nec ſemel ita mortificari pōt·vt totalr̄
deſtruatᷣ ſemel·ideo carnē nō ſemel·ſꝫ cōtinue
mortificare debemus· ¶ In quarto gradu mo
tus deſtituitᷣ·motus inq̄ꝫ tam exterioris opa=
tionis·q̄ꝫ interioris affectionis· Adeo namq̄ꝫ
fit homo immobilis ad peccatū·vt nec ipſum
opetur·nec ī eius ymaginatione vel memoria
delectetᷣ·vel illius recipiat etiā p̄mū motū· Nā
quemadmodū ſtatutū eſt hoībus ſemel mori
heb·xi· ſic nos debemus eē ſemel mortui pec=
cato·nō vltra reuiuiſcamus in eo·ſcientes· ꝙ
xp̄s reſurgens ex mortuis iam nō moritur·&
mors illi vltra non dñabitᷣ· Sequitᷣ· Ita et vos
exiſtimate vos quidem mortuos eſſe peccato
viuentes aūt deo· Gloſa·ſicut xp̄s mortuꝰ eſt
ſemel·ita peccatū in vobis moriatᷣ ſemel· vt ñ
opporteat iterari· Et ſicut xp̄s ſemp viuit· ita
ſemp etiā vos viuatis virtutibus· Si em̄ mor=
tui ſumus peccato·ſcꝫ p grām dei·quō·id eſt q̃
ratione adhuc poſt em̄ bn̄ficiū viuemꝰ ī illo &
reddemꝰ vires hoſti· Cū em̄ hoc p̄ſtiterit grā
vt moremur peccato·q̇d aliud facimus ſi viui
mus in eo·niſi vt grē ſimus ingrati· Vis vidē
ſpm̄ innouatū& hoīem ī virū alterū īmutatū
Hic eſt qui nō ſuam·ſꝫ dñi querit facere volū
tatē·carnis mūditiā·cordis amplectitᷣ purita=
tem·ſeruat ſilentiū niſi verbū ꝓferat ordina=
tuꝫ·nihil toruū videbit in oculis·nihil inordi=
natum in greſſu·nihil offenſiuū in geſtu·ni=
hil laſciuū in riſu·nihil in auribus qd̄ ad pru=
riginē ptineat leuitatis·nihil in toto corpe qd̄
p̄tendat motum aliquē vanitatis· ¶ In quito
gradu ſenſus obtūditᷣ·& p patientiā velud in
ſenſibilis reputatᷣ· Vñ in filio ſunaītis q̇ mor=
tuꝰ iacebat ī lectulo ñ erat vox neq̄ꝫ ſēſus·iiii
Re·iiii· Sic martyres velut inſēſibiles effecti
oīa tormētoꝝ gn̄a cōtemnebāt· q̃ſi penitꝰ nō
ſentirēt·quia in xp̄m mentalr̄ excedebāt· Sic
apoſtolus clamat ſe cōfiguratum morti xp̄i·ſi
quoquomō ptingat ad reſurrectionē que ē ex
mortuis· Qm̄ partes debēt cōgruere ſuo toti·
et mēbra ſuo capiti cōformari·neceſſe eſt for=
mam pacientie ad nos a xp̄o capite deriuari·
Vñ xp̄m in crucis patibulo morienteꝫ· dorſū
ſuum ſciſſum verberibus·vellicatas genas·fa
ciem ſpecioſi p̄ filiis hoīm ſputis illitam hoīm
immūdoꝝ· caput corona ſpinea ſauciatū·latꝰ
ſanguine rubricatū·manus et pedes clauis cō
foſſos·et tanq̄ꝫ agnus manſuetiſſimus iugu
latori ſuo nō rñdens· In crucis cathedra paciē
tiam efficaciter docet·verbo pariter et exēplo·
Pater inquit dimitte illis·quia neſciūt q̇d faci
unt· Nouū docendi genus· nouus magiſter
aſſūpſit· Reos excuſat·factū attēuat·& ad pa
ciētiam miro mō fideles ſuos informat· Moy
ſes iniurias ſuas ꝓſequitᷣ·& lege talionis vlci
ſcitur·& abſq̄ꝫ vlla miſeratōne legis ſue ꝯtem
ptor occiditᷣ· Xp̄s autē gladiū in vaginā repoī
precipit·nec fratri pmittit iraſci·nec racha·nec
fatue dici·in quibus tribus·iram·cōuitium et
contemptū penitus interdixit· Dictū eſt anti
quis·oculū ꝓ oculo·dentē pro dēte· Iudeos vo
cat antiquos quos furor vindicte ſic freneti=
cos fecerat·ſic reddiderat effrenatos·vt ꝓ ocu
lo caput·ꝓ dente vitā expeterēt·vñ lex eos ad
vindicte viciſſitudinē refrenabat·vt tm̄ exige
rent vltionis q̃ntum vis furentis intulerat le=
ſionis· Ego aūt dico vobis·ait xp̄s· Math·vi·
Si quis te pcuſſerit in dexterā maxillam· p̄be
illi & alterā· Vult dñs nō vitia vitiis vindica
ri·ſꝫ virtutibꝰ ſupari·& ire ſcintillā in ipō p̄n=
cipio·ne in furoris incendiū ꝓrumpe pmitta=
tur extigui· Si ergo vitia ſupare volueris·ar=
ma patientie ſūme·nō furoris· Nōne dñante
colera·febre acrius eſtuante·plerūq̄ꝫ videmus
freneticū fieri egrotantē· Frendet dētibꝰ·per
cutit pugno· morſibus impetit obſequentes·
ſꝫ medicus armatus patiētia nō deſpicit iniu=
rias·morſus ſuſtinet vt a pena liberet laboran
tem· Cum igitᷣ inferentes nobis iniurias labo
rare freneſi cognoſcamꝰ·furentiū morbos &
morſus virtute paciētie ſupemus·& velud in=
ſenſibiles facti·q̃ſi mortui taceamus· Eemplo
dauid qui ſaul pſequēti dicebat· Quē pſeq̇ris
rex iſrl'·quē pſequeris·canē mortuū pſequeris
& culicē vnū· Attēde q̃m ſignāter loquitᷣ·caīs
viuꝰ latrat·clamat et mordet ſi poteſt· ſꝫ canis
mortuꝰ nihil hoꝝ facit· Videas aliqua aīalia
pedibus·vnguibus·dentibus·& cornibus ſeſe
defendē·quedā aliquibus p̄dictoꝝ·ſꝫ uerꝰ pa
tiens eſt uelut canis mortuus·aut culex unus
Idem quoq̄ꝫ dicit in·p̄s·ꝓter te mortificamur
tota die eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis
¶ In ſexto gradu corpis et aīe nexꝰ diſſoluitᷣ
quia ſubtractis ſenſibꝰ uelut inſenſibilis mēs
effecta nullis tempaliū reꝝ nexibus· nullius
corruptibilis creature uinculis p affectionem
amoris illiciti detinetᷣ· Vñ cant·viii·ꝯ·fortis
eſt ut mors dilectio· dura ſicut inferus emu
latio· lampades eius· lampades ignis· atque

flammaꝝ·aque multe nõ potuerũt extinguẽ
caritatẽ· Moꝛs naturalis ſepat aĩam a coꝛpe·
moꝛs ſpũalis·a rei coꝛruptibilis affectione·In
hoc gradu ſepatur aĩma ab oĩbus ·quibus añ
fuerat ꝑ affectionẽ vnita·vt ſoli ſponſo mhe=
reat ꝑ amoꝛẽ·ꝓpter quod amoꝛ moꝛti merito
compatur·Dura ſicut infernus emulatio·In=
fernus quos recipit·non dimittit·Sicut ergo
amoꝛ dicit̃ eſſe ſimilis moꝛte ꝓpter ꝑfectã ſep
ationẽ·in inferno ꝓpter ꝑpetuã cũ xp̃o vnio=
nẽ·Lampades ei⁹ &c̃·In lãpade lux & ardoꝛ
Ardet mens interius deuotione·lucet exteri⁹
coꝛam hoĩbus opinione·Sic ardet deo ꝑ deſi=
deriũ·vt luceat foꝛis hoĩbus ad virtutis exem
plũ·Dictã ſepationẽ moꝛtis ꝓponit apl's in ſe=
ip̃o dicens·phy·i·Deſideriũ hñs diſſolui & eẽ
cum chryſto· ¶ In ſeptimo gradu ſpũs liber
egredit̃·quia nullis rei create retinaculis im=
pedit̃· In hoc gradu mens ad celeſtia meditã=
da libere ſubleuat̃·Facil'r em̃ ꝑ meditationem
in deũ erigit̃·qui tempalium affectione non
inuiſcat̃·nec ſollicitudine diſtrahit̃·nec pon=
dere pregũatur·Aues ſuaꝝ leuitate pennarũ
ſubleuant̃ in altũ·aut ad cibũ querenduꝫ·aut
ad laqueos euadendũ·aut ad delectabil'r ſpaci
andũ·Sic aĩa ad celeſtia ſubtollit̃· q̃ndoqꝫ ꝓ
ſpũali refectione querenda·Sic hoꝛtat̃ apl's·
col'·iii·Que ſurſum ſunt querite· que ſurſum
ſũt ſapite·non que ſuꝑ terrã·moꝛtui em̃ eſtis
& vita veſtra abſcõdita eſt cum xp̃o in deo·q̃n
doqꝫ ꝓ delectatione guſtãda· et q̃ndoqꝫ pꝛo
quietis trãquillitate inuenienda· et plerumqꝫ
ꝓ tẽptatione fugienda·Et de vtroqꝫ iſtoꝝ ait
p̃s· Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbe & vo
labo et requieſcã·ecce elongaui fugiẽs &c̃·So
lent aĩmalia terrena quibuſdã luſibus ſaltus
dare·& coꝛpa ſua q̃ntulũcunqꝫ ĩ aera ſaliẽdo
tranſcendẽ·ſic et piſces ſuꝑ aquas ſaliũt·& ter
minos ſue habitatõis excedũt·Sic aĩa ſemet=
ipam debꝫ excedẽ·& ꝑ meditatõꝫ ad celeſtia ſe
leuare·vt mũdo moꝛtua·viuat in deo· Vnde
aaron moꝛiturus iubet̃ in montẽ aſcendere·
quia ꝑ meditationẽ debemus ad excelſa trãſi=
re·paucoꝝ eſt in hũc montẽ aſcendẽ pautioꝝ
vero ſtare ĩ vertice·ſꝫ pauciſſimoꝝ ibi moꝛari·
& quieſcere·ꝓpter quod ait· p̃s·Quis aſcẽdet
in monteꝫ dñi· aut quis ſtabit in loco ſancto
eius·Q'nimo·Dñe quis habitabit in taberna
lo tuo·aut quis requieſcet in loco ſancto tuo·
Aſcenſus habꝫ difficultatẽ·ſtatus ſublimitatẽ
requies voluptatẽ·De diuinis ſiquidẽ medita
ri mentibus incõſuetis ad talia·oculis caligã=
tibus ad celi lumĩaria· magne eſt difficulta=
tis·Exerceri tñ in eis·& meditationib⁹ ſacris
ſcopare & purgare ſpm̃·magne eſt dignitatis
Quieſcere aũt et nõ reuocari ad inferius·ma=
gne eſt voluptatis· Notabile aũt eſt qd̀ dꝛ· ꝙ
aaron·id eſt mõtanus in ſupcilio montis·oꝛ·
moꝛit̃·Or interp̃tat̃ lumẽ·quia in vertice mõ
tis lumĩs & viſionis·mũdo·carni· & etiã ſibi=
ip̃i moꝛit̃ vir cõtemplatiu⁹· Et aduerte verbũ
domini· aaron inquit colliget̃·& moꝛiet̃ ibi·

Mens em̃ que ꝑ vana deſideria ſpargit̃· que
variis cogitationibus huc illucqꝫ diſtrahitur·
in hoc mõte nõ moꝛit̃ ·Diſcat igit̃ mens hu=
mana p̃us ad ſeip̃am intrare·& ĩ ſe conſiſtere
quatinus in hunc montẽ poſſit aſcendẽ·Colli
gat aĩa cogitationes ſuas·vt exurgat in medi
tationẽ·meditatio ꝓficiat in cõtemplationẽ·cõ
templatio inducat exultationẽ·exultatio dila
tet̃ in admirationẽ·admiratio tranſeat in alie
natõeꝫ ·alienatio terminet̃ in moꝛtẽ ſpiritualẽ
Eſt aũt differẽtia inter cogitationẽ & medita
tionẽ·Quia cogitatio eſt ipꝛouidus mẽtis ob=
tutus ad euagationẽ ꝓnus·Meditatio aũt eſt
ꝓuidus mentis obtutus·circa veritatis inqui
ſitionẽ vehemẽti⁹ occupat⁹· ¶ In octauo gra
du moꝛtuus ſepelit̃· quia cum ꝑ meditationẽ
mens ſurſum erigit̃·pacis ſerenitas obtinet̃·
vnaq̃qꝫ res nõ quieſcit· niſi cũ ad locũ ꝓpꝛiũ
ꝑuenerit·Quare cũ loc⁹ aĩme ſit deus ·q̃ꝫdiu
amoꝛ nr̃ ad multa ſpargit̃·vel ad ima deriuat̃
nunq̃ꝫ ad verã pacẽ ꝑducit̃·Ideo dicit Aug⁹·
Inquietũ eſt dñe coꝛ nr̃m donec requiſcat ĩ te
Ibi ergo ſit mens·& hic erit reqes·Ibi moꝛtu=
us ſepelit̃ ·Hoc eſt ſepulcrũ quod Ioſeph dño
p̃parauit·in quo xp̃s moꝛtuus reqeuit·Moꝛi=
turus moyſes montẽ aſcendit·terrã ꝓmiſſio=
nis aſpicit·in uertice montis phaſga moꝛit̃·ſe
pelit̃ a dño·cuius ſepulcrũ oĩbus hoĩbus eſt ig
notũ·Aſcẽdit in montẽ ꝑ mentis eminentiaꝫ·
cõtemplat̃ ꝓmiſſam fidelibus p̃riam·moꝛitur
cum efficit̃ quodãmõ diffoꝛmis per gratiam
ſepelit̃ a dño ꝑ infuſam ſibi letitiã·ſꝫ ſepulcrũ
illius nullus agnoſcit hoĩm q̃m illa pax exſu=
perat omnẽ ſenſum· ¶ In nono gradu·coꝛp⁹
ſepulcrũ reſoluit̃·Quia cũ mens in lumine di
uino ſemetip̃am clarius intuet̃· recognoſcens
ſe q̃ntũ ad aĩam creatã ex nihilo·& ſic q̃ntum
eſt de ſe ſimpl'r nihil eſſe·q̃ntum aũt ad coꝛp⁹
ſe puluerẽ eſſe & cinerem·ĩmo viliſſimũ ſterq
liniũ·ſaccũ ſtercoꝝ·& cibũ vermiũ·neceſſario
humiliari cõpellit̃·Sicut ait·p̃s·Inflãmatum
eſt coꝛ meum ad dilectionẽ·et renes mei com=
mutati ſunt·q̃ntum ad delectationẽ·quia ĩ re
nib⁹ cõſiſtit delectatio & ego ad nihilũ reda=
ctus ſum·ſcꝫ in mei reputatione·id eſt ĩ veriſ=
ſima mei cognitõe me nihil eẽ cognoui ·Attẽ
de ꝙ q̃ntoplus ꝓficit quis in dei cognitione·
tanto in diuino lumĩe cognoſcit ſe verius·&
tanto amplius ſe cõſpicit nihil eſſe· Vñ apl's·
p̃mo coꝝ·iiii·Dicit·puto ꝙ deus nos nouiſſi=
mos apl'os·id eſt viliſſimos·q̃ſi de quibus nõ
curꝫ· oñdit tanq̃ꝫ moꝛti deſtinatos q̃ſi ad nul
lam vtilitatẽ·ſꝫ moꝛti reſeruatos·Sequit̃·Tan
q̃ꝫ purgamenta huius mundi facti ſum⁹ oĩm
peripſima vſqꝫ adhuc·Et dauid ex humulita=
te ſe cani moꝛtuo compauit·Attende ꝙ ſic ig
nis in ſuo cinere qui eſt vltimus ſue reſolutio=
nis terminus cõſeruat̃·ſic aĩa in hũilitate q̃ re
ſoluit̃ vſqꝫ ad inima et vſqꝫ ad vltima cuſtodi
Et ſicut fenix cõgregatis aromatib⁹ incendit
ignem quo concremata & in cinerem redacta
renouat̃·& per talem renouationem ꝑpetuus

conſeruatꝰ· ſic anima caritatis igne ſuccenſa ·
ac in hũilitatis cinere reſoluta·cõſeruatꝰ in grã
ac de die in diem ꝑ grãm renouatur·

## DE MORTE CVLPE· DIS·VIII·

POſt moztẽ nature et grẽ· vidẽdum
eſt de mozte culpe·quã vitare debe=
mus·quia eſt deteſtabilis et damno
ſa·Cum enĩ om̃is creatura dei bona
ſit·ſicut dicitꝰ·ꝑma thy·iiii·Deus tñ moztẽ nõ
fecit·Sap̃·i· Nec obſtat huic illud quod dicitꝰ
eccĩ.xi·Bonũ et malum vita& mozs a deo ſũt
quia illud eſt intelligendũ de mozte cozpali ·
quã deus inflixit hoĩ ꝓpter peccatũ· Vñ·ro·
v·Per hoĩem peccatũ intrauit in mundum·&
ꝑ peccatũ mozs· Mozs igitꝰ cozpalis·id eſt ne=
ceſſitas moziendi ꝓ tanto dicitꝰ eſſe a deo·quia
impedimento moztalitatis ablato·& homine
relicto ꝓpriis naturalibus remanſit hõ de ne
ceſſitate moztalis·Mozs nature·id eſt neceſſi=
tatis moziẽdi ẽ ineuitabilis ut dictũ ẽ·ſʒ mozs
culpe eſt euitabilis·& eſt in hoĩs libertate·Sicꝰ
dicitꝰ eccĩ·xv· Ante hominẽ uita et mozs· vita
inqʒ grẽ·& mozs culpe·et ꝓpẽ hoc ẽ culpabilis
Si enĩ mutari ñ poſſet·culpabilis nõ eẽt·Quia
ſicut dicit Aug· Nemo peccat in eo qȯ vitare
nõ poteſt· ¶ Sciendũ autẽ ꝙ hec mozs qñqʒ
cõſiſtit in cozde tm̃·ſcʒ in cogitatione·delecta
tione·vel ꝯſenſu· Vñ in ꝑſona hoĩm impiozꝝ
dicitꝰ yſa·xxviii· Percuſſimus fedus cũ mozte
hoc fedus cõmittitꝰ ĩ cõſenſu· ¶ Quandoqʒ cõ
ſiſtit in oze·qñ ſcʒ ꝓrumpit in deozdinatã lo=
cutionẽ·Dicitꝰ enĩ ꝓuer·xviii·Mozs et vita in
manibus lingue·ſʒ quia lingua nr̃a in lubrico
poſita eſt·& per illam frequẽter labimur ĩ pec
catuʒ·Ideo dicitꝰ Iacobi·iii·Lingua nr̃a ignis
eſt· vniuerſitas iniquitatis· Lingua cõſtituitꝰ
in mẽbzis nr̃is q̃ maculat totũ cozpus·&inflã
mat rotam natiuitatis nr̃e·inflãmata a gehẽ=
na·Om̃is enĩ natura beſtiaꝝ et volucrũ·&ſer
pentũ·& ceteroꝝ aĩalium domatꝰ·linguã autẽ
nullꝰ hoĩm domare põt·Eſt enĩ inquietũ ma=
lum·plena veneno moztifero· Et eccĩ·xxviii ·
Poſt multa mala que ex lingua ꝓuenire teſta
tur·ait·Mozs illius·mozs nequiſſima·& vti=
lis inferus potius q̃ʒ illa·Iõo ſalubziter exhoz=
tando dicit·Aurum tuum & argentũ tuũ cõ=
fla·& verbis tuis facito ſtaterã· & frenos ozi
tuo rectos·Attende ne fozte labaris in lingua
tua·& cadas in cõſpectu inimicoꝝ inſidianti=
um tibi·& ſit caſus tuus inſanabilis in moztẽ
¶ Quãdoqʒ ꝓgreditꝰ ad opationẽ·Sicut dicitꝰ
ſap̃·i· Iniuſtitia eſt moztis acquiſitio·impii atꝰ
manibus et verbis accerſierũt illã· Et ibidẽ añ
Nolite zelare moztem in erroze vite vr̃e ·neqʒ
acquiratis ꝑditionẽ in opibꝰ manuũ veſtraꝝ
In ſignũ huius triplicis moztis legitꝰ xp̃s tres
moztuos ſuſcitaſſe·licʒ enĩ innũabiles ſuſcitaſ
ſe credatꝰ·de tribus tm̃ euãgeliſte faciũt men=
tionẽ·Puellam ſuſcitauit in domo·Math·ix·
Ad deſignandũ ſp̃ualẽ ſuſcitationẽ·quã facit
quotidie a mozte peccati exiſtẽtis interius in
affectione·Iuuenẽ ſuſcitauit in pozta·Luc·vii



Ad indicandũ ſuſcitationem a mozte peccati
prorũpentis·in locutione·Lazarum ſuſcitauit
in ſepulcro ad figurandũ ſuſcitationẽ a moz=
te peccati exiſtẽtis in opatione·Ioh̃·xi· ¶ Pro
greſſus aũt peccati quõ ſerpit & ſerpẽdo ꝓce=
dit·optime declaratꝰ in ꝑmo peccato ꝑmozum
parentũ·Geñ·iii· Dixit ſerpẽs ad mulierẽ·Cur
p̃cepit vob̃ deus vt ñ comederetis de oĩ ligno
paradyſi·Cui rñdit mľer·De fructu lignoꝝ q̃
ſunt in paradyſo veſcimur·de fructu vero qȯ
eſt in medio paradyſi·p̃cepit nobis deꝰ ne co=
mederemꝰ·& ne tangẽmꝰ illud·ne fozte mo=
riamur·Dixit aũt ſerpens ad mulierẽ·Nequa
q̃ʒ mozte moziemĩ· ſcit enĩ deus· ꝙ quocunqʒ
die comederitis apientꝰ oculi vr̃i·& eritis ſicut
dii ſcientes bonũ et malũ·Attende ꝙ deꝰ dix
erat aſſertiue & cõminatozie·quocũqʒ die co=
mederitis &c̃·mulier addidit verbũ heſitatio=
nis·ſ·fozte·ſerpens cõſtãter negauit· dicens ·
Nequaq̃ʒ moziemini· Ecce dyabolus poſuit in
queſtione· Mulier rñdit cuʒ heſitatione·et ex
hoc dedit dyabolo viam et audaciã negandi ·
quod deus dixerat cum aſſertione·Niſi enim
mulier heſitaſſʒ·dyabolꝰ verbũ dñi negare mi
nime p̃ſumpſiſſet·Niſi etiã mľr dyabolo pluſ
q̃ʒ deo crediſſʒ·nequaq̃ʒ cibũ vetitũ tetigiſſʒ·
Sequitꝰ·Vidit igitꝰ mulier ꝙ lignũ eſſʒ bonũ
ad veſcendũ·Hoc cognouit ex odozatu·&pul
crum oculis·ecce aſpectus· Tulitqʒ de fructu
ecce tactus·Et comedit·ecce guſtus·Et ſic cõ=
pletum eſt in eua peccatũ inobedientie·ad qȯ
tñ multe deozdinate circũſtantie cõcurrerunt
Poſtmodũ dedit mulier viro ſuo· ecce iniqua
ſuggeſtio·Qui comedit·ecce ade p̃uaricatio ·
Et ſic conſũmatũ eſt peccatum in vtroqʒ·Iſte
proceſſus qui fuit in peccato ꝑmoꝝ parentum
materialiter·ſolet eſſe in peccato vnius homĩs
ſp̃ualiter·Nã aſpectus eſt in cogitatione·odo
ratus in delectatione·tactus in conſenſu·gu=
ſtus in ꝑpetratione· Aduerte q̃ʒ moztiferꝰ eſt
iſte fructꝰ·qui nõ ſolũ ex guſtu infert moztẽ·
ſicut aĩalia venenoſa·verũetiã ex viſu·odoza=
tu·tactu·et guſtu·

## DE MODIS MORIENDI·

SIcut ait ſapiens ſap̃·ꝑmo·Inuidia dy
aboli mozs intrauit in ozbẽ terrarum
Ideo nãqʒ dyabolus inuidit homini ·
quia vidit eum illuc ꝑ humilitatẽ poſſe pertin
gere· vñ ꝑ ſupbiam ſe nouerat cozruiſſe· In=
uidens aũt homĩ·temptauit·temptãdo defic̃·
& deuictum ſubiecit·ac ſubiecto inique & ty
rannice dñari p̃ſumpſit· Sicut aũt tyrannus
impiiſſimus ſubiectos ſuos ſine miſericozdia
affligit·oppzimit·ac eis exquiſita gñ̃a moztis
infligit·ſic dyabolus omĩ tyranno crudelioz ·
variis moztis gñibus miſeros quos ĩ ſeruitu=
tem ſuam redigit·mozi fecit· ¶ Alios namqʒ
mozi facit ſuſpendio·ſcʒ ꝑ ſupbiã·Supbos enĩ
ſuſpẽdit in altũ vanitatis·vt poſtmodũ preci
pitet in ꝓfũdum miſerie gehẽnalis·ſicut ſolẽt
facere luctatozes·quoꝝ vnus aliũ eleuat a ter
ra·vt ſub pedibus ſuis deiiciat eleuatũ·Hunc

modum ꝑcipicii prius expꝑtus fuerat in ſeipo·
Nam cū ipſe leuari vellet ꝑ ſupbiā· deus ipſū
deiecit in ꝓfundū abyſſi·Sicut dicit̃ yſa·xiiii·
Dicebas in coꝛde tuo·In celū ꝯſcendam·ſuper
aſtra celi exaltabo ſolium meum·aſcendā ſuꝑ
altitudinē nubiū·ſimilis ero altiſſimo·verun
tamē ad infernū detraberis in ꝓfundū laci·Et
añ·Detracta ē ad inferos ſupbia tua·Et luc·
x·dicit̃ de codē·Videbā ſathanā ſicut fulgur
de celo cadentē·Sicut igit̃ dyabolū· quia ſe ꝑ
ſupbiam extollere voluerat·deꝰ ꝑcipitauerat ī
infernū·ſic ipe tractu cōſimili conat̃ hoīes pri
mo quidē in altum extolere·vt poſtmodū pre
cipitet in ꝓfundū·Exemplū de achitophel·q̄
de ſapientia ſua ꝑſumēs·videns ꝙ ñ eēt factū
ꝯſiliū ſuū·qꝺ ſcꝫ dederat cōtra dauid·ſuſpēdio
interiit·ii·Reḡ·xvii·Et de abſalon qui nimia
ambitione dñandi ſuccenſus·pr̄em ſuū dauid
de regno fugauit·ſicut dicit̃·ii·Reḡ·xviii·ꝙ
ipo ſuſpenſo inter celū et terrā mulus cui inſe
derat ptranſiit·De aman vero heſter·vii·De
precipitio vero dicit̃·iiii·Reḡ·ix·Quō iezabel
fuit ꝑcipitata de feneſtra palatii·Et de ochozia
iiii·Reḡ·i·Cecidit ochozias ꝑ cancellos cena
culi·Cui mādauit helyas de lectulo ſuꝑ quem
aſcendiſti non deſcēdes·ſꝫ moꝛte moꝛieris·De
anthyocho etiā dicit̃·ii·Mach·ix·Supbia re=
pletus ignē ſpirās aīo in iudeos·cōtigit illum
impetu euntē de curru cadere & graui coꝛpo=
ris colliſione membra vexari·Iſqꝫ qui ſibi vi=
debat̃ etiā fluctibus maris impare·& mōtiuꝫ
altitudines in ſtatera appēdere·nūc hūiliatus
in geſtatoꝛio poꝛtabat̃·Nota ibi de viliſſima
moꝛte eius·vñ bene de ſupbo dicit̃·Iob·xviii·
deuoꝛet pulc̄tudinē cutis eius·& cōſumat bra
chia illius ꝓmogenita moꝛs·Pulcritudo cutis
eſt gloꝛia tempalis·Per brachia·opa deſignā=
tur·Moꝛs aūt eſt peccatū quod aīam occidit·
ꝓmogenita ergo moꝛs eſt ſupbia que eſt initi
um oīs peccati·Pulcritudinē ergo cutis eiꝰ
& brachia ꝓmogenita moꝛs deuoꝛat·quia ini
qui gloꝛiā et opationē ſupbia deuaſtabat·Po=
tuit eñ etiā ī hac vita gloꝛioſus exiſtere·ſi ſu=
perbus nō fuiſſet·& opibus poterat deo com=
mendari·niſi elatio ꝑceſſiſſet·Sequit̃·Auella
tur de tabernaculo eius fiducia·De tabnacu=
lo eius fiducia euellit̃ quando peruerſus quiſ=
qꝫ qui multa in hac vita parauerat repentina
moꝛte diſſipatur·Sequitur·Et calcꝫ ſuper eū
quaſi rex interitus·Quia vel hic vitiis premi
tur que ad interitum trahunt eum·vel moꝛ=
tis tpe poteſtati demoniace ſubiugat̃·Huius
moꝛtis remediū eſt timoꝛ humilians·vel hūili
tas deum timens·Sic̄ ait ſapiens·ꝓuer·xiiii·
Timoꝛ dñi fons vite·id eſt vite ſpūalis initiū
vt declinet·id eſt declinare faciat a ruina moꝛ
tis· ¶ Alios ꝑimit dyabolꝰ veneno·ſcꝫ ꝑ inui=
diam·Sicut ſcriptū eſt ſap·ii·Inuidia dyaboli
moꝛs intrauit in oꝛbem terrarꝫ·imitant̃ autē
illū·qui ſunt ex parte illius·quia videlicet ſic̄
dyabolus virus inuidie ſue diffūdens ī hoīes
in toto oꝛbe terrarꝫ·vt nō ſit qui ſe abſcondat
a caloꝛe eius·ſic impii intoxicati ꝑ eum & eius
imitatoꝛes effecti·alios inficiūt inuidendo·
Primo ergo moꝛiunt̃ hac peſte·ſic̄ ꝺꝛ Iob·v·
Paruulū occidit inuidia·Gloſa·Paruulꝰ inui
dia occidit̃·quia niſi inferioꝛ eſſet·de bono al=
terius nō doleret·vel paruus eſt·qui terrena
diligit·magnus qui eterna·Paruꝰ ergo inui=
dia occidit̃·quia nullus hac peſte moꝛit̃·niſi q̄
terrena appetit·que tota nō ꝑueniēt pluribꝰ
Vnde ſi qua deſideramus·illi inuidemꝰ qui
penitꝰ ea accepit·vel partē hñdo q̄ntitatē nob̄
reſtringit·Iſti aūt ſic infecti inuidia·& ſpūa=
liter īterfecti·inficiūt alios venenū īuidie dif=
fundendo·Sicut detractoꝛes·& verboꝝ infa
mie relatoꝛes·Contra quos ait ſapiē·eccī xix·
Audiſti verbū aduerſus ꝓximū tuū·cōmoꝛia
tur in te fidens qm̄ nō te dirūpet·Et quia nō
minꝰ q̄nqꝫ peccat auditoꝛ detractionis q̄ꝫ ipe
detractoꝛ·Sicut ait Berñ·Detrahere an detra
hentē audire·qꝺ iſtoꝝ ſit grauiꝰ ñ facile dix=
erim·ideo dicitur ꝓuer·xvi·Indignatio regis
nūtii moꝛtis·Nūtii moꝛtis ſunt detractoꝛes·
qui ſemꝑ moꝛtē nūtiant ꝓximoꝝ·& moꝛtem
nūtiando·etiā audiētes occidūt·Contra iſtos
nūtios moꝛtis debet rex·id eſt quilibet iuſtus
ſe et oīs ſenſus ſuos bñ regens indignari·&
eos cum indignatione repellere·vel indignati
onis et diſplicētie ſigna miſtrare· ¶ Sciendū
aūt ꝙ inuidus dolet de bono alterius·Et gau
det de malo·ſic̄ alibi declaratū ē· ¶ Quantū
ad ꝓmum·ſpeciē inuidoꝝ ꝑtendit ionas·qui
de niniue ciuitatis ꝯuerſione dolebat·de quo
dicit̃·Ione·iiii·Petiuit Ionas aīe ſue vt moꝛe=
retur·dicens·Melius eſt mihi moꝛi q̄ꝫ viuere

De ſcꝺo ſcriptū eſt·ꝓuer·xxvi·Sic̄ noxius ē
qui mittit lanceas & ſagittas in moꝛtē·ita vir
qui fraudulēter nocet ꝓximo ſuo·Iſte qꝛ gau
det de malo alterius·ideo fraudulenter ī ma=
lum alterius machinat̃·& ꝑ vias occultas no=
cere conat̃·De mala moꝛte taliū exempla mul
ta legimus in ſriptura·Chaym ex inuidia ſua
ꝑimēs fr̄em ſuū abel·occiſus ē a lamech·Geñ·
iiii·Egyptii dolentes·quia hebꝛei in terra ſua
creſcebāt et multiplicabant̃·nimis timētes·ne
ꝓceſſu tempis ipos oppꝛimerent·afflixerūt eos
multipliciter·& ſibi ſeruitute duriſſima ſubie
cerūt·Sed cum illos fugientes ꝑſequerentur·
aque maris rubꝛi opuerunt currus et equites
cūcti exercitus pharaonis·ita ꝙ nec vnus qui
deꝫ ſupfuit ex eis·Exoꝺ·xiiii·Abymelech·qui
ſeptuagīta fr̄es ſuos occiderat·vna mlr iaciēs
fragmen mole cōfregit cerebrū·qui ab armi=
gero ſuo fecit ſe interfici·Iuꝺ·ix·Saul qui tā
iniqua inuidia ꝑſecutus eſt dauid·tandē irru=
ens ſuꝑ gladiū ſuū moꝛtuus eſt·i·Reḡ·xxxi·
Syba filius bocri cōcitauit populū ꝯtra dauid
& fugiens in abela ciuitatē·vbi putabat ſe hr̄e
refugium·decapitatus fuit ibidem·ii·Regꝫ·
xx·Accuſatoꝛes danielis iubente dario rege·
miſſi ī lacū leonū·ꝯtinuo ſūt a leonibꝰ deuoꝛa
ti·Dañ·vi·&·xxxiiii· ¶ Alios occidit dyabolꝰ
gladio ſuo per iracundiam·Vñ dicit̃ exo·xv·

Dixit inimic⁹ ꝑſequar·& cōprehendā·diuidā
ſpolia·implebit̃ anima mea·euaginabo gladi
um meum· interficiet eos man⁹ mea· Et Iob
v·dicit̃·Virū ſtultū interficit iracūdia·Gloſa·
Manſuetudo ymaginē dei in nobis cōſeruat
qui ſemꝑ tranquillus eſt·ſed ira diſſipat·que
multis virtutibus ꝑuat·que dum quietē men
tis tollit· ſpūſſanctus ibi nō quieſcit· Irati &
impatiētis figurā tenet ionas· Cui irato pro=
pter ederā deſiccatā dixit dn̄s· Putaſne bene
iraſceris tu ſuꝑ edera· Et dixit·bn̄ iraſco ego·
vſq; ad mortē·Ceterū factū ſampſonis ſeipm
vt hoſtes occideret occidentis·ſpeciem iracun
di ꝑtendit·De quo dicit̃ Iud·xvi·Moriat̃ aīa
mea cum philiſtiim vt vlciſcar me de hoſtibus
meis·& ꝓ amiſſiōe duoꝝ luminū·vnā recipiā
vltionē·Iratus em̄ ſibi nocere deſiderat·vt vim
dicando ſe nocentib⁹ ſibi poſſit inferre mai⁹
vel ſimile nocumentū·Item factū razie pretē=
dit modū hoīs ex impatientia deſꝑati·de quo
dicit̃·ii· mach·xiiii ·ꝙ nichanor miſit milites
q̄ngentos q̄ eū cōprehenderēt· Cū aūt compꝛ=
henderet̃·gladio ſe petiit·eligens nobiliter mo
ri potius q̄; ſubditus fieri peccatoribus·& cō=
tra natales ſuos indignis iniuriis agi·ſ; cū nō
certo ictu ꝓpter feſtinatōe; plagam dediſſet·
recurrens ad murum ſemetipm ꝑcipitauit in
turbas·& cadendo venit ꝑ mediā ceruicē·cur
ſuq; turbam ꝑtranſiens· & ſtans ſuꝑ petram
preruptā·cōplexus in teſtina ſua vtriſq; mani
bus ꝓiecit ſuꝑ turbas·& ita defūct⁹ eſt·Quā
uis aūt ſcriptura ſacra·Ionā·ſamſonē & raziā
cōputet inter ſanctos·eorūq; facta ꝑdicta ex=
cuſent̃ a ſanctis·q̄ntum tn̄ ad exteriorē appa
rentiā·modū impaciētis ire ꝑtendūt·Sed qua
liter impii in ſanctos tyrānides exercētes·cru=
delitatis ſue penas modis variis exſoluerunt
in locis innūis ſcriptura ſacra teſtatur·Verbi
gratia·de ſyſara dicit̃ iudic·iiii·Tulit iahel vx
or aber cynei clauū tabernaculi·& defixit ī ce
rebrū ſyſare· qui ſaporē morti ſocians defecit
& mortuus eſt·De Zebee et ſalmana dicit̃ Iu
dic·viii·quos gedeō interfec·De azonibezech·
iudic·ꝑmo· Cōprehēderūt· filii iſrl̕ azonibezech
ceſis ſūmitatibus manuū eius·ac pedū ſic fece
rat ſeptuaginta regibus·adduxerū tq; eum in
irlm·& ibi mortu⁹ eſt· De chaym q̄ frēm ſuū
occidit·& a lamech occiſus ē·Gen̄·iiii·De pha
raone·Exo·xiiii·De abymelech·qui ſeptuagi=
ta frēs ſuos occidit·Iud·ix·De Ioab ·q̄ lic; ſtrē
nuus miles fuerit·quia tamē duos viros ꝓdi=
cioſe pemit·iuſſit dauid moriēs occidi·iii·Re·
ii·De Zamri qui ꝯtra regem iſrl̕ peſſimū ſcil;
hela rebellās occidit·dicitur·iii·Re·xv·ꝙ poſt
ſeptem dies ſeipm cum domo regia ſuccendit·
De achab peſſimo dicit̃·iiii·Reg·xxii· Qꝫ vul
neratus in bello mortuus eſt veſpi·& linxerūt
canes ſanguinē eius in eodē loco in quo linxe
rant ſanguinē naboth·qui ipo achab diſſimu
lante fuerat lapidatus· De benadab rege ſy=
rie·qui multa mala filiis iſrl̕r intulerat quō a
ſeruo ſuo aſael iugulatus fuit·dicit̃·iiii·Reg·
viii·De Ioas rege iuda·qui zachariā filiū Ioia
de ſacerdotis lapidari fecit·dicit̃·iiii· Re·xii·
Qꝫ a ſeruis ſuis fuerit interfectus·De anthy=
ocho qui multoꝝ viſcera torſerat·quō dyrum
dolorē viſcerū paſſus·miſerabili morte defun
ctus eſt·ii·Mach·ix·De herode īpyſſimo·quō
ꝑcuſſus ab angelo cōſumptus a vermibus ex=
pirauit·Act·xii· His oībus exemplis oſ̄dit̃
quō impii impiā vitā agētes dyabolo ꝓcurāte
et deo iuſte faciēte· vel ꝑmittēte· Diuerſa dire
mortis gn̄a patiunt̃·Huius mortis remediū·
eſt pacientie lenitas·ſicut ait·ꝑs·Non moriar
ſed viuā·caſtigans caſtigauit me dn̄s·& morti
non tradidit me·Et·ii·Mach·vi·Cum a mor
te poſſem liberari·duros corꝑis ſuſtineo dolo
lores·ꝓpter timorē aūt tuū libenter hec patior
De patiētia·Re·ſuꝑ ꝯ morte grē·q̄nto g̃du
Alii ſubmergunt̃ ꝑ auaritiam. Tꝑalia nāq;
fluunt et refluūt ſicut aque·vn̄ ſicut in flumi
ne qn̄q; habet hō aquā vſq; ad talū qn̄q; vſq;
ad genua· qn̄q; vſq; ad renes· qn̄q; vſq; ad
collum·plerūq; totus īmergit̃· ſic aliqn̄ amor
tꝑaliū nō plus tangit hōem q̄; aqua tangens
talum eius·Vn̄ de re de qua nihil aut parū cu
rat̃·ſolet dici·hoc nō tangit etiā talū meū·vel
nō aſcendit vltra talū meū·q·quis diceret·Pa
rum afficior vel nō curo· aliqn̄ amor tꝑalium
ꝑtingit vſq; ad genua· q̄ſi plus aliq̄ntulū ap=
propinquās ad cor hoīs· ſ; adeo lōge diſtās ꝙ
non eſt periculū ſubmerſionis·vel deordinate
affectionis aliqn̄ ꝑuenit vſq; ad renes· id eſt
vſq; ad delectationē·quia in tꝑalibus affectio
delectat̃·tn̄ citra deū·aliquādo ꝑuenit aq̄ vſq;
ad guttur·& tunc eſt homo in magno ꝑiculo
qn̄ in temꝑalibus delectat̃·& nimis occupat̃·
et inordinate afficit̃· ſ; ſicut natās euadē pōt·
nec totalr̄ deſꝑatur quouſq; caput ei⁹ īmerga
tur·Sic in ꝓpoſito·qn̄ totus hō īmergit̃ ī ter=
renis·iam nō eſt ſpes euaſionis·Propter qđ·
ꝑs·exclamat·Saluū me fac deus·qm̄ intraue=
rūt aq̄ vſq; ad aīam meā·Infix⁹ ſum in limo=
ꝓfundi·& nō eſt ſubſtantia· Sic etiā beat⁹ pe
trus cum adiutorio grē diuine ambulās ſuper
aquas·videns ventū validū venientē timuit·
Et cū cepiſſet mergi·clamauit dicens· Dn̄e ſal
uum me fac·Math·xiiii·In hoc facto bt̄s pe=
trus figurā tenet eoꝝ·qui diuine grē manute
nētia ſiccis pedib⁹ ambulant ſuꝑ aquas·id eſt
intactis cordis affectionibus·q̄ſi pedib⁹ nō tā
gentes·īmo potius cōculcātes illeſi ꝑtranſeūt
q̄;diu non ſibi ſed deo gloriam tribuētes· ad
xp̄m venire contendūt·ſ; videns petrus ventū
id eſt temptationis impulſu; timuit· quia nō
eſt de ꝓpriis viribus interfluctus pelagi ꝑſu=
mendū·ſ; diuinū exiliū eſt obnixius implorā=
dum·Et cum cepiſſ; mergi·clamauit·Quia n̄
vltimū ſubmerſionis ꝑiculū expectandū eſt·
ſ; in ipo ꝑncipio·q̄;cito aduertit hō periculum
diuinū ꝑſidiū eſt petendū·Ait em̄ apl̕s·i·thy·
vi·Qui volūt diuites fieri incidūt in tempta=
tionē & in laqueū dyaboli·& ī deſideria mul
ta·inutilia et nociua·que mergunt hominem

in interitū et ꝑditionē·In ſignū huius dicitur
exo·vii· ꝙ moyſes ex ꝓcepto dn̄i ꝑcuſſit aquā
fluminis·que verſa eſt in ſanguinē· et piſces
qui erāt in flumīe moꝛtui ſūt· ꝑ quod voluit
dn̄s deſignare ꝙ aqua fluminis egypti·id eſt
bona tranſitoꝛia huius mūdi ꝯuertunť in ſan
guinē· id ē ī moꝛtē eoꝝ qui inoꝛdinate ea dili
gunt·& piſces qui in ea erant moꝛtui ſunt·id
eſt qui in eis cōuerſantur & nutriunť ex eis·
Item aqua conuertiť in ſanguinē·qn̄ cupidi=
tas tempaliū cōuertiť in crudelitatē·quod ſe=
piſſime ꝯtingit· Cupidi nāq; fiunt impii·im=
miſericoꝛdes·fraudulēti·fures·raptoꝛes crude
les·& paupuꝫ oppꝛeſſoꝛes·Electoꝝ et reprobo
rum differentiā quantū ad vſum tpaliū mira
biliter oſtendit deus in diuiſione maris rubri·
Exo·xiiii·Vbi diciť ꝙ aque operuerūt currus
et equites cūcti exercitꝰ pharaonis· nec vnus
quidem ſūꝑfuit ex eis ·filii aūt iſrl̓ ꝑrexerūt ꝑ
mediū ſicci maris·& aque eis erant pꝛo muro
a dextris et a ſiniſtris·& viderť egyptios moꝛ
tuos ſuꝑ litꝰ maris·Ecce aque ſunt electis pꝛo
muro defenſionis que reprobis ſunt cauſa ꝑ=
ditionis·Qꝫ aū ſint electis ꝓ muro defēſionis
doceť thob·iiii·dicens·Quō potueris·ita eſto
miſericoꝛs·Sequiť·Elimoſina a pc̄to & a moꝛ
te liberat·nec patieť aīmas ire ī tenebras·ecce
murus a ſiniſtris·Sequiť·Fiducia magna co=
ram deo ſūmo eſt elemoſina·Et parū an̄ diciť
Premiū bonū theſaurizas tibi in die neceſſita
tis·ecce murus a dextris·¶ Quot ūo reprobis
ſint cauſa ꝑditōis·patꝫ ꝑ multa exēpla·Achoꝛ
quia tulit de anathemate iericho·lapidauit eū
om̄is populus·& oīa que eius erant igne con=
ſumpta ſunt·Ioſue·vii·Adoleſcens qui puta=
bat ſe dauid ꝓſpera nūtiare· ac ꝑ hoc munera
repoꝛtare·dicendo ſe ſaul occidiſſe·iubente da
uid occiſus eſt·ii·Reḡ·i·Simile accidit duobꝰ
latronibꝰ qui caput Yſboſcht filii ſaul quē oc
ciderāt·tulerūt ad dauid·ii·Reḡ·iiii·Ananias
et ſaphira vxoꝛ eius· quia de ꝓcio agri vēditi
fraudauerūt·ad increpatōeꝫ petri ſubito moꝛ=
tui ceciderūt·Act·v·Diues ille cuius agri fru=
ctus vberes attulerūt cū cogitaret deſtruē hoꝛ
rea ſua·& maioꝛa facere·raptus ē citius q̄ꝫ cre
debat·dicente ſibi dn̄o·Stulte hac nocte repe
tūt aīam tuā a te·que aūt paraſti cuius erunt
Luc·xii·¶ Alii cruci affigunť per accidiā·Eſt
aūt accidia triſtitia quedā coꝛ aggrauās·ne al
quid agere libeat· vn̄ reddit hoīs mēbra quaſi
ſtupida & paralitica·ad om̄e opus bonū imo=
bilia·ſicut in hoīe cruci affixo manꝰ et pedes
affixi ſūt·& impoſſibiles ad motū oꝑis cuiuſ=
cūqꝫ·Vn̄ eccī·xix·Multos occidit triſtitia· Et
xxxviii·A triſtitia feſtinat moꝛs·& coopit vir
tutē·Diſtingue tn̄ de triſtitia·ſicut diſtinguit
apl̓s·i·coꝝ·vii·Que ſm̄ deū eſt triſtitia·peni=
tentiā in ſalutē ſtabilē oꝑatur·ſeculi aūt triſti
tia moꝛtē oꝑatur·Accidioſus ergo etiā ſi vide
atur viuere·tn̄ moꝛtuꝰ eſt·ſicut diciť apoc·iii·
Nomē habes ꝙ viuas & moꝛtuꝰ es·Ideo ſeq=
tur·Eſto vigilās·& cōfirma cetera q̄ moꝛitura
erant· nō em̄ inuenio opera tua plena coꝛam
deo meo·¶ Alii viui ſepeliunť ꝑ igluuiē·Vn̄
ait Iero·Vile ſepulcrū rōnis ē ebꝛietas·ꝓs·Se
pulcrū patēs eſt guttur eoꝝ·Bene ſepulcrum
ex quo fumi et fetoꝛes exalāt·ſicut de cadaue
ribus moꝛtuoꝝ·Nec mirū·quia ſicut ait apoꝰ
i·thy·v·Que ī deliciis eſt viuēs· moꝛtua ē· Et
ro·viii·Si ſm̄ carnē vixeitis moꝛiemī·Moꝛtē
eſſe in talibus vere poſſumus exclamare cum
filiis ꝓphetaꝝ·iiii·Reḡ·iiii· Moꝛs in olla vir
dei·moꝛs in olla·Nam pocula delicata cōuer=
tunť in abſinthiū·& cibaria in venenū·Mira
bile eſt ꝙ hō nullo mō ſcienter guſtaret aliqd̓
vn̄ ſciret ſe moꝛtē incurrē coꝛpalem·vtinā ita
ſollicite ſibi cauerēt ab his guſtandis q̄ moꝛtē
inferūt ſpūalē·vn̄ Iob·vi·Nūquid guſtari po=
teſt quod guſtatū affert moꝛtē·Attēde ꝙ phi
liſteos pariter epulātes ſamſon cōcuſſis colum
nis domus oppꝓſſit·& moꝛtui ſūt vtriuſqꝫ ſexꝰ
tria milia·Iud̓·xvi·Filiis Iob bibētibus vinū ī
domo fratris ſui ꝓmogeniti·ventus vehemēs
irruens a regione deſerti·ꝯcuſſit q̈tuoꝛ angu=
los domus·et oppꝓſſit eos·& moꝛtui ſūt·Iob·
ii·Balthaſar in cōuiuio vidit dignos manus
ſcribētis in pariete·mane ·techel·phares & in
ipſa nocte interfectus eſt·& regnū eius trāſ=
latū eſt ad medos & ꝑſas·dan̄·v· Terribile ē
exemplū de diuite epulone qui induebať pur
pura et byſo·et epulabať quotidie ſplēdide·q̄
moꝛtuus·ſepultus eſt in infernum·Luc·xvi·
¶ Alii incendio cōburunť·ſcꝫ ꝑ luxuriā·Lux
uria em̄ ignis ē ad cōſumptōeꝫ deuoꝛās·Hoc
igne luxurioſi cōburunť·Sicut patꝫ gen̄·xix·
De hoc incendio ait bt̄s Iacobus·Vnuſquiſqꝫ
temptať a cōcupiſcētia ſua abſtractꝰ et illectꝰ
Concupiſcētia vero cum cōcepit·parit peccatū
peccatū vero cū ꝯſummatū fuerit·oꝑe videlicꝫ
vel cōſenſu gn̄at moꝛtē·Nota de filio ꝓdigo·
qui cōſumpſit oīa ſua viuendo luxurioſe·De
quo dixit pater·ꝙ moꝛtuus fuerat ꝑ luxuriā·
ſꝫ reſixit ꝑ penitentiā·De mala etiam muliere
diciť ꝓuer·v·Inclinata eſt ad moꝛtem domus
eius·& ad inferos greſſus illius penetrāt·Iteꝫ
eccēs·vii·Inueni mulierem moꝛte amarioꝛē·q̄
laqueus venatoꝝ eſt·ſagena coꝛ eius vincula
ſunt manus illius·qui placet deo effugiet illā
Nota ſichē filius emoꝛ qui dinā filiā iacob op
ꝓſſit·interfectꝰ eſt cum toto populo ciuitatis·
Gen̄·xxxiiii·Amon·qui thamar ſoꝛoꝛē abſalō
oppꝓſſit·in cōuiuio occiſus ē·ii·Re·xiii· Quia
populus iſrl̓ foꝛnicatus eſt cū madianitis·pre
cepit om̄s ꝓncipes ſuſpēdi ī patibulis·Numeri
xxv·Quia phinees hebreū qui ad ſcoꝛtū intra
uerat occidit ſimul cum illa muliere· placauit
dominū·ſicut diciť ibidem·

## DE SIGNIS MORTIS·DIS· IX·

Poſtq̄ꝫ diſtinxerimus diuerſos mo=
dos ſpūaliter moꝛiēdi· vidēda ſunt
ſigna quedā ꝓnoſtica moꝛituri·So=
lēt medici in acutis egritudinibꝰ vti
ſignis ꝓnoſticis·que ſm̄ ypocratis documen
ta vite ſūt indicatiua vl̓ moꝛtis·A coꝛpoꝛalibꝰ

igitur ad ſpũalia trãſeuntes·modis ſimilibus
iudicemus in hoīe moꝛtẽ culpe· ¶ Pmũ ſig
num moꝛtis ꝓnoſticũ·eſt guſtus deoꝛdinatio
qñ ſcꝫ eger appetit que nocẽt·& reiicit q̃ iuua
rent·Infirmi filii iſrl' ſpreta dieta quã celeſtis
medicus eis indixerat·petũt carnes·flentes co
rã moyſe·& dicentes·Nũi·xi·Quis dabit noꝛ
bis ad veſcẽdũ carnes·Recoꝛdamur piſciũ & ẽ
In mentẽ nobis veniũt cucumeres·& pepones
poꝛri·cepe·& alia·aīma nr̃a arida eſt·nihil ali
ud reſpiciũt oculi nr̃i niſi mãna·Impleuit aũt
dñs petitōeꝫ eoꝝ mittẽs eis coturnices in mul
titudine copioſa·ſꝫ in malũ eoꝝ·Nam ſequit̃
Adhuc erãt carnes in dentibus eoꝝ·nec defe=
cerat hmōi cibus·& ecce furoꝛ dñi cõcitatus in
populũ ꝑcuſſit eum plaga magna nimis·moꝛ
tui ſunt ergo in ſepulcris ꝯcupiſcẽtie·Eſt igit̃
moꝛtis ſignũ abiecta ſobꝛietate & ieiunio·car
nalibus vacare deliciis·Vñ Iob·vi·dicit̃·Nũ=
quid põt comedi inſulſũ qḋ nõ eſt ſale cõditũ
aut guſtare quis quod guſtatũ affert moꝛtem
Quotiẽs eñ ciboꝝ cruditas vitalia deiicit· in=
firmat ſtomachũ·coꝛrũpit ſanguinẽ·vitiat hu
moꝛes·accendit colerã·febꝛis inducit incendiũ
totiẽs eger ꝑdit aīm illicitis fert̃ deſideriis ſa
lutaria reſpuit appetit cõtraria·& noxia ſibi q̃
rit·Aduertendũ eſt aũt q̃nta ſit fatuitas imo
inſania taliũ·& q̃nta deoꝛdinatio appetitus·
qui viliſſimos cibos appetũt·cucumeres·ſ· &
pepones·poꝛros·cepas· & alia·cibuꝫ celeſtẽ fa
ſtidiũt·habentẽ ĩ ſe oĩe delectamentũ & om
nem ſapoꝛẽ ſuauitatis· vñ bñ verificat̃ in eis
illud·ꝑs·Omnẽ eſcã abhoīata eſt aīma eoꝝ &
appꝛopinquauerũt vſqꝫ ad poꝛtas maris·tales
faſtidio moꝛiunt̃· ¶ Secundũ ſignũ moꝛtis ẽ
digeſtiue defectio·qñ ſcꝫ eger nõ põt cibũ ſu=
mere·vel ſumptũ retinere·vel retentũ digerẽ·
Hoc aũt ꝓuenit ex defectu caloꝛis naturalis·
& humidi radicalis·Nam cõſeruatio vite cõſi=
ſtit in calido & huĩdo·vñ q̃nto caloꝛ magis mi
nuit̃·& humidũ magis depaſcit̃·tãtocitius ne
ceſſe eſt vitam deficẽ patientis· Et ſicut ṗma
digeſtio fit in ſtomacho·ſecũda in epate·Ter=
tia in membꝛis ſingulis·digeſtiua tamẽ virtu
te ꝑ calidũ et hũidum opante·ſic qñ in mente
fuerit calidũ dilectionis & hũiduꝫ deuotionis
ſufficiẽter celebrat̃ digeſtio ꝑ quã vita aīe con
ſeruat̃·Nam ad ea que dei ſũt apponit memo
ria recoꝛdatōeꝫ· ecce digeſtio ṗma ĩ ſtomacho
memoꝛie·volũtas apponit affectionẽ·ecce di=
geſtio in epate·Membra vero ſingula ꝓut eis
cõgruit actionẽ·ecce digeſtio in mẽbris·Et ſic
ꝑ calidũ dilectionis·& humidũ deuotionis tri
plicis digeſtionis bonitas declarat̃·Cum autẽ
diminuit̃ caloꝛ dilectionis vel deficit·ſignũ ẽ
moꝛtis ſpũalis·Quia ſic̃ coꝛpus ſine aīa moꝛ=
tuuꝫ eſt·ſic aīa ſine caritate moꝛtua deputat̃·
Ideo ṗmo Ioħ·iii·dicit̃·Qui nõ diligit manet
in moꝛte·Similiter deficiẽte hũoꝛe deuotõnis
deſiccat̃ hõ·& neceſſe eſt eum lãguere dum vi
uit & deſiccari iugit̃ et moꝛi· Oĩe eñ opꝰ cẽ
ſet̃ vt moꝛtuũ·ſi ſpũ deuotõis nõ fuerit aīatũ

Bonum eñ opus ex viſibili cõſtat actione· &
inuiſibili deuotione·Sꝫ inuiſibilis deuotõ eſt
ſicut ſpũs·viſibilis aũt actio ſicut coꝛpus·Si=
cut ergo coꝛpus viuit ꝑ aīam viuificantẽ·ſic &
opus ꝑ deuotionẽ interius opanteꝫ· Recedẽte
ſiquidẽ aīma· coꝛpus expirat·moꝛit̃ et marce
ſcit·& ceſſante deuotione·opus moꝛit̃·et are=
ſcit·& miſer homo velud hũoꝛe deficiente ta=
beſcit·Vñ bñ in ꝑſona taliũ lamentabil'r con
querẽdo loquit̃ Berñ·dicẽs· Quõ exaruit coꝛ
meũ·coagulatũ eſt ſic̃ lac·factum eſt ſic̃ terra
ſine aqua·nec cõpungi ad lachrymas queo tã
ta eſt duritia coꝛdis mei·nõ legẽ libet·nõ oꝛa=
re delectat·meditationes ſolitas nõ inuenio·
vbi illa inebꝛiatio ſpũs·vbi mentis ſerenitas·
& pax et gaudiũ in ſpũſancto· Ideo ad opus
manuũ piger·ad vigilias ſomnolẽtus·ad iraꝫ
p̃ceps·ad odiũ ꝑtinax·lingue et gule indulgẽ
tioꝛ·Heu oĩs montes in circuitu meo viſitat
dñs·ad me aũt ñ appꝛopinq̃t·Quid me aliud
putẽ q̃ꝫ vnũ ex montibus gelboe maledictis·
quẽ p̃terit in ira & indignatione ſua ille cete=
roꝝ oīm benigniſſimus viſitatoꝛ· ¶ Tertiũ
ſignũ moꝛtis eſt vultꝰ ĩmutatio· Vultum hẽ
ſibi ſano ſiſtem·qui cuſtodit ṗſtinã honeſtatẽ·
et vultus ĩmutatio·eſt deſertõ honeſtatis·Nã
eo ꝙ deuotio interius nõ habet̃· ſtatiꝫ exteriꝰ
honeſtatis cõuerſatio nõ ſeruat̃· Attẽde ꝙ ex
decoꝛe cõſciẽtie emanet decoꝛ cõuerſatõnis ho
neſte·Sicut docet berñ·qui ait·Cũ decoꝛis cla
ritas intima coꝛdis repleuerit·ꝓdeat foꝛis ne=
ceſſe eſt· q̃ſi lucerna latẽs ſub modio imo lux
in tenebꝛis lucens latere neſcia·Poꝛro effulgẽ
tem·et veluti quibuſdã ſuis radiis erũpentem
mentis ſimulacrũ coꝛpus excipit·& diffundit
per membra et ſenſus quatinus omnis inde re
luceat actio·ſmo·aſpectus·Inceſſus·& riſus
ſi tñ riſus mixtus g̃uitate·& plenꝰ honeſtate
Sic ecõtrario de interioꝛe deoꝛdinatione con=
ſciẽtie·inoꝛdinatio exterioꝛis cõuerſatõis erũ=
pit·Vñ de talibꝰ poteſt intelligi illud Iere·ix·
Aſcendit moꝛs ꝑ feneſtras nr̃as·In ĩmutatõe
faciei ꝑpendit̃ ſignum moꝛtis·puta ſi habeat
eger nares acutas·oculos cõcauos· & obſcura
tos·aures cõtractas & frigidas· Nares habe=
mus acutas· cũ relictis his que circa nos ſunt
alioꝝ vias·facta dictaqꝫ ꝑquirimus ꝑ ſubtiles
et curioſas·nõ tñ neceſſarias·nec multũ ꝓba=
biles cõiecturas·Nam qui cõſcientie ſue negli
gẽs eſt ꝑſcrutatoꝛ·aliene ſolet eſſe curioſus ex=
ploꝛatoꝛ·Oculos habemus cõcauos· cũ ea que
diſſimulare videmus·ꝓfundiꝰ intuemur·Hii
ſunt oculi qui vdent q̃ſi nõ videãt & diſſimu
lantes q̃ diſplicent in coꝛdibus ſuis malitioſe
reſeruant·donec tẽpus oppoꝛtunũ inuenerit·
quod expectant·Obſcuros et caligantes ocu=
los hñt qui nec vite ſue cõſiderãt breuitatem·
nec mũdi ꝑicula·nec peccati vilitatẽ· nec offẽ=
ſe grauitatẽ·nec diuini iudicii ſeueritateꝫ· nec
gehenne acerbitatẽ·Vñ ſcriptum eſt eccẽs·ix·
Moꝛtui nihil nouerunt amplius·aures habẽt
frigidas·ſurdas & ꝯtractas·qui nec molliunt̃

dulcedine verbi dei·quia frigidas hn̄t aures·
nec obliuiſcunt̄ iniurie ſibi facte·quia contra=
ctas·coꝛruptiones aūt et exhoꝛtationes vilipē
dunt audire·quia ſurdas·Talibꝰ ait dn̄s·Ioh
viii·Moꝛiemī in peccatis vr̄is·Et ſequit̄ ratio
Qui ex deo eſt verba dei audit·ꝓpterea vos n̄
auditis·quia ex deo nō eſtis·Hoc aūt ſignum
eſt repꝛobationis ſicut ſcriptū eſt·ꝑmo·Re·ii·
De filiis hely·nō audierūt vocē pr̄is ſui· quia
noluit dn̄s occidere illos·Vn̄ bern̄·Nōnullos
interdū audiētes inuenies·ac ſi nihil ad eos ꝑ
tineant que dicunt̄·nō intrare coꝛ ſuū·non di
ſcutere moꝛes ſuos·nō cogitare ne foꝛte quod
audiūt dictū ſit ꝓpter eos· Magis autē ſi ſer
mo dei viuus et efficax·qui ſuo et nō eius qui
loquit̄ arbitratio fert̄·quocūqʒ voluerit·ſi vn
q̄ʒ aduerſus vitia ſua ꝓceſſerit·quibus illi ſe ſē
tiūt obligatos diſſimulāt et auertūt oculos coꝛ
dis ſui·aut qualibʒ adinuentōe palliant facta
ſua·& ſeducūt miſeri ſemetipſos·In his ſalutis
ſigna n̄ video·magis aūt vereoꝛ ne foꝛte pro=
pterea nō audiant verbū dei ·quia nō ſūt ipſi
a deo·ꝓpteria igit̄ nō hn̄t vitā·quia nō recipi
unt verbū vite·Sicut ecōtra dic̄ ſaluatoꝛ·Ioh·
vi·Qui verbū meū audit & credit ei qui miſit
me·hē vitā eternā·& in iudiciū nō venit·ſʒ trā
ſit de moꝛte ad vitā·Et ibidē·venit hoꝛa q̄ndo
moꝛtui·ſcʒ in peccatis·audiēt vocē filii dei ·&
qui audierint viuent·Itē Ioh·viii·Si quis ſer=
monē meū ſeruauerit·moꝛtē n̄ videbit·ineter=
nū·Et ſic patʒ ex p̄dictis·ꝙ imutatio vultus·
dinoſcit̄·qn̄ coloꝛ nigreſcit· viſus tenebreſcit
auditus ſurdeſcit·¶ Quartū ſignū moꝛtis eſt
ineq̄litas pulſus·pulſus ē ineq̄lis· cuiꝰ ꝑcuſſio
variat̄ ſiue in q̄ntitate·qn̄ ſcʒ mō paruus·mō
magnꝰ·ſiue ī motu·vt mō velox· mō tardus·
mō ſpiſſus·mō rarꝰ·Per cuius ineq̄litates pre
dictas·moꝛtis iudiciū declarat̄·Pulſum diffi=
niūt medici motū eſſe coꝛdis in arteriis reſul=
tantē·que a coꝛde incipiūt aerē continētes ſpi=
ritūqʒ vitalē·ꝓpter hoc indicat diſpoſitionem
coꝛdis·ſicut in ſpeculū mentis refulget in ver
bis & coꝛpoꝛis motꝰ exterioꝛ·Vox quedē eſſe
dinoſcit̄ hoīs nr̄i interioꝛis per ſigna quedam
exterius apparētis·motus coꝛdis debet eſſe re=
gulariter vnifoꝛmis· & hanc vnifoꝛmitatem
indicat pulſus equalitas vnifoꝛmis·Inequali
tas vero pulſus·in motu coꝛdis inequalitatem
demōſtrat·Ineq̄litas iſta pulſus incōſtantiaʒ
ſignificat peccatoꝛis·inquietudinem carnalis
deſiderii·& hūani affectus·Hec eſt mulier va
ga quietis impatiēs·ſʒ vbiqʒ inſidiās appꝛehen
ſum iuuenē ducit in moꝛtē·ꝓuer·vii·Ergo ſe=
cundū cōſiliū ſapientis·ꝓuer·v· Ne intēderis
fallacie mulieris· pedes em̄ eius deſcēdunt in
moꝛtē·vagi ſūt greſſus eius·& inueſtigabiles
Sane vagi ſūt greſſus eius· quia ſicut coꝛpus
pedibus circūfert̄·ſic animus a carnali deſide
rio circūducit̄·Sicut dicit aug̃·Non mouetur
aīa pedibus·ſʒ affectibꝰ· vn̄ hūanus animꝰ
ſequens appetitū·quietus eſſe nō ſinit̄·ſed de
vno ſemꝑ in aliud tendit·& vnum poſt aliud

ſucceſſiue faſtidiēs· auiditate maioꝛi ad illud
quod prius faſtidierat redit·Propter hoc em̄
coꝛdis affectus de vno ad aliud euagat̄·quia
in nulla re creata ſufficiens delectatio repitur
Dicuut̄ etiā greſſus eius inueſtigabiles· quia
nullus explicare poſſet q̄ʒ varie q̄ʒ mutabiles·
& q̄ʒ multiplices ſint hūanoꝝ affectuum paſ
ſiones·aſſimulat̄ em̄ affectus pulſui· qui mō
magnus· modo paruus·mō velox·mō tardꝰ
Nam partim ex ꝓpria vanitate·partim ex ꝓ=
pria iniquitate·modo diligit·modo odit·nūc
intēdit̄· nūc remittit̄·nūc celeriter diligendo
quod malū eſt·ꝑuenit iudiciū rōnis·nūc tar=
dus ad diligendum qḋ bonū eſt·nō pōt trahi
tribulationibꝰ aut exemplis·p̄ceptis·cōſiliis·
cōminationibus aut ꝓmiſſis Quintū ſignū
eſt inquietus ſomnus·& nō cōgruo temꝑe ſū
ptus·Dicit̄ em̄ ſomnus eſſe laudabilis·qn̄ nec
noctem effugit·nec diem impedit·Improbat̄
aūt econtrario mō ſumptus·Doꝛmit ergo nō
cōgruo tēpoꝛe·qui doꝛmit de die·vigilatqʒ de
nocte·Cum ergo per diem ꝓſperitas·ꝑ ſom=
num negligētia deſignet̄·moꝛti vicinus eſt q̇
temꝑe ſalutis ſue cōgruo negligit ſemetipm ·
Ideo clamat·p̄s·Illumina oculos meos ne vn
q̄ʒ obdoꝛmiā in moꝛte·ne qn̄ dicat inimicꝰ me
us·ꝑualui aduerſus eum·Fac ergo ſm̄ ꝯſiliū
apl̄i eph̄·v·Surge q̇ doꝛmis·et exurge a moꝛ
tuis·& illuminabit tibi xp̄s·¶ Sextū ſignuʒ
moꝛtis eſt ſudoꝛ inoꝛdinatus· ſi fuerit nō die
cretico·ſi particularis·nō ex toto coꝛꝑe·ſed ex
aliquo tm̄ membro·ſi fuerit frigidus·ſi nō ex
eo foꝛtioꝛ effectus ſit·aut liberatus egrotus·
Sudoꝛis purgatio·peccatoꝝ cōfeſſio·Cryſis·
iudiciū ſacerdotis·Subiicit̄ ille moꝛti qui non
vult aut diſſimulat peccata ꝓpria cōfiteri·Nā
teſte ſapiente·eccī·xvii· A moꝛtuo q̄ſi non ſit
perit cōfeſſio·Apiant̄ ergo poꝛi·ꝓfluat ſudoꝛ
ex membꝛis ſingulis·fiat cōfeſſio gn̄alis·tam
de peccatis p̄ncipalibus·q̄ʒ de circūſtantiis ag
grauātibus·Tūc aūt eſt ſudoꝛ laudabilis quā
do poſt cōfeſſionē criminis ſequit̄ bone opati
onis effectus·alioqn qui baptizatus a moꝛtuo
et iterū tangit moꝛtuū·quid ꝓdeſt lauatio eiꝰ
Eccī·xxxiiii·Fit aūt ſudoꝛis euacuatio·ſʒ non
laudabilis·& q̄ſi nō in die cretico· cum pecca=
tum tuū iactas·vel accuſas coꝛā ſociis·qḋ con
fiteri nō vis vel nō audes in facie ſacerdotis·
Iactantiā dixerim cum nō ſolū de bono ſi qḋ
feciſti te iactare p̄ſumis· ſed qḋ lōge deterius
eſt·cum te minoꝛis pudet eſſe dedecoꝛis· quo
maioꝛa cognoſcis vel audis flagitia ſocioꝛum
& ne tua te reddat innocētia vilioꝛē·quod nō
feciſti feciſſe te fingis·Vel ecōtra vt hūilis ap
pareas·ſupbiſſime et īmaniſſime cōfiteris con
feſſione tanto ꝑiculoſius noxia·q̄nto ſubtiliꝰ
vana· cum nō q̄ris humilis eſſe in conſpectu
dei·ſʒ coꝛā hoībus reputari·Sudoꝛ etiam frigi
dus īmo q̄ſi gelidus ē moꝛtalis·cū nō ex amo
re·ſʒ timoꝛe ſeruili potius confiteris·vel ſudoꝛ
gelidus eſt cōfeſſio ſine ꝯtritione·Cum em̄ de
teſtaris pcc̄m & te peccaſſe doles·ſʒ n̄ ſufficiēter

doles p̄terito·nec caues de futuro·talis ſudor
eſt frigidus·nec peccatũ delet·ſꝫ ex p̄ſumptõe
diuine miſericordie·& venie cõſequende mi=
ſer remanet in peccato·ſicut ex ſudore frigido
creticare ſe credens·aſſumit cõfidentiã euadē
di·hoc eſt peccatũ p̄ſumptõis·Cuius exemplũ
habemus·Iere·xx·De faſſuth ſacerdote·q̄ po=
pulo ꝓmittebat ſecuritatē·Cui Iere·ait·In ba
bilonē venies·& ibi morieris·¶ Septimũ ſig
num mortis eſt fetoris axalatio·Quãdo enim
fetet egrotus·ſignum eſt ꝙ corpus iam reſol=
uit·et aĩa iam nõ põt retinere·nec regē cor=
pus ſuũ·ſic diffuſio infamie·et impudētia de
linquēdi·ſignũ eſt mortis·Vñ de talibꝰ dicit
Iere·vi·Cõfuſi ſunt·qꝛ abhoĩatione fecerunt
Quinimo cõfuſione nõ ſũt cõfuſi·& erubere
neſcierũt·Vulgo dicit·ꝙ qñ vir honeſtus &
verecũdus tempe ſanitatis nõ curat·vel non
verecũdat in infirmitate corã hoibꝰ denudari
ſignũ eſt mortis·Sic qñ negligit hõ famã ſuã
et nõ curat vel diſſimulat ſuã infamiã publi=
cari·ſignũ eſt peſſimũ·De talibus ait ſapiens
prouer·ii·Qui letant cũ malefecerint·& exul=
tãt in rebus peſſimis·quoꝝ vie ꝑuerſe & infa=
mes greſſus eoꝝ·De hoc p̄t intelligi illud Iob
xi·Dixit martha ſoror eius qui mortuus fue=
rat·Dñe iam fetet·¶ Octauũ ſignũ eſt loque
le amiſſio·quãdo ſcꝫ homo ꝑdidit verbũ ꝯfeſ=
ſionis·& diuine laudis·De ṗmo dr̄ ecci·xvii·
A mortuo ſcꝫ in peccatis·q̄ſi nihil perit cõfeſ=
ſio·Item·p̄s·Non eſt in morte·peccati·ſ·q̄ me
mor ſit tui·in inferno at·ſcꝫ ĩ ꝓfundo vicioꝝ
quis cõfitebit tibi·q̄ſi diceret nullus·Ideo ſa=
piens dat ſanũ et ſalubre cõſiliũ·ecci·xvii·Añ
mortē cõfitere·ſanus et viuꝰ cõfiteberis·Mul
ti nãqꝫ ſicut pluribꝰ exemplis & p̄lies eſt com
ꝑtum·qꝛ ĩ ſanitate ſua opportunitate habita
cõfiteri cõtempſerũt·hora mortis aũt nõ volu
erũt·aut nõ potuerũt cõfiteri·iuſto iudice deo
nõ eis cõcedēte facultatē aut grām cõfitendi·
De ſecũdo·id ē de verbo diuine laudis·ait·p̄s·
Non mortui·ſ·in peccatis laudabũt te dñe·&
ſi laudauerint·deus tñ nõ approbat·Quia ſic
dicit ecci·xv·Non eſt ſpecioſa laus in ore pec=
catoris·Sequit·Neqꝫ oẽs qui deſcendũt ĩ in=
fernũ·id eſt in ꝓfundũ vicioꝝ·quia peccator
cum in ꝓfundũ venerit peccatoꝝ·contemnit
prouer·xviii·Sed econtra clamat·p̄s·Nõ mo=
riar·ſꝫ viuã·& narrabo opa dñi· Nonũ ſig=
num eſt memorie obtuſio·qñ ſcꝫ homo ꝓrſus
amiſit memoriã·ſignũ eſt euidētiſſimũ mor=
tis eius·Sic qñ miſer oblitus eſt diuina bñfi=
cia·Sicut ait·p̄s·Non eſt ĩ morte qui memor
ſit tui·Ecce ꝙ mors peccati aufert memoriaꝫ
De hoc etiã·p̄s·in ꝑſona dñi de peccatoꝝ ob=
liuione miſera cõquerētis ait·Obliuioni datꝰ
ſum tanq̄ꝫ mortuus a corde·Attēde diligēter
miſer homũcio·ꝙ nõ ſolũ tu mortuus es pec=
cato·ſꝫ et xp̄s mortuus eſt in corde tuo·qꝛ nõ
tm̃ temetip̄m interimis·quinimo chriſtũ q̄n=
tum eſt de tua ꝑuerſa volũtate denuo crucifi
gis·Signãter autē loquitur propheta dicens·

Mortuus a corde nõ in corde·Iuſti nãqꝫ iugē
dñice paſſionis memoriã retinētes·xp̄m paſſũ
et mortuũ in cordibꝰ ſuis hñt·Impii vero xp̄i
memoriã nõ hñtes·ip̄m a ſuis cordibus expu
lerũt·Vñ xp̄s mortuus eſt a corde taliũ·quaſi
prorſus expulſus·Sed·p̄s·ad diuinoꝝ bñfici=
orũ memoriam ſemetip̄m excitãs·ait·Surge
aĩa mea in requiē tuã·quia dñs bñfecit tibi
quia eripuit aĩam meã de morte·Nec ſolũ per=
dit hõ memoriã dei·& oĩm alioꝝ extra ſe·ve=
rũetiam ſuiip̄ius·ſicut patꝫ de filio ꝓdigo qui
ꝓpterea in regionē longinq̄ꝫ ꝑhibet abiiſſe·qꝛ
procul a ſemetip̄o dignoſcit receſſiſſe·qui etiã
pro tempe quo memoriã ſui ꝑdiderat·mortu=
us affirmat·ſꝫ recupata miſeric ſue memoria
viuere nũcupatur·Mortuus inquit fuerat &
reſixit·Luc·xv·¶ Decimũ ſignũ eſt qñ ceſſa=
uit motus·quia ſcꝫ qñ homo nõ poteſt mouē
manũ·pedeꝫ vel aliud membꝝ corporis ſignũ
eſt mortis·ſic aĩa qñ nõ mouet ſemetip̄am
nec corp̄is ſui membra·mortua eſt·qꝛ defecit
in ea motus bone opationis·Cũ em̃ fides ſit
vita aĩe·Sic dicit abachuc·i·Iuſtus ex fide
viuit·Fides aũt ſi nõ habeat opa·mortua eſt ĩ
ſemetip̄a·Iaco·ii·ſic et aĩa q̄ ſe nõ mouet ad
opa·mortua eſt·¶ Vndecimũ ſignũ eſt qñ de
fecit anhelitus·Vñ volētes ſcire de aliquo vtꝝ
ſit mortuus·ponũt plumã ante os eius & na
res·vt videãt ſi pluma mouet·quia ſi nõ mo
uet·certũ eſt ip̄m mortuũ eſſe·quia nõ inſpi=
rat aerem·nec expirat·Ita ſp̄ualiter mortuꝰ ē
qui nõ inſpirat ſp̄m ꝑ deſideriũ attrahendo·
nec expirat petendo in or̃one·querēdo in me=
ditatione ſeu cõfeſſione·pulſando ĩ opatione
Vñ·p̄s·Os meũ apperui & attraxi ſp̄m·Mor
tuus eſt ergo·qui interdũ os non apit ad ſp̄m
attrahendũ·Vñ de filio mulieris matriſfami
lias que helyam in hoſpitio ſuo recepat dicit·
iiii·Re·xvii·Erat lãguor fortiſſimus·ita vt ñ
remaneret in eo alitus·Hoc eſt peccatum de=
ſperationis·De quo ꝓuer·xi·Mortuo homie
impio nõ erit vltra ſpes·Exemplũ de iuda·q̄
deſperãs laquo ſe ſuſpendit·Math·xxvii·Ex
emplũ etiã de ſaul qui deſperãs ſemetip̄m occi
dit·i·paral·x·Mortuus eſt ſaul ꝓpter iniq̄ta=
tes ſuas·Signãter aũt dicit ꝓpter iniquitates
ſuas·qꝛ ex peccetis p̄cedentibꝰ orit deſpatiõis
flagiciũ·Iſtud peccatũ eſt ḡuiſſimũ·quia dire
cte cõtrariũ eſt pietati diuine·Vñ plus pecca
uit iudas deſpando·q̄ꝫ xp̄m tradendo·qꝛ xp̄i
traditio nõ fuiſſꝫ irremiſibilis·niſi deſperatio
ſubſecuta fuiſſet·¶ Duodecimũ ſignũ mortis
eſt qñ defecit tactus·Tactus em̃ inter oẽs
ſenſus ṗmus eſt in via gñationis·& vltimus
in via reſolutionis·vñ tactus põt ſine aliis·ñ
ecõuerſo·Quãdo igit homo ꝓrſus ꝑdidit ſen
ſum tactus·certum eſt illũ eſſe mortuũ·Spiri
tualiter aũt loquendo tactũ amiſit hõ ꝑ pecca
tum obdurationis·qñ videlicꝫ non ſentit·nec
dulcedinē diuine cõſolatõis q̄ntũ ad guſtum
nec verbũ exhortatõis ſeu correctionis q̄ntuꝫ
ad auditum·nec cõſiderat vel cogitat bñficia

diuine remunerationis q̄ntum ad viſum·nec
exempla ſancte ꝯuerſatōis xp̄i & ſanctoꝝ q̄n
tum ad odoratū·nec flagella diuine correctio
nis q̄ntū ad tactū·Vn̄ ſcriptū eſt·i·Reg̃·xxv·
Indicauit abygail nabal oīa verba que audie=
rat a dauid·& emortuum eſt cor eius intrinſe
cus·& factus eſt q̄ſi lapis·Eſt em̄ vidē quoſ=
dā hoīes obduratos·qui nec verbis·nec verbe
rib9 corrigunt̄·ſ3 potius obdurant̄·Tales ſūt
ſimiles pharaoni·quē dn̄s peccatis ſuis exigē
tibus obdurauit·& ideo miſericordiā nō inue
nit·ſ3 ip̄e cū exercitu ſuo male piit in ꝓfundo
De hoc ait Bern̄·ad eugeniū·Nemo duri cor=
dis ſalutē vnq̄3 adeptus eſt·niſi forte miſerās
deus abſtulerit ab eo cor lapideū·et dederit ei
cor carneū·Quid ergo cor durū·ip̄m eſt quod
nec cōpunctione ſcindit̄·nec pietate mollitur
nec mouetur p̄cibus·minis nō cedit·flagellis
durat̄·ingratū ē ad bn̄ficia·ad cōſilia infidū
ad iudicia ſeuū·inuerecūdū ad turpia·impa=
uidū ad pericula·inhūanum ad hūana·teme=
rariū ad diuina·p̄teritoꝝ obliuiſcēs·pn̄tiū ne=
gligens·futura nō p̄uidens·Ip̄m eſt cui p̄teri=
toꝝ p̄ter ſolas iniurias nihil oīno n̄ p̄terit·pre
ſenciū·nihil ūo perit·futuroꝝ nulla niſi forte
ad vlciſcendū ꝓſpectio ſiue p̄paratio eſt·Et vt
in breui cūcta horribilis mali mala cōplectar·
ip̄m eſt qȯ nec deū timet·nec hoīe3 reueret̄·

## DE PVRGATORIO· DIS· X·

Oſtq̄3 dictū eſt de morte triplici·ſc3
nature·grē·& culpe·& de mortuis·
tam ſp̄ūaliter·q̄3 corꝑaliter ī hoc mū
do·dicendū eſt de mortuis in purga
torio·Circa quod cōſideranda ſunt quatuor·
Primo de purgatorio in ſe·Secūdo de graui=
tate penaꝝ·quare ſūt ſūmoꝑe metuēde·Ter=
tio de cōpaſſione hn̄da ad aīas in purgato=
rio exiſtentes·Quarto·quibus modis poſſūt
iuuari·¶ Circa p̄mum cōſideranda ſunt qua
tuor·Primo an ſit aliquis loc9 ad purgandū
aīmas poſt hanc vitā deputatus·Secundo vbi
ſit·Tertio qui et quibus de cauſis in purga=
torio puniantur·Quarto an poſtq̄3 purgate
ſunt anime ad gloriam transferantur·

¶ Circa p̄mū ſciendū eſt ꝙ penā purgatoriā
eſſe ꝑ quā purgant̄ aīe p9 hāc vitā·ꝓbat̄ ꝑ ver
bū ip̄i9 veritatis·maxīe·Math·xii·e·Qui dix
erit ꝯtra ſp̄m̄ſctm̄ verbū n̄ remittet̄ ei·neq3 in
hoc ſeculo·neq3 in futuro·ergo ī futuro aliqȯ
peccatū remittit̄·aliqȯ nō·S3 neq3 in inferno
neq3 in paradyſo habet locū peccatoꝝ remiſſio
ergo eſt ibi alius locus purgationis·ꝑ quā pe=
na remittit̄·Sic ꝓbat hoc greġ·dyal'·xli·dicēs
qȯ de vno negat̄ cōſeqn̄s·intellectus patet·qr
de quibuſdā cōcedit̄·Negat̄ de vno cum dicit̄
nō remittet̄ ei &c̄·Et ꝓbat̄ ꝑ verbū ap̄li·p̄mo
coꝝ·iii·dicentis·Si q̇s aūt edificet &c̄·Et poſt
vniuſcuiuſq3 opus quale ſit ignis probabit·ſi
cuius opus māſerit quod ſuꝑedificat mercedē
accipiet·ſi cui9 opus arſerit·detrimentū patie
tur·Ip̄e aūt ſalu9 erit ſic tn̄ q̄ſi ꝑ ignē·ad hoc
ꝑtinere pōt illud·tranſiuim9 ꝑ ignē & aquā·
et induxiſti nos in refrigerium·Idem patet·
ſap̄·iii·b·tanq̄3 aurum in fornace ꝓbauit eos
et q̄ſi &c̄·puer·xvii·Sicut in igne ꝓbat̄ argē
tum et aurū in camino·ita corda ꝓbat deus·
eccī·ii·c·In igne ꝓbat̄ aurū et argentū·& ho=
mines receptibiles ī camino tribulationis·Idē
xxvii·b·Vaſa figuli ꝓbat fornax·& hoīes iu=
ſtos tēptatio tribulationis·vel hic·vel in futu=
ro·Iere·ix·b·Ego cōflabo et ꝓbabo eos·Quis
ſapiens cogitet vaſa cōtumelie fieri vaſa glīe·
niſi in fornace fuerit materia bn̄ depurata pri
us·Quis credit vaſa debere apponi regi glīe ī
menſa·vt bn̄placita ſint ei·niſi p̄us bn̄ fuerit
purificata et mundata·Ideo dicit̄ mal'·iii·b·
Quis poterit cogitare diē aduentus eius·ſede
bit cōflans et emundās argentū·& pur·fi·le·
& colabit eos &c̄·Hui·xxxi·dicens·quod po
teſt tranſire ꝑ flāmas igne purgabit̄ &c̄·tran
ſit quod remanet·n̄ trāſit qȯ remanet ibi in=
ꝑpetuū·vt damnatus qui in inferno ſemꝑ cru
ciabit̄·Yſa·xxx·g·Tranſitus virge eius fūda
tus·vt quieſcat ibi virga ſemꝑ in eis·Vn̄ ſeq̄=
tur·Quā requieſcere faciet dn̄s ſuꝑ eū·i·aſſur
Item octo gn̄a penaꝝ in legibus deſcribit tul
lius·Damnū·vincula·verbera·talionē·igno=
miniā·exiliū·mortē·Ergo hec ad ſūmā iuſtici
am ꝑtinēt·vt pro culpa que nō eſt ad mortem
infligat̄ pena nō ad mortē·vt pena reſpōdeat
culpe·Apo·ii·f·Ego dn̄s ſcrutans corda & re
nes·& do vnicuiq3 ſ̄m opera ſua·Mar·iiii·d·
In qua menſura menſi fueritis·remetiet̄ vob̄
ergo neceſſe eſt vt qui plus peccat plus puniet̄
vel hic vel in futuro·Si aūt duo migrāt equa
liter cōtriti·& vnus peccauit parū et alius mi
nus·neceſſe ē ex quo n̄ puniunt̄·hic inequal̄r·
ꝙ pūiant̄ ī futuro plus aut min9·Itē ſ̄m auġ
Tria ſunt gn̄a hoīm·quidā ſunt valde mali·
quibus eccleſie ſuffragia ꝓdeſſe non poſſunt·
quidā valde boni·quibus nō ſunt neceſſaria·
quidā nec valde mali nec valde boni·q̇ haben
tes venialia indigent purgari·Item quia ſicut
ſūma bonitas nō patit̄ ꝙ bonū remaneat irre
muneratū·ita ſūma iuſtitia nō patit̄ ꝙ malū
remaneat impunitū·Itē quia tanta eſt digni=
tas ſūme lucis·ꝙ eam ſoli mūdi corde videre
poſſunt·Vn̄ neceſſe eſt vt aīma ad munditia3
baptiſmalē ꝑueniat anteq̄3 diuino conſpectui
p̄ntet̄·Item quia culpa offēdit maieſtatē diui=
nā·damnificat eccleſiā·& maculat ſeu defor=
mat in anima diuinā ymaginē·Offenſa aūt re
quirit punitionē·damnū ſatiſfactionē·defor=
matio purgationē·Ideo neceſſe eſt ꝙ pena pu
nitiua·ſatiſfactoria·& purgatoria reſpōdeat
culpe hic vl'alibi·Et ideo qui hic ad plenū pur
gati nō fuerint·neceſſe eſt ꝙ alibi puniantur
ſatiſfaciāt & purgent̄·Item quia cōtraria cō=
trariis curant̄·ideo peccatū qȯ cū delectatōne
cōmittit̄ oportet ꝑ penā deleri·Item quia nulli
debet negligētia ſuffragari·ſ3 ſi q̇s neglexerit
agē pn̄iam videret̄ de negligētia cōmodū re=
portare·niſi eā ī futō pagere3·qȯ eēt incōueniēs
¶ Circa ſ̄m ſc3 de loco purgatorii·Sciendū

ꝙ dupliciter aſſignatᷣ·aut ſm legem cōmunē·
et ſic eſt in vno loco· ſcꝫ in parte inferni circa
lymbū patrū·aut ſm diſpēſatōeꝫ ſpālem·& ſic
aīe purganᷣ in diuerſis locis ī quibꝰ ſcꝫ pecca-
uerᷣt vel alibi·ſic diuine ſapiētie ex cauſa ratio
nabili licet nobis ignota placuerit ordinare·
Hoc aūt cōcedit miſericors deus ꝓpter aīaꝝ
iparum releuationē ꝑ ſuffragia procuranda·
vel ꝓpter aliqꝫ edificationē viuoꝝ·quibus vi-
delicet ꝑmittunᷣ aliquotiens apparere· ¶ Cir
ca tertiū ſcꝫ·qui et ꝑ quibus de cauſis ibi puni
anᷣ·Sciendū ꝙ ibi puniunᷣ qui hic tarde ad
cōuerſionē veniūt·& pro venialibus peccatis·
vel pro mortalibus de quibus penituerūt qui
dem·ſꝫ ſatiſfactionē cōdignā minime cōpleuerᷣt
qꝛ qᷦ minꝰ hic faciūt·ibi ſupplēt·Aug·ī libro
de penitētia·Purgandus eſt igne purgatōis·
qui diſtulit fructū cōuerſionis·Greg·dyal·i·
De quibuſdam leuibus culpis eſſe an iudiciuꝫ
purgatorius ignis credēdus eſt·pro eo ꝙ veri
tas dicit·Si quis ī ſancto ſpū blaſphemiā dix-
rit vt ſup̄·Et poſt·idem Greg·Hoc de paruis
minimiſqꝫ peccatis fieri poſſe credendū eſt·ſi-
cut eſt aſſiduus ocioſus ſmo īmoderatꝰ riſus
vel peccatū cure rei familiaris que vix ſine cul
pa·vel ab ipſis agiᷣque culpas q̈liter declinare
debēt ſciūt· & error ignorātie· que cūcta poſt
mortē grauant·ſi adhuc in hac vita poſitis mi
nime fuerint relaxata· Item qui et ꝓpter que
punianᷣ igne purgatorio inſinuat paulꝰ ꝑmo
coꝝ·iii·qñ dicit·ꝙ quidā ſup̄ xp̄m fundamē-
tum edificāt aurū qui vacāt interne ſapientie
in dei cōtemplatione·Argentū qui vacant do
ctrine & ſacris verbis·lapides p̄cioſos qui va-
cant opibꝰ bonis·Scōm greg·Lignū & fenū
et ſtipulā iſti edificāt qui leuia & facilia ad ſol
uendū cōmittūt·nō ferrū·es· & plūbum que
ſunt maiora et duriora·Item in ench· Auguꝰ
Poſt hanc vitā incredibile nō eſt nōnullos fi
deles ꝑ ignē quendā purgatoriū q̈ntomagis
minuſue dilexerunt bona ꝑeuntia·tanto tar-
dius citiuſqꝫ ſaluari· Vñ nō fruſtra iſta tria
diſtinxit apl̄s·lig·fe·ſti·que illi edificant q̄ ali
ena nō rapiūt·rebus tm̄ infirmitati conceſſis
aliqua dilectione adherēt·qui ſm ſuos amādi
modos diutius vt lignū·vel minus vt fenum
vel minū vt ſtipula·ignē ſuſtinebūt·Itē aug·
de fide ad petrū·lignū·fenum· ſtipula·accipi
poſſunt ſeculariū rerū·q̈ꝫuis licite cōceſſarum
tales cupiditates vt amitti ſine dolore nō poſ
ſint·hoc ergo edificat qui cogitat que mundi
ſunt·quō placeat mūdo·qui circa diuitias ſu-
as carnali quodā tenetᷣ affectu· et tamē ex eis
multas elemoſinas facit·nec ꝑ eis aliqd frau-
dis vel rapine molitᷣ·Itē aug·Affectiones car-
nales quibus dediti ſunt domibus·cōiugibus
poſſeſſionibus·ita vt nil p̄ponant xp̄o iſtis tri
bus ſingnificanᷣ·ſcꝫ ꝑ lignū·fenū·& ſtipulā·
¶ Circa quartū ſciendū ꝙ poſtq̈ꝫ aīme ꝑfecte
purgate ſunt ibi·ſtatiꝫ ſine retardatione euo-
lant ad gloriā·ſicut patet multiplici ratione·
Primo qꝛ pꝰ purgatōeꝫ ꝑfectā nulla remanet



in anima deformitas·diſſimilitudo·vel impu
ritas ꝓpter quā debeat a gloria retardari·Se-
cundo·quia ianua celi ſemꝑ eſt apta illis qui
obſtaculū nullū hñt·aīa aūt nō habet ob ſtacu
lum·poſtquā nulli ſubiacet culpe·nec debitrix
eſt pene· Tertio quia neceſſe eſt aīam in q̄ eſt
caritas eleuās·& nihil eſt retardās ad gloriam
eleuari·Quarto quia cum deus pronior ſit ad
miſerandū q̈ꝫ ad puniendū·merito debet aīaꝫ
iam purgatā coniungere gl̄ie·quā purgandā
ſubiecit pene· Quinto quia nō puniit deꝰ bis
inidipm̄·Vñ cum aīma ſufficiēter ſatiſfecerit
et penis igniū·nō debꝫ amplius puniri in dila
tione p̄mioꝝ·Sexto quia poſt purgationē nō
debet aīa eſſe in purgatorio·poſtq̈ꝫ nihil habꝫ
cremabile vel purgandū·nec in lymbo· qꝛ nō
eſt de numero pueroꝝ·nec in inferno·quia ñ
habet mortale· ergo debet eſſe in celo· qꝛ poſt
mortem nō ſunt alia receptacula aīaꝝ·Septi-
mo quia efficacior eſt caritas q̈ꝫ iniquitas· Sꝫ
iniqtas ſtatim in hora ſeꝑatōis aīe a corꝑe ducᷣ
eā ad ſuppliciū·vñ de impiis dicitᷣ·Iob·xxi·In
pūcto ad inferna deſcēdūt· ergo caritas ſtatiꝫ
ducit ad p̄miū·Vñ ſicut ĝuia corꝑa oīni impe
dimento ceſſante ſtatim mouenᷣ deorſum·&
leuia ſurſum· ſic ſpūs impioꝝ remoto carnis
onere·in ipo momēto ſeꝑationis ferunᷣ ad lo
cum ſuppliciōꝝ ꝓpter peccati nimiā ĝuitatē·
ſpūs vero bonoꝝ ſi nō aſſit impedimentū cul
pe aggrauantis·vel pene retardantis· ſtatim
referunᷣ ad locum premioꝝ·

## DE PENIS PVRGATORII·DI·XI·

Circa ſm principale·ſcꝫ q̄re pena pur-
gatorii ſit timenda·Scien dū ꝙ pro
pter acerbitatē·diuerſitatē·diutur
nitatē·ſterilitatē·damnoſitatē·& ſb
uenientiū paucitatē· ¶ Primo quidē timenda
eſt ꝓpter acerbitatē·Ad cuius intelligentiā ſci
endum eſt·ꝙ in purgatorio duplex eſt pena·
vna damni que eſt ex carētia diuine viſionis
Alia ſenſus que eſt ex afflictione ignis·vtra-
qꝫ aūt ĝuis eſt valde· ¶ Dicūt em̄ aliq̄ ꝙ mini
ma penaꝝ purgatorii·grauior eſt q̈ꝫ ĝuiſſima
pena mūdi·Hoc aūt apparet de pena damni·
Affectꝰ em̄ quo aīa ſeꝑata a pondē corporis
abſoluta deſiderat ſūmum bonū maior eſt· &
intenſior·q̈ꝫ affectus cuiuſcunqꝫ rei temꝑalis
in hac vita·maxime cū iam tēpus habēdi adue
nerit·a quo ſe videt aīa per ſuā negligentiā re
tardari·Quā retardatōeꝫ potuiſſet exiſtens in
corpore ꝑ modicā penitentiā amouiſſe·Si em̄
ſpes que differtᷣ affligit aīam·ſicut dicitᷣ ꝓū·
xiii·q̈ntomaiꝰ eſt bonū ſperatū & magis cog-
nitū· tāto in expectādo maior eſt afflictio· &
q̈nto ꝓlixior eſt dilatio·tanto maior noſcitur
eſſe dolor·eiuſqꝫ carentia moleſtius toleratur
Iſtud etiā de pena ſenſus apparet triplici rōne
Primo quidem declaratᷣ hoc ex parte ignis af-
fligentis·De igne em̄ purgatorii loquens be-
atus Aug·ait·Hic ignis & ſi eternus non ſit·
miro tñ modo grauis eſt·Excedit em̄ omnem
penā·quā aliquis paſſus eſt ī hac vita· nunq̈ꝫ

ín carne tanta ínuenta eſt pena ·lícet mírabílía
paſſi ſint martyres toꝛmenta ·Idem dícit alíqs
ad me nõ ꝑtinet q̃ꝫdiu moꝛã habeã ín purga=
toꝛio ·tñ vt ad vítã eternã pergam ·Nemo em̃
dícat frẽs kariſſimi ·quia ílle purgatoꝛiꝰ ígnis
duríoꝛ erít ·q̃ꝫ quicq̃ꝫ penaꝝ ín hoc ſeculo ·aut
víderi potuít ·aut ſentírí · Et cuꝫ de díe iudícíí
ſcríptum eſt ꝙ erít díes vnus tanq̃ꝫ mílle ãní
& mílle anní tanq̃ꝫ vnus díes ·vñ ſcít vnuſq̃ſ
qꝫ verũ diebus aut menſibus ·aut foꝛte etíam
annís ꝑ íllũ ígnẽ ſit trãſiturus · Et quí dígitũ
ſuum mõ tímet ín ígnẽ míttere ·q̃re nõ tímeat
nõ paruo tempe ·ín aĩma ſímul et coꝛpe cruci
arí · Et ídeo totís víribus vnuſquiſqꝫ laboꝛet ·
vt et capítalía crímĩa poſſit euadere ·& mĩma
peccata íta bonís opíbus redímere ·vt aut paꝝ
ex íp̃ís aut níhil ínueníat̃ remanẽ ·qꝺ ígnis íl
le poſſit abſumere · Quãuís autẽ alía foꝛſitan
elementa vel elemẽtata coꝛpa ad cruciatũ aĩa=
rum cõcurrãt ·tamẽ ígnis qm̃ ínter oĩa elemẽ=
ta mínus habet de matería ſubtílioꝛ & puríoꝛ
eſt ·magís eſt actíuus & penetratíuus ·& ma=
gís afflictiuꝰ ·Ideo magís dícunt̃ ígne q̃ꝫ alío
materiali coꝛpe cruciari · ¶ Item ꝙ pena pur
gatoꝛíí ſit grauíoꝛ q̃ꝫ pena alíq̃ huíus mũdí ·
eſt ratio ex parte aĩme patiẽtís · quía cũ doloꝛ
eſſentíal̃r loquẽdo ·ñ ſit leſío ·ſꝫ leſíonís ſenſus
aníma vero ſepata víuatíus ſentít leſíuũ q̃ꝫ cõ
íũcta · ídeo vehemẽtíoꝛ ẽ doloꝛ aĩme ſepate q̃ꝫ
cõíuncte · Ad ídem ſumít̃ ratio ex parte iudí=
cís penas hmõí ínflígentís ·qꝛ plus q̃rít deus
emendã q̃ꝫ penam ·Non em̃ delectat̃ ín penís
nr̃ís ínq̃ntum ſũt afflictíue & leſíue ín natu=
ra ·ſꝫ ínq̃ntum ſunt ſatíſfactoꝛíe pro offenſa ·
Ideo plus põderat ín pena vírtutẽ bone volũ=
tatís acceptãtís ·& deuote aſſũmentís ex mera
líbertate ·q̃ꝫ g̃uítatẽ doloꝛís afflígentís ·& to=
lerantíã voluntatís nõ recuſantís ex neceſſíta
te · Vñ et actíones nr̃e & paſſíones q̃ntoplus
hñt de volũtarío ·tãto ceterís paríbus plus ha
bent de meríto ·& ſũt amplíꝰ grate deo · Quã=
obꝛẽ multoplus acceptat ·& approbat modícã
penítentíã volũtaríã ín p̃ñtí q̃ꝫ penã lõge gra=
uíoꝛẽ mínus voluntaríã ín futuro · Quaprop
ter exígít equítas díuíne íuſtítíe · vt qꝺ deeſt
íbí de volũtarío ·ſuppleat̃ acerbíus ín toꝛmẽto
¶ Cũ eſſꝫ q̃uídã malus p̃poſítus · dedít eí deꝰ
quandã grauẽ ínfírmítatẽ ín qua expẽdít oĩa
que habebat ín medícínís ·et alíís ·& níhíl va=
luít eí · Vñ cũ ꝑ q̃nquẽníũ ſuſtínuíſſet íta gra
uem ínfírmítatẽ ·ꝙ nõ poſſet ſurgere ·nec ha=
beret alíquíd vnde neceſſaría poſſet hr̃e ·& ab
omníbus deſtítutus eſſꝫ · & ꝓpter paupꝫtatem
et vílítatẽ lãguoꝛís & doloꝛẽ cepít murmura=
re cõtra deũ ·deſperans de hoc ꝙ ín íſtís míſe
ríís tam díu víueret · Míttít̃ eí angelus íncre=
pans eum de murmure ·monẽs ad patíentíaꝫ ·
et vt per duos annos alíos ſuſtínerꝫ ·per quos
plene purgatus ad gloꝛíã euolaret · Quí cũ dí=
ceret ſe hoc facẽ nõ poſſe ·ſꝫ potíus occídí velle
díxít angelus ꝙ aut ꝑ duos annos opoꝛteret
eum ſuſtínere · aut ꝑ duos díes ín purgatoꝛío
penã ſuſtínere ·& ſíc poſt ad deũ euolaret · Cũ
íſte duos díes ín purgatoꝛío accepíſſet ·raptus
ab angelo dímíttít̃ ín purgatoꝛío · Iſte aũt pe
ne acerbítatẽ ſentíens credídít íbí fuíſſe ꝑ ínfí
nítos díes anteq̃ꝫ dímídíã díẽ cõpleuíſſet ·cla=
mans et eíulans ·& cõquírẽs angelũ mendacẽ
nec angelũ eſſe ·ſꝫ dyabolũ · Affuít angelꝰ ad
patíẽtíã monẽs eũ et arguẽs de murmure · &
dícens ꝙ parũ fuíſſet adhuc íbí · Tũc rogauít
angelum ꝙ reduceret eũ ad príoꝛẽ ſtatũ · Et ſí
vellet íp̃e paratus eſſet nõ ſolũ ſuſtínere patíẽ
ter vſqꝫ ad duos annos ·ímo vſqꝫ ad díẽ íudí=
cíí ·quod fecít angelus ·et vſqꝫ ad cõplementũ
duoꝝ annoꝝ oĩa patíenter ſuſtínuít · ¶ Itẽ
petrus clunĩac ·dícít ꝙ quídã ſancto víro pꝛo=
ſtrato ín oꝛatíone ín díe venerís ſanctí ·rapto
ín fletu vſqꝫ ad díẽ paſche fuít facta hec reue=
latío ·vídít quídẽ ín purgatoꝛío quendã gra=
uíſſíme puníri ·quí fuerat penítẽtíe magne ·ſꝫ
frequẽter cõſueuerat nímís bíbere · Quí cũ alí=
quãdo exceſſíſſꝫ í potu ·dyabolꝰ íngurgítãtem
ſuffocauít eum ·aſcẽdens ſuꝑ coꝛ eíus ín ſímí=
lítudíẽ maxímí bufonís ·cõprímẽs & opp̃mẽs
eum ·& dum eum traheret ad ín ínfernũ · btũs
nícholaus quẽ multũ dílexerat & honoꝛauerat
ín víta ·occurrít eí · & traxít eum ad íudícíum
deí · q̃ g̃uíſſíme pene purgatoꝛíe adíudícauít
eum · Iteꝫ vídít alíũ íbí quí fuerat míles largꝰ
curíalís ·hoſpítalís & ꝯtínẽs í ſuo coníugío · &
multas bonas gr̃as habuerat ·tam̃ multũ ſem
per amauerat ludũ auíũ et aucupíũ ſemꝑ fue=
rat ſecutus ·híc ab alíís penís fuerat líberatus ·
excepto eo ꝙ auículã ín manu tenebat ·que cũ
roſtro & vnguíbus manũ eíus dílacerabat ·&
maxímũ doloꝛẽ eí ínferebat · Iteꝫ vídít íbí quẽ
dã mílítẽ íuuenẽ quí fuerat vanus et vítíoſus
& crucẽ acceperat et abíerat quí ꝑ totam díem
a demoníbus toꝛquebat̃ mírabílíter ín medío
rogo ·de nocte facíebat pegrínatíonẽ trãſma
rínã ·ſꝫ parũ ꝓfícíebat ꝓpter tenebras & noctís
íntempíem & víe & aerís íncommodítatem ·
quẽ facto díe demones reducebãt eum ad toꝛ
mentũ afflígendũ ·facta nocte vbí p̃mo acce=
perãt eum reponebãt · Et ſíc poſtea ·vídít ídeꝫ
quí ſuꝑ alíũ mílítẽ ·quí cũ hr̃etíus patronatus
ín quadã eccleſía accípíẽs a quodã clerico vígí
tíquínqꝫ marchas p̃ñtauít eũ ad curíã · Quí de
hoc penítens a pegrínatíone tranſmarína ín
qua moꝛtuus eſt mãdauít vxoꝛí reddí pecuní
am ·& ꝙ míſſas pꝛo eo faceret celebrarí · Híc
dícte pecuníe denaríos accẽſos ſíngulís díebꝰ
míſtrãtíbus ſíbí demoníbꝰ accípíebat & redde
bat ·& dícebat ſe líberarí poſt ſe oĩno vt crede
bat ſí adhuc pꝛo eo reddíta pecunía q̃nqꝫ trícẽ
nalía celebrarent̃ · Multa em̃ accepat pene alle
uíatíotíoneu ꝑ míſſas poſſe celebratas · Itẽ cũ
quídã abbas moꝛíẽs ínterrogaret̃ a monachís
ſuís quẽ eí ſubſtítuerẽt ín abbatẽ · Motus car=
nalíter monuít & cõſuluít quendã nepotẽ ſu=
um ſíbí ſubſtítuí ·quod et íp̃í fecerũt · Cũ autẽ
dictus nepos factus abbas íret ſolꝰ ad fontẽ ·
quí erat ín oꝛto ſuo audíuít de fonte exíre q̃ſí

vocē auūculi ſui mirabilr̃ blangētis· Quē cum
adiuraret abbas vt ei diceret quis eſſet· dixit
ſe eſſe auunculū ſuū ·qui ieſtimabiliter ibi vre
retur·quia motus carnaliter eū eligi ſuaſerat·
Et cum diceret nepos ꝙ ibi nō multū poſſꝫ af
fligi in fonte tempato·rogat vt deferat cande
labrū cupreū quod erat retro altare·& ꝓiicerꝫ
in fontē· Qđ ille fecit·et ſtatim in aqua q̃ſi ce
ra in igne·& butyrū in olla bullienti liquefa=
ctū eſt· Tūc abbas reſignauit·nec eū vltra au
diuit· ¶ Itē cum quidā in quodā monte iuxta
vulcanū ·vbi dicit̃ locus purgatorii ꝓpe ciuita
tē cathaneſiū·quererēt equū dn̄i ſui·inuenit vt
ſibi viſum eſt ciuitatē magnā cuius erat oſtio=
luꝫ ferreū· et queſiuit a portitore de equo quē
querebat·qui rn̄dit ꝙ iret vſqꝫ ad aulā dn̄i ſui
qui vel redderꝫ eum vel doceret· & adiuratus
ab eo portitor ꝑ deum·ꝙ dicerꝫ ei quid agerꝫ·
dixit ei portitor ꝙ caueret ne comederꝫ de ali=
quo ferculo quod ei daret̃·videbat̃ ei ꝙ vide=
bat ꝑ vicos illius ciuitatis tot hoīes quot ſunt
in mūdo de om̄i gente et artificio· Trāſiens ꝑ
multas aulas venit in quādā vbi vidit p̄ncipē
ſuis circūuallatū·offerūt ei multa fercula·nō
vult de eis guſtare·oſ̄dunt̃ ei quatuor lecti·
et dicit̃ ei ꝙ vnus eoꝝ erat dn̄o ſuo paratus·
et alii tres trium feneratoꝝ·& dicit ei p̄nceps
ille·ꝙ aſſignaret diem dn̄o ſuo talē peremptori=
am·& tribus dictis feneratoribꝰ·alioqn̄ veni
rēt inuiti·& dedit ei cyphū aureū·cooꝑtū opcu
lo aureo· Dicit̃ ei vt n̄ illū diſcoꝑiret· ſꝫ illū in
huiꝰ rei interſigniū p̄n̄tarꝫ dn̄o ſuo· vt biberꝫ
de potu ſuo·equus ſuus ei reddit̃· redit·iplet
iuſſa·cyphꝰ apit̃ ·flāma ebullit· In mari cū cy
pho ꝓiicit̃·mare inflāmatur· Hii q̃tuor licꝫ cō
feſſi fuiſſent die ſibi aſſignata rapiunt̃ ſuper
quatuor equos nigros· ¶ Item dicit̃ ꝙ ibi in
quodā mōte iuxta vulcanū vbi dicit̃ locꝰ pur=
gatorii vident̃ caſtrū edificantes·& ꝑ ſeptima
nas ſingulas ad cōplemētum ducentes·nocte
ſabbati oīo diruit̃· Die lune reicipiūt· & ſic po
ſtea ¶ Itē dicit̃ ꝙ cū quidā cappellanus apud
nouū caſtrū in dyoc̄ lauſan̄·noīe guillermꝰ·q
eſt ſanctus mō·vt dicit̃·ꝓpter miracula mul=
ta q̄ dn̄s dicit̃ ꝑ eum feciſſe eſſet in domo ſua
ſuꝑ lacū maximū·& quidaꝫ miles qui erat cū
eo quererēt ab eo cur ſe affligeret·imo q̃ſi occi=
derēt ieiuniis·ciliciis·& lachrymis·cum aſſer=
tione dixit ꝙ vellet eſſe vſqꝫ ad diē iudicii in
tanto igne q̄ntus erat lacus ·et eſſet ſecurꝰ ꝙ
poſſet euadere cū om̄i penitētia ſua· vel ignēꝫ
inferni·vl̃ purgatorii· Et referebat quoddam
exemplū·ꝙ cū quidā latro fugaret̃ ab hoſtibꝰ
ſuis videns ſe nō poſſe euadere·ꝓſtrauit ſe in
cruce dicens·ꝙ bn̄ mortē ꝓmeruerat·quia de
um offenderat·flebat·pro hoc cōfitebat̃ ſe pe=
catorē·& rogabat eos·vt deū de eo vindicarēt
exponēdo mēbra martyrio· Quidā aūt heremi=
ta erat ꝓpe qui multis ānis penitentiā egerat
cui reuelatū eſt ꝙ angeli cum laudibus in ce=
lum illius latronis aīam deportarēt· Qui non
egit deo gr̄as· ſꝫ indignat̃ hoc dicens apud ſe
ꝙ poſtq̃ꝫ ſe expoſuiſſꝫ om̄ibꝰ flagitiis ſimilr̃
in fine peniteret·& ſic ei fieret vt latroni·& cū
ad ſeculū rediret trāſiēs aquā de ponte cadēs
ſubmergit̃·& a demonibꝰ in infernū ꝓiicit̃·
¶ Secūdo in purgatorio eſt penaꝝ diuerſitas
Sciendū aūt ꝙ ſub eodē igne nō om̄es aīme
eq̄lr̃ cruciant̃· ſꝫ vnaq̃qꝫ plus punit̃·et ardorē
ſentit ſ̄m ꝙ plus de cremabili vl̃ aliqđ magis
cremabile ſecuꝫ tulit· Cum em̄ ignis ille agat
in aīmas vt inſtrumentū diuine iuſtitie· ideo
ſ̄m regulā equitatis diſtinguunt̃ gradus ī pe
nis·ſicut ſunt gradus in culpis· Et ſ̄m q̄ntita
tem criminū infligūtur cruciamēta penarum
Hec aūt diuerſitas non ꝓuenit ex diuerſitate
ignis vrentis·ſꝫ ex parte ſp̄us patiētis· Sic em̄
in domo p̄ris eterni manſiones multe ſūt· Si
cut ſcriptum eſt Ioh·xiiii·& inequalitatē gra=
duū fac̄ differētia meritoꝝ· ſic in purgatorio
diuerſitatē penaꝝ facit differentia peccatorū·
Vn̄ greg̊·ait ſic· Gehēna q̃ꝫuis cūctis vna ſit·
nō tn̄ cūctos vna et eadē q̄litate ſuccēdit· Nā
ſicut ſub eodē ſole om̄s tangimur·nō tn̄ om̄s
ſub eo vno ordine eſtuamus·quia iuxta quali
tatē corꝑis ſentit̃ etiā pondus caloris·ſic dam=
natis vna eſt gehēna· & purgandis vnus eſt
ignis·qui afficit· Sed tn̄ nō om̄s eq̄liter cōbu
rit·quia qđ hic agit diſpar valitudo corporum
hoc illic exhibꝫ diſpar cauſa meitoꝝ· Ex dictis
patet grauiſſimas eſſe penas purgatorii·licet ī
eis magna ſit diſpitas g̃uitatis· Quis igitur
tam inſolens qui nō timeret deum offendere
quis tam inſanus qui nō horreret in penas il
las incidere·quis tam ꝓcax qui nō deberet pec
cata fugere·quis tam durus & ferreus qui nō
cōpateret̃ ſic vehemēter afflictis· quis deniqꝫ
tam impius & crudelis qui nō conaret̃ aīmas
illas eriꝑe de tormētis·ſi cogitaret ꝓfūde non
ꝑfūctorie de p̄miſſis· Si nāqꝫ hoc hoīes diligē=
ter aduerterēt·ac in memorie ſecreto recondere=
rēt·necnō & frequēter meditādo reuoluerent
ac reuoluēdo ſepius rumīarent·penitere & pe
nitentiā ſalutarē vſqꝫ in purgatoriū agere nō
differrēt· In hac vita quippe tam per ſe q̃ꝫ per
alios modo poſſent faciliter ſuam ꝓcurare ſa=
lutē·modo poſſent amicos & interceſſores ac
quirere·mō poſſent ſe per breuē & leuiſſimaꝫ
penitentiā ab eterna morte redimere·mō poſ
ſent nō tm̄ debitas ꝓ peccatis ſuis penas exol=
uere·ſꝫ qđ longe maius eſt merita cumulare·
Pena em̄ purgatoria ſatiſfactoria eſt ꝓ reatu
ſꝫ nō eſt meritoria· Penitentia vero p̄n̄tis vite
nō tm̄ eſt ſatiſfactoria pene·verūetiā merito=
ria felicitatis eterne· Rurſus ī purgatorio mul
ta puniunt̃ que nō reputant̃ eſſe pc̄ta· vel nō
ita grauia iudicant̃· Magna itaqꝫ fatuitas eſt
hoīs expectantis vſqꝫ tūc agere fructū peni=
tentie ſalutaris· Beda in geſtis angloꝝ dicit·
ꝙ temporibus ſigiberti regis venit de ſcotia ī
britāniaꝫ maiorē h̄ēs forſeus nobilis gn̄e· qui
multos angloꝝ conuertit ad fidē· Qui poſtq̃ꝫ
fūdauerat ibi multas domos religioſas·occu=
patus graui infirmitate eductus eſt a corpore

a veſpe vſq; ad ꝑmum gallicantū·audiuit an
geloꝝ melodias frequēter cātantiū· Ibūt ſan
cti de virtute in virtutē·videntes dn̄m deum
in ſyon· Et poſt reductus ad corp⁹·& die ter
tia iterū eductus a corpore longiori ſpacio vi
dit maiora· Vidit enī bonoꝝ & maloꝝ ſpiri
tuū agmina q̄ ꝯ eo admuicē certabāt· Mali ei
viā intercludē cōtendebāt·et eū crebris accuſa
tionibus impetebāt· & libros ꝯſcriptionis ꝯtra
eū etiā de cogitationibus offerebāt· Sed boni
angeli eoꝝ accuſationes et libros ꝓ nihilo du
cebāt·et eū ab eis defendebāt· Cū aūt dicti ſan
cti aīam ſecū in aere leuaſſent reſpiciēs ſubtus
ſe vidit quaſi vallem tenebroſam·de qua aſcē
debāt q̄tuor gn̄a igniū a ſe ſpacio diſtantium
Cum aūt interrogaſſet angelū·qui eſſent hii·
rn̄dit dummodo ſuccēdebāt· & ip̄m erāt con
ſumpturi· Primus vt dixit angel⁹·erat ignis
mēdacii·quia hoīes nec deo nec hoībus ſuant
pacta· & illud maxime qꝺ in baptiſmate ꝓmi
ſerūt ſe abrenūtiare dyabolo & pompis eius·
Secūdus ignis eſt cupiditatis maxime cū ter
rena ſpūalibus·aut celeſtibus anteponūt· Ter
tius diſſenſionis cū aīas ꝓximoꝝ in rebus etiā
ſupuacuis ſcādalizare vel offendē hoīes ꝓ ni
hilo ducūt· Quartus eſt impietatis·cū hoīes n̄
timent infirmiores ſpoliare vel decipe vel de
fraudare eos· Dicti aūt q̄tuor ignes cum adeo
creuiſſent ꝙ in vnam flāmam cōglobati eſſēt
clamauit ſanctus forſeius territus·cui angel⁹
Noli timere qꝺ nō ſuccēdiſti·nō ardebit in te
Iſte ignis facta examīat ſinguloꝝ· Tres aūt
angeli animā ſancti forſeii cōitabant̄·vnus
ab ea flāmā abiegebat ex parte anteriori· ali⁹
ad dexterā·& tertius ad ſiniſtrā aſſiſtētes cu
ſtodiebāt a flāmis eū & demonibus qui mul
tum eam impetebāt· Cum aūt trāſiret ꝑ dictā
flāmā vidit multos demones & hoīes·& mul
tos quos nouerat ī ſeclo ꝓ diūſis cauſis diuer
ſimode torqueri·qui etiā multa fuerāt ei locu
ti·que legentibus et audientibus poſſent eſſe
valde vtilia·quoꝝ plurima·vt dicit beda q̄ hoc
ſcripſit·ſcripta ſunt in libro vite ſuę· Cum aūt
tranſiſſent dictam flāmā multi angelici ſpi
ritus de celo deſcēdentes multa ei locuti fuerāt
Simil'r et multi quos nouerat in ſeculo·q̄ poſ
ſent eſſe valde vtilia audientibus qui ad celū
ſunt regreſſi· Tres aūt angeli qui cōmitabā
tur dictam aīam cū ea remantēs ꝑ dictam flā
mam eā reducebant·in qua vidit torqueri mi
rabil'r vnā aīam ſuccēſam·vt ferrū candēs cla
mauerūt demones vim conātes inferre ꝙ ibi
deberet remanere·& cuꝫ dicta aīma torqueri·
quia cū eſſet mortuus in peccato·ille cui⁹ erat
aīma veſtimentū eius accepat· Cum aūt defē
derent eam angeli et excuſarent ꝙ potius fe
cerat ꝓ ſalute mortui q̄ꝫ pro cupiditate·cū de
mones nō poſſent aīam forſeii detinere·ꝓiece
runt dictā aīam ſuꝑ humeꝝ eius·āgeli aūt eā
excuſſerūt a forſeio flāmā extinguētes·demo
nes clamauerūt·noilte repellere·vt ſicut de bo
nis eius accepit·de penis ſentiat· Angeli autē
dixerūt·ecce qꝺ ſuccēdiſti arſit in te· Plura aūt
docētes eum angeli·que ſunt ſalutaria eis qui
in penitentia moriunt̄ ad corpus eius aīam re
duxerunt·et quod mirabile fuit incendii vul
nus qꝺ ab illa aīma paſſus fuerat in aīa ea re
ducta ad corp⁹ apparuit poſtea viſibiliter in
humero eius et maxilla corpali·vbi eum teti
gerat dicta aīma in aīa ſolū· ¶ Ad hoc ꝑtinet
quod legit̄ in vita beati patricii ſcōi·qui miſſ⁹
ad ꝑdicandū in hyberniā·cum durū populum
nō poſſit cōuertē·nec crederēt cōminationib⁹
aut promiſſionibus eius·orāti oſtendit dn̄s ei
foſſam rotundā·vbi qui intraret in ſpacō vni
us diei & noctis purgaret̄ ſi ꝑſeuerarꝫ·qui fec
eam claudi·& iuxta abbatiā edificauit· Multi
penitentes eam intrauerūt viſa retulerūt· ꝑ q̄
alii ſūt ꝯuerſi· ¶ In vita ſancti patricii dicit̄·ꝙ
cū quidā miles multū flagitioſus miſſus fuiſ
ſet ad ſuū ep̄m·& ꝯfeſſus fuiſſet ei multa pec
cata enormia·penitentiā quā dabat ep̄s·reſpu
ebat dicens·ꝙ eam nō poſſet facere· Et cum
dixiſſet ei ep̄s ꝙ ex quo nolebat facere penitē
tiam ieiunii·aut orōnis·aut ꝑegrinationis· &
ſic de aliis·iret ad dn̄m ſuum dyabolū· Cōfu
ſus miles·ad eoꝝ rediit·petens vt daret ei ꝓ pe
nitentia vt intraret in purgatoriū bt̄i patricii·
Qui miſit illū ad abbatē loci illi⁹ qui cuſtodie
bat claues illi⁹ ſpelūce· Qui cū ſuaſiſſet ei aliā
penitentiā potius facere· & miles nollet deſi
ſtere·fecit eum ꝑ q̄ndecim dies exercitari in ie
iunio & orōne et cōfeſſione· Quibus cōpletis
inſtructus ab abbate et fr̄ibus quid ageret in
tromittit̄ cum ꝓceſſione· Cum aūt intraſſꝫ &
aliquantulū ꝓceſſiſſet·inuenit domū ad mo
dum clauſtri·in qua erat ꝑtum·& ibi ſedit· Et
ecce ibi veniūt ad eum q̄ndecim de abbatia· q̄
cum ſuaſiſſent reditum· nec ille acquieſceret
inſtruūt eū quid ageret·& quō venientib⁹ de
monibus·nec ꝓmittētibus ꝓſpera·nec minā
tibus aduerſa credēt·quia ſi hoc faceret perirꝫ·
ſꝫ in ſuo ꝓpoſito firmus maneret·& in omni
tormento nomē ihu xp̄i inuocaret·& crucem
ſi poſſꝫ ſibi imꝑmeret· Poſtea illi receſſerunt
& tunc audiuit tantū eiulatū demonū & ſtre
pitū·ac ſi oīa elemēta attererent̄ ī ſimul· Poſt
vidit eoꝝ maximā multitudinē horribilē aſpe
ctu·cōſulūt reditū·ꝓmittūt multa ſi redeat·
Quē cū nō poſſent mouere a ꝓpoſito ſuo igne
ſuccenſo in dicto ꝑto eum nudatū veſtibus cū
furcis ferreis & vncis ꝑ ignē diſtrahunt·vbi
dum torqueret̄ inuocato noīe ihu·et facto ſi
gno crucis·ignis ille extinguit̄· Tunc ducunt
eum ꝑ maximas tenebras & horribiles·& ſen
ſit ibi ventū calidiſſimū & vehementiſſimuꝫ·
qui totū videbat̄ euꝫ ꝑforare & exurere· Poſt
ductus verſus orientē cepit audire totius vul
gi fletus miſerabiles· Poſt ducit̄ ad campum
latiſſimū·cuius finē videre nō poterat·qui to
tus ardens videbat̄·vt ferrū candēs· Ibi vidit
infinitā multitudinē manibus affixoꝝ & pe
dibus·vētres habentiū deorſuꝫ· dorſa ſurſum
Hii ꝑdoloribus videbant̄ cū dentibus terram

moꝛdere· aliqn̄ clamabāt·parce·parce· Et tunc
demones currēdo ſup eos grauius flagellabāt
Cum his dictū militē ponūt et affligūt· ſ3 in=
uocato ihu liberat̄·& inuenit ſe ad finē cāpi ·
Sed demones cōcurrētes ducūt eū ad aliū cā=
pum equalis magnitudis· vbi vidit ſimiliter
hoīes affixos·ſ3 ſupinos· qui habebāt ignitos
ſerpentes voluentes eos ſup vētres·& brachia
& capita & pectoꝛa·et bufones hoꝛribiles qui
ignitis aculeis videbant̄ extrahere interiora ·
ſimiliter et dētibus·Illi otinue eiulabāt·et hos
demones tranſeuntes flagellauerūt vt alios ·
Poſt ducūt dictū militē ad tertiū campū· qui
erat plenus hoībus vtriuſq3 ſexus· qui affixi
erāt clauis candentibus ꝑ totū coꝛpus·ibi pre
doloꝛe·nec loqui poterāt·nec clamare·niſi mo
dicū ſuſpirare & plāgere·vt qui laboꝛāt in ex
tremis·De eis fecerunt demones et de milite·
ſicut et de aliis· Poſt ducit̄ ad q̄rtum campu3
plenū multis ignibus·vbi erāt oīa gn̄a toꝛ=
mentoꝝ que excogitari poſſūt·Alii ſuſpende
bant̄ ibi cathenis igneis & ſulphureis·alii per
pedes·alii ꝑ man9·alii ꝑ caput·alii ī vncis fer=
reis & igneis pēdebāt ꝑ vngues·alii ꝑ oculos·
& ꝑ alia mēbra toꝛquebant̄·&ſuſpēdebant̄ &
vrebant̄·igne&flāma fetente·ſuppoſitis aliis
metallis bulliētib9·alii in ſartagine frigebant̄
alii ī veru aſſabant̄·Ibi vidit demones toꝛquē
aliquos ſocios ſuos·Eiulat9& planct9 eoꝝ ne
mo ſufficit dicere·Poſt hoc ducūt militē ad lo
cum vbi vidit rotā igneā īfinite magnitudis
quā demones vertebant ita velociter ꝙ cū vol
ueret̄ apparebat globus igneus· Cum tenerēt
eam vt miles in ea poneret̄·vidit in ea vndi=
q3 per radios vncos igneos infinitos·&hoīes
in eis per diuerſa membꝛa diuerſimode ſuſpē
ſos·Poſt ducūt eū ad domum cuius terminū
nō poterat videre que erat plena foueis rotū=
dis·plenis metallis bullientibus·& hoīb9 vlu
lantibus· alii habebant ī metallis bullientib9
vnū pedem·alii duos·alii vſq3 ad genua· alii
vſq3 ad vētrē·alii vſq3 ad pectus· alii uſq3 ad
collū·alii uſq3 ad oculos &c̄·Poſt ducit̄ ad lo
cum montis· ibi vidit infinitā multitudinem
nudoꝝ ſup pedū digitos incuruantē moꝛtem
expectantem·vt videbat̄ et trementē·Et cum
miles hoc videns ſtuperet·venit ventus aq̄lo
militē et oēs rapiens·&ad aliā partē montis
ferens· et eos immergens·& fluuiū fetidiſſi=
mū et frigidiſſimū·per oīa toꝛmēta ꝑdicta de
mones cū aliis militē toꝛquebāt·Qui inuoca=
to noīe ihu inueniebat ſe ſemꝑ ad finē toꝛmē
ti·Poſtea ducit̄ ad puteū·de quo vidit flāmā
putentē aſcēdere·& hoīes candētes·q̄ſi ferru3
euomi·& aſcēdere cum flāma ad modū fauil=
laꝝ·ſ3 demones eos reimpingebāt·Ibi militē3
ꝓiciūt·dicētes·ꝙ eum ꝓiciebāt in infernum
Ibi tam vehementer abſoꝛptus a doloꝛe fuit·
ꝙ nomē domini fere nō recoluit·Tamen vix
ad coꝛ rediens in coꝛde cum oꝛare non poſſet
Inuocato noīe ihu euomitus ē ad oꝛam putei
Tunc alii duo demones a ꝑoꝛib9 duxerūt eum
ad fluuiū ſulphureū & igneum·ſub quo dice
bant ei eſſe infernū·in quo erat pons artus &
arduus· & ita cōgelatus et lubric9·vt ſi etiam
latiſſimus fuiſſet vix aut nunq̄3 aliquis ſtare·
vel aſcendē potuiſſet·Ita artus vt vix in eo pe
dem ponere poſſet·Inuocato aūt noīe dn̄i·me
lius ac meli9 ꝑ eū ire cepit·&demones ad pedē
remāſerūt·Cum aūt eſſet in ſūmo pontis·cla=
moꝛ tant9 exiuit de fluuio·ut vix ſtare poſſet
ſed plus hoꝛruit q̄3 ꝑus·ſ3 inuocato noīe ihu ·
libere tranſiuit fluuiū· qui plenus videbatur
diuerſis & inuiſis generibus draconū et ſerpē
tum·Quo tranſacto vidit ꝑtum ꝑcioſiſſimū ·
et fragrantiſſimū & ameniſſimū·diuerſis flo
ribus plenum & odoꝛibus·Poſt vidit ciuita=
tē pulcerrimā hn̄tem murū mirabilē diuerſis
et ꝑcioſis lapidibus fulgentē·de cui9 poꝛta exi
bat adoꝛ mirabilis· Ad cuius afflatu3 ita fuit
recreatus et conſolatus·ꝙ ei videbat̄·ꝙ nullū
vnq̄3 doloꝛē uel fetoꝛē uel laboꝛē ſenſiſſet·Cui
obuiā uenerūt diuerſa cōuenticula ſpecioſiſſi=
moꝝ hoīm qui eū introduxerunt intra illā &
cōueniebant in media ciuitate· Et circa diem
mediam ſplendoꝛ maxim9 celo deſuꝑ aperto
eos ꝑfūdebat·quo ineſtimabili gaudio ſuaui=
tate & dulcedine ꝑfundebant̄·& replebantur
et reficiebant̄·ita ꝙ inde viuerēt nec uictu alio
indigerent·& dicebāt ſuꝑ in celo eſſe celeſtem
paradyſum·Alioqui inde cū ipo lumine ſurſū
aſcendebāt·& ibi remanebant·Miſſi aūt fuerūt
ei angeli cum lumīe dicentes·ꝙ rediret·Et cū
rogaret ut dimitteret̄ ibi ī ciuitate illa cū aliis
in loco infimo· dictū eſt ei ꝙ tunc non poſſet
hoc fieri·ſ3 redire eum opoꝛtebat ꝑ loca ꝑ que
venerat·et cū ille diceret ꝙ potius moꝛi uellet
dictū eſt ei ꝙ ſecure rediret ·quia eius aduer=
ſarii eū minime ledē poſſēt· ſed ſi uiderent eū
ſtatim uelut uicti & ꝑterriti eum fugerēt. nec
ipi· nec toꝛmēta aliqua ledere poſſent eum · &
ſi bn̄ uiueret decetero· & a peccato ꝓ viribus
caueret·nō ſolū nō ſentiret toꝛmentū inferni
ſ3 nec aliqua eoꝝ que viderat pateret̄·&ad lo
ca ſuꝑne claritatis aſcēder3· Qui rediēs ꝑ loca
per que eductus eſt nō inuenit aliq̄ toꝛmenta
ſ3 ſi demones alōge eū vidiſſent·fugiebant ab
eo vt tēpeſtas· Mane aūt ſecūde diei facto ho
ra qua intrauit venit ad locū ꝑ quē venerat·id
eſt intrauerat· & inuenit oēs qui eū ꝓceſſio
naliter intromiſerāt· & eum ꝓceſſionalr̄ rece=
perūt·Qui retulit eis que inuenerat· et rediēs
ad ſuum epm ſumpta cruce tranſmarina trāſ=
fretauit·et q̄mdiu vixit artiſſime ſe afflixit·

Itē in purgatoꝛio ē penaꝝ ꝓlixitas ſeu diu=
turnitas· qꝛ pena de q̄ ſe poſſ3 hō expedire dū
viuit ī ſpacio vni9 diei ꝓtendit̄ ī purgatoꝛio ꝑ
ſpaciū vni9 āni· Sicut deſignari uidet̄·eze·iiii
Fili hoīs diē ꝓ anno·diem inq̄3 ꝓ anno dedi
tibi· Vt filiis iſrl̄ factū eſt·qui ideo ꝙ male ſe
habuerūt in deſerto et dei bn̄ficio ſunt abuſi·
viam quā potuiſſent feciſſe ꝑ q̄draginta dies
vix ꝑfecerūt in deſerto per q̄draginta annos·
Nūi·xiiii·c· Annus pro die imputabitur ·&

quadraginta annis recipietis iniquitates ve-
ſtras et ſcietis vltionē meã· Ad hoc facit ratio
ſuperius poſita· quia diuina iuſtitia plus acce
ptat modicã penitentiã volūtarie aſſumptam
in pñti· q̃ꝫ lōge grauiorē penã minus volūta-
riam in futuro· Ideo ſm iniquitatē diuine iu-
ſtitie· qꝺ deeſt ibi de volūtario oportet ſupple
ri et acerbius & longius in tormento· ¶ Itē in
purgatorio eſt penaꝝ ſterilitas· eſt em̄ quelibꝫ
pena purgatorii infructuoſa quantū ad meri
tum· Cū em̄ tria ſunt gn̄a penaꝝ· videlicꝫ pre-
ſens puta penitētie vel tribulatōis q̄ valet quã
tum ad pene debite acq̃tationeꝫ· & q̃ntum ad
meriti acquiſitionē· Iteꝫ purgatorie que valet
ſolū quantū ad acquiſitionē· nō ad meriti am
pliationē· Itē pena inferni que ad nihilū valet
Tempus em̄ pn̄s eſt tempus metendi et ſeren
di· p̄s· Qui ſemīat ī lachrymis ī exultatōe me·
Et eccēs· iii· Eſt tempus acquirēdi· Et· ii· coꝝ·
ix· qui parce ſemīat· parce et metet· Gal'· vi· b·
Que ſemīauerit homo· hec et metꝫ· Qui ſemi
nat in carne· de carne metet corruptionē· Qui
aūt ſemīat ī ſpū· de ſpū metet vitã eternã· bo-
num aūt facientes &c̄· Hi ſunt ſeptē anni fer
tilitatis in quibus ꝑ ſeptiformē grãm penitēs
pōt accumulare grãm· et acquirē gloriãꝫ· Hoc
bn̄ ſignificat' Gen̄· xli· in ſeptē bobus pulcris·
& in ſeptē ſpicis plenis· In ſeptē ãnis fertilita
tis qui ſunt in pñti· quia hic ꝑ pn̄iam acquirit
homo ſeptiformē grãm· & eius augmentū in
futurã gl'iam plenã in ſeptē dotibꝰ· In futuro
aūt purgatorio vel inferno nō erit tempꝰ gra
tiam vel gl'iam ꝓmerendi· Gen̄· xlv· b· Anni
reſtant in quibꝰ nec arari nec meti pōt· Ideo
dicit'· Math· iii· Facite hic dignos fructus pe-
nitentie· ſecuris aūt ad radicē arboris poſita ē
¶ Itē pena purgatorii eſt nō ſolū infructuoſa
quantū ad meritū· imo etiã eſt dãnoſa· O q̃m
ineſtimabile damnū eſt a dei viſione vel modi
cum retardari· Sicut colligē poſſumus ex ver
bis auguſtini in libro de libero arbitrio ſic dicē
tis· Tanta eſt pulcritudo iuſtitie· tanta iocūdi
tas lucis eterne· hoc eſt incōmutabilis verita-
tis atq̃ꝫ ſapientie· vt ſi nō liceret amplius ī ea
manere q̃ꝫ vnius diei mora· ꝓpter hoc ſolū in-
numerabiles anni huius vite pleni deliciis· &
circūfluētia tempalium bonoꝝ· recto merito-
q̃ꝫ cōtemnerent'· vn̄ nō ſine cauſa nec ſinē de-
uotione dictū eſt· Melior ē dies vna in atriis
tuis ſup milia· Quantū aũt bonū ē eiꝰ bẽa ꝑfrui
viſione· tm̄ eſt damnū in eiꝰ carentia et retar-
datione· Vtinã diligēter attēderēt hoīes ac ꝓ-
fundius cogitarēt q̃ꝫ ineſtimabile ſit hoc dam
num· ꝑfecto non ſic faciliter ad peccata curre
rent· nec peccatū qꝺcūq̃ꝫ leue vel modicū repu
tarēt· q̄nimmo qꝺlibet veniale vehemētius ab-
horrerēt· q̃ꝫ nunc mortalia peccata formident
Quis em̄ nō totis viribus euitaret qꝺcūq̃ꝫ pec
catū· ſi firmiter tenerēt ſe ꝓpter illud vniꝰ diei
mora· vel amplius· glorioſa dei viſione ꝓuan-
dum· Quantū ergo dolendū eſſet & amariſſi
me deplorandū· ꝙ omēs hoīes ſic paſſim· q̃ſi

timore dei poſtpoſito· eiuſq̃ꝫ iudicio ſic cōtem-
pto currūt & p̄cipitãter corruūt non tm̄ in ve
nialia· ſꝫ etiã mortalia· nec ē qui cōſideret q̃n-
ta dãna incurrē nō verent'· & ad q̃ꝫ horrenda
ſupplicia dilabunt'· Ideo dr̄ eccī· xxii· Sup mor
tuū plora· defecit em̄ lux eius· Sup mortuū in
q̃ꝫ in purgatorio plora· quia defecit lux bn̄fi-
cans· vel ſup mortuū in mortali peccato· quia
defecit lux cognitionis eiꝰ· excecauit em̄ eum
malitia eius· ¶ Item agg̃uat' pena purgatorii
propter ſubuenientiū paucitatē· nã viui mor-
tuos cito obliuioni tradūt· vn̄ quilibet exiſtēs
in purgatorio clamat illud· Iob· xix· c· Miſere
mini mei· miſeremī mei ſaltē vos· a· m· q2 ma
nus· d· te· me· Et· gen̄· xl· dixit Ioſeph detentꝰ
incarcē pincerne pharaonis· Memēto mei duꝫ
bn̄ tibi fuerit· ſꝫ tn̄ ſuccedentibus ꝓſperis obli
tus eſt interp̄tis ſui· ſic hoīes huius mūdi obli
uiſcunt' amicos et bn̄factores ſuos qui in car-
cere purgatorii detinent'· Sūt em̄ amici fortu-
ne nō ꝑſone· eccī· vi· Eſt amicus ſocius menſe
et nō ꝑmanet ī tempe neceſſitatis· Tales ami-
ci ſimiles ſunt cani· qui q̃mdiu ꝑegrinꝰ homo
ſedens in menſa tenet os in manu in ſignum
amoris vertit ei faciē & applaudit cū cauda· ſꝫ
q̃ꝫ cito manus habet vacuas nō cognoſcit eū·
immo latrat cōtra eum vel mordet· ſic amici
huius mūdi ſic obliuiſcunt' mortuos ac ſi nun
q̃ꝫ eos nouiſſent· & qꝺ eſt deterius latrant &
mordēt eos· de ipis neq̃ter detrahēdo· Tarde
& male ſoluunt' defunctoꝝ debita vel legata
Rare· pauce· vl' mille fiūt ꝓ eis elemoſine· nec
pro eis orōnes vel alia ſuffragia ꝓcurant'· Et
quod deteriꝰ eſt eoꝝ bona diripiunt'· & aīme
negligunt'· et obliuioni tradunt'· vn̄ quilibet
eoꝝ pōt dicere illud· p̄s· Obliuioni datus ſum
tanq̃ꝫ mortuꝰ a corde· Hic notari pt̄ exemplū
qꝺ in geſtis karoli ſcriptū ē· Miles quidã &c̄·
Re· infra Paragrafo· Cū eēt hoſpitatus Ka·
¶ Prudēter igit' huius mūdi ſapientes agerēt
ſi dū viuūt & ſani ſūt ſibi ſalubriter ꝓuiderēt
nec fidei cuiuſq̃ꝫ ſua ſeq̃ꝫ ꝯmitterēt· Sꝫ ipimet
potius elemoſinas ſuas darēt· debita ſoluerēt
ac amicos ſibi ꝓuidere ꝓcurare curarēt· q̄ mi-
grantibus ex hoc exilio eterna tabernacula p̄-
pararēt· Si em̄ hoc facerent hoīes· certam viãꝫ
eligerēt· & nō ſe cōmitterēt in incertū· ¶ Item
maius ſibi meritū acquirerēt ꝑ ſe q̃ꝫ ꝑ alios fa-
ciendo· quia ex maiori deuotione fieri viderē-
tur· Vnde beata lucia dixiſſe legit' matri ſue·
Non ſatis deo caꝝ eſt· qui illi dat hoc quo ipe
ꝑfrui nō poteſt· ſꝫ ſi tibi vis gratū eſſe dn̄o· hoc
illi da quo tu poteris vti· Nam quod das mo-
riens· ideo das· quia tecum ferre nō ꝓuales· vi
uens ergo· & ſalutē tui corpis obtinēs· da xp̄o
quod poſſides· Dicebat quidã deuotus homo
Quod das viuus et ſanus· aurū eſt· quod das
moriens· argentū eſt· quod vero das erogan-
dum poſt mortē plumbū eſt· ¶ DIS· XII·

CIrca tertiū p̄ncipale· ſcꝫ que nos mouē
debēt ad cōpatiendū aīabus in purga-
toiro exn̄tibꝰ· ſciendū ꝙ ad ꝯpatiēdū

eis viſceraliter ex affectu·et efficaciter cum ef
fectu tria debent ſpecialiter nos mouere·Pri=
mum eſt ſtatus eoꝝ pia conſideratio·Secun=
dum eſt bñficioꝝ que ab eis recepimus grata
recognitõ·Terciũ eſt indigẽtie nr̃e future pru
dens p̃meditatio·¶Quantũ ad primũ debe
mus aduertẽ ꝙ eoꝝ miſerabilis ſtatus·miſera
tione dignus·& ad miſerandũ motiuus de=
monſtrat̃ ex quatuoꝛ·Quoꝝ p̃mum pertinet
ad penã ſenſus·Alia vero tria ꝑtinent ad pe=
nam damni·Iſtud p̃mum eſt doloꝛ afflictõis
qua ſicut dictũ eſt duriſſime cruciant̃·Nõ eſt
tyrãnus in mũdo·nec alius quiſq̃ȝ coꝛde tã fer
reus·qui ſi coꝛam oculis ſuis videret hominem
quantũlibȝ ignotũ·vel etiã impiũ ſic atrociter
cruciari·qui non ad pietatẽ·cõpaſſionẽ·et mi=
ſericoꝛdiã moueret̃·Quã damnabilr̃ ergo du=
rus et deteſtabilr̃ obduratus·ac totius huma=
nitatis eſt expers·qui patrem et matrẽ·filios
& nepotes·cõſanguineos et amicos·ꝓbabilr̃
credit·ſi tamẽ recogitat·in illius ardentiſſime
foꝛnacis incendiis cruciari·illos tñ non ſolũ li
berare nõ nitit̃·ſȝ nec vlla pietatis cõpaſſione
mouet̃·Quoq̃ȝ maius eſt nec faciẽ ſuã illuc con
uertere·nec oculis mentis inſpicẽ meditando
dignat̃·Cõſiderare deberet hõ rõnalis exiſtẽs
ꝙ aĩalia bruta naturalr̃ ſibi ſimilia diligunt·
ac mutuo ſibi cõpatiunt̃·ſeq̃ȝ coadiuuãt & de
fendunt·vñ brutalis ſtoliditas & feralis cru=
delitas·humanã cõdemnat duritiã·naturalis
pietatis oblitã·¶Secundo mouere nos debet
ad cõpatiendũ eis damnũ detentõis qua a dei
viſione diutiſſime retardant̃·Detinent̃ enĩ in
carcere donec penis addicti et debitis obliga=
ti plene ſatiſfecerint vſq̃ȝ ad nouiſſimũ q̃drã=
tem·Si at̃ pium eſt hoĩes in carcere materiali
detentos pſonaliter vel realiter ꝑtrãſmiſſũ eis
bñficiũ viſitare·q̃nto maioꝛis ẽ pietatis·& me
riti plenioꝛis·aĩas diuino carceri mancipatas·
nõ ſolũ mentaliter meditãdo·verũetiã realiter
bñficiis adiuuãdo viſitare·Hec aũt pena detẽ
tionis ꝓpter retardationẽ a viſione diuina lõ
ge grauioꝛ eſt omĩ pena ſenſibili·& p̃ter hoc
ꝙ eſt qualibet pena pñti grauioꝛ·eſt etiã ꝓlix
ioꝛ q̃ȝ cõiter credant hoĩes·Cuius diutine detẽ
tionis·aut ꝓlixe retardatõis vna ratio eſt·qꝛ
neſcit homo pondus diuine iuſtitie vindican=
tis·id eſt q̃m diſtricte iudicat·& q̃m ſeuere pu
nit·Alia ratio eſt claritas diuine ſapientie oĩa
ſpeculãtis·videt enĩ multa que nõ videmꝰ in
nobis·& multa inuenit punienda que nos la
tent velut negligẽtia vel obliuione deleta·In
auro quod videt̃ eſſe puriſſimũ·inueĩt adhuc
ignis aliquid expurgandũ·Alia ratio eſt quia
tarde et male ſoluunt̃ defunctoꝝ debita et le
gata ſicut dictũ eſt·et q̃nto amplius ſolui dif
ferũt debita & hmõi·tanto tardius ꝑcipiunt̃
ab eis ſuffragia·tãtoq̃ȝ diutius in purgatoꝛio
detinent̃·ſi autẽ viuẽs ſanus homo hoc facẽt·
in celũ ſua p̃mitterȝ mãſionẽq̃ȝ ſibi ĩ celeſti pa=
latio p̃pararet·aut p̃cauerȝ ſibi vt oĩno purga
toꝛiũ non intraret·vel ſaltẽ ibi lon ge breuioꝛi

tempe remaneret·Religioſus quidã lr̃atus &
pꝛudẽs ſalubꝛiter ſibi ꝓuidere cupiẽs añ moꝛ=
tem·q̃tinus ſecurus & cũ maioꝛi ſpe ſalutis ex
hac vita migraret·ac de penis purgatoꝛii cele
rius expediri valeret·cõuocatis fratribꝰ de cõ=
uentu humiliter eis dixit·kariſſimi fratres·ego
ſperãs me ex hac vita infra tempus modicum
exiturũ·tota mentis affectione·& feruẽti de=
uotione depoſco·vt miſſas·oꝛ̃ones·aliaq̃ȝ ſuf
fragia que tenemĩ ſoluẽ coꝛam deo·tam ex co
muni caritate qua tenemini gñaliter omĩbus
xp̃ianis q̃ȝ ex ꝓfeſſionis vnitate·q̃ȝ ex ſtatu=
tis capituli gñalis·mihi dum adhuc viuo im=
pendẽ vr̃a piiſſima caritate & cariſſima pieta=
te velitis·Si enĩ vſq̃ȝ poſt moꝛtẽ meã diſtuleri
tis·neceſſe habebo penas purgatoꝛii ſuſtinere
quouſq̃ȝ ꝑ oꝛ̃ones veſtras fuero liberatus·Et
ſic foꝛſitan ꝑ vnũ annũ duos vel ampliꝰ cru=
ciaboꝛ·& a viſione diuina & fruitione gloꝛie
retardaboꝛ·Si vero me viuente miſſas vr̃as &
oꝛ̃ones exolueritis·foꝛſitan oĩno ab ingreſſu
purgatoꝛii p̃ſeruaboꝛ·vel ſaltẽ celeriꝰ liberaboꝛ
citiuſq̃ȝ ingreſſus ĩ gloꝛiã vices vr̃e caritati re=
pendẽs·pro vobis dñm dep̃caboꝛ·¶Tertio cõ
patiendũ eſt eis·quia q̃ſi mentibus irretiti ñ
poſſũt opari meritoꝛia·Iam enĩ exierũt ſtatuȝ
merendi·& tempus eſt ſm̃ merita recipiendi
Vñ ſcriptum eſt·eccẽs·ix·Moꝛtui nõ hñt vltẽ
mercedem·id facultatẽ ꝓmerendi mercedem·
¶Quarto quia q̃ſi pedibus vinculati nõ poſ=
ſunt ad viuos venire ad petendum ſuffragia
Quod intelligendũ eſt q̃ntum eſt de lege co=
muni·ſicut dicit̃ ſap·ii·Non eſt agnitus qui
ſit reuerſus ab inferis·Et Iob·xiiii·Homo cuȝ
moꝛtuus fuerit vbi queſo eſt·Quõ ſi recedant
aque de mari & fluuius vacuefactus areſcat·
ſic homo cũ doꝛmierit nõ reſurget·Et·ii·Re·
xiiii·Omñs moꝛimur·& q̃ſi aque dilabimur in
terrã que nõ reuertunt̃·que oĩa intelligenda
ſunt q̃ntum eſt de lege cõmuni·Nõnunq̃ȝ tñ
moꝛtui caris ſuis viuẽtibus apparuiſſe legunt̃
aut de gr̃a ſpãli ſibi facta ad ſuffragia poſtu=
landa aut ad inſtructionẽ·coꝛreptionẽ·ſeu cõ
ſolationẽ viuoꝛũ·quibus videlicet apparebãt·
que oĩa ꝓbari poſſent euidentiſſime ꝑ exẽpla·
Sic declaratum eſt p̃mo ꝓpoſitũ·videlicet ꝙ
ad miſerendũ moꝛtuis in purgatoꝛio·mouẽ
debet de pñti eoꝝ penalis miſeria·¶Secundo
ad eis miſerandũ mouere nos debent de p̃teri
to ſuſcepta bñficia·Ad hoc aũt inuitat dauid
rex piiſſimus & ꝓpħa·ii·Re·i·Cõſidera iſrl̃ ꝑ
his qui moꝛtui ſũt·ſaul·ſ·et Ionatha qui rege
bãt eos·ac ꝓ eoꝝ defẽſione cõtra aduerſarios
dimicabãt·Sequit̃·Filie iſrl̃ ſuꝑ ſaul flete qui
veſtiebat vos coccino in deliciis·qui p̃bebat oꝛ
namenta aurea cultui vr̃o·quõ ceciderũt foꝛtes
in p̃lio &c̃ que ſecunt̃·Sed ꝓh doloꝛ omñs pe=
ne hoĩes tam ſeculares q̃ȝ etiã regulares ſuper
receptis bñficiis moꝛtuoꝝ ingrati·coꝛ & ocu=
lum hñt ad reliqua que ſupſunt·ꝓmptioꝛes
ad moꝛtuoꝝ ſpolia rapiendũ q̃m ad ip̃os moꝛ
tuos adiuuandũ·Vñ ſcriptũ ẽ·ii·paralip̃·xx·

Venit Ioſaphat et omnis populus cum eo ad
detrahenda ſpolia mortuoꝝ ¶ Tertio ad com
patiendū mortuis in purgatorio mouere nos
debet de futuro nr̄a indigentia. Qm̄ enī libera
ti fuerint. & in cōſpectu dei glīam ɔſecuti. ipi
nos iuuare poterūt ſuis orōnibus. & nos indi
gebimus adiuuari. Illos aūt p̄cipue credendi
ſunt ꝑpenſius recōmendatos hr̄e qui eos cū
eſſent in locis penalibus adiuuerūt. Et illi me=
rent̄ maxime poſt mortē adiuuari ſuffragiis
qui dum viuerent fuerūt ſolliciti pro mortuis
adiuuādis. Vn̄ ruth. p̄mo. Faciat vobiſcū deꝰ
miſericordiā. ſicut feciſtis cū mortuis. Et ſecū=
do capitulo. Bn̄dictus ſit a dn̄o boos. qm̄ eā=
dem grāꝫ quā fecerat viuis. ſuauit et mortuis
Nota qm̄ aliquis genoſus vel valens hō tenet̄
in carcere. de cuius liberatione ſperat̄. & ꝙ fu
turus ſit magnus et potens magnifice retri=
buere illis qui ei ī ſua neceſſitate ɔpaſſi fuerīt
et eū bn̄ficiis ſuis adiuuerīt. ac ad eius liberati
onē opam dederint efficacē. tali libenter ſerui
tur in carcere. ad eiꝰ liberatōēꝫ & ſolatiū cura
diligens adhibet̄. Quātomagis ergo iuuandi
ſunt mortui in purgatorio quos conſtat ami
cos eſſe magni p̄ncipis. qui de bn̄ficio eis im=
penſo letat̄. Ipi aūt ingrati eſſe nō poterunt. ſ;
bn̄ficiis ſuis retribuere ex ſūma caritate volēt
et ex ſūma p̄tate valebunt. Religioſus quidaꝫ
orōnes et miſſas quas ſcḋm ſue religionis ſta=
tuta ſoluē tenebat̄ negligenter agebat. q̄ mor
tuus dure eſt de negligētia rep̄henſus. et inſu
per ſic punitus. ꝙ ſuffragia que ꝓ ipo fiebant
iudex iuſtus diſtribuebat aliis. vt in quo pec=
cauerat puniretur. vt ſicut ipe mortuos frau=
dauerat ſic mortuus fraudaret̄. nec ipe mortu
us iuuaret̄ a viuis qui viuēs neglexerat q̄ de=
bebat ſoluere pro defunctis. ¶ Ex p̄miſſis ap
paret q̄m impiuꝫ ſit agē cōtra defūctos. vt po
te res coꝝ retinēdo. vel teſtamēta negligenter
et male ſoluēdo. vel ea que debent̄ mortuis. ſ.
orōnes et ſuffragia male vel tarde reddendo
Dicit̄ eccī. vii. Mortuo nō ꝓhibeas grām. ſ. re
tardando vel nō ſoluēdo. Religioſus quidam
matheus hyſpanus nocte apparuit cuidā fra=
tri poſt mortē in clara facie dicēs. ꝙ poſt mor
tem detentus fuerat ꝑ q̄tuordecim dies in pur
gatorio. Et cū quereret cauſaꝫ huis frater. dixit
ꝙ hoc fecerat negligentia illoꝝ frm̄. q̄ miſſas
et ea que ei debebāt nō ita cito ſoluerāt vt de=
buiſſent. & monebat frēs ſuꝑ hoc ammonen=
dos vt cito ſoluerēt. Item dicit̄ ꝙ quidā mona
chus mortuus ɔpleto eius officiō apparuit cui=
dam alteri g̃uiter afflictus. & petens ſubſidia
dicens. ꝙ multū indigebat. q2 ea que facta fu
erāt pro eo alii acceperāt. q̄bus ipe nō ſoluerat
¶ Itē legit̄ in hiſtoria Karoli magni que dici
tur de rūciuallis. ¶ Cum eſſet hoſpitatus Ka
rolꝰ apud baionā. quidā miles noīe romericꝰ
ibi moriēs p̄cepit cuidā cōſanguineo ſuo equū
ſuū vendi. et p̄cium eius clericis & paupibus
erogari. Qui vendidit equū et p̄cium receptū
in vſus ꝓprios expendit. Poſt triginta autem
dies. dictus romericus cōſanguineo apparuit
dicens. Scito michi peccata mea eſſe dimiſſa.
ſ; quia legatū meū ꝑ triginta dies retinuiſti.
per eoſdē in pena fui. tu aūt eternū ſuppliciū
nō euades. Ego aūt ex nūc in paradyſi requiē
collocabor. Dictus aūt cōſanguineꝰ pterritꝰ
ſociis ſuis in mane que viderat & audierat re=
tulit. Qui ipa die in aere ſuꝑ ſe audiuit rugi=
tus vt leonū. vrſoꝝ. mugitꝰ tauroꝝ. & vlula
tus lupoꝝ. & rapit̄ de medio ſocioꝝ ſuoꝝ. Et
queſitus ꝑ quatuor dies nō eſt inuentus. Ex
ercitus aūt poſt duodecim dies cū trāſiſſꝫ ꝑ ter
ram nauarrie inuenit eū p̄cipitatū a demoni=
bus & attritū a rupis faſtigio. Item quidā ſco
laris moriens paryſ. dimiſit ſocio ſuo culcitrā
vendendā & paupibus dandā. qui cū eā reti=
neret et ſuꝑ eam iaceret. vidit eum ante ſe ia=
cere multū afflictū in lecto ſuꝑ nudas cordas
Cum aūt pterritus penitentiā agereꝫ. vendidit
culcitram. & preciū paupibus erogauit. & pro
eo orare fecit. qui poſt apparuit ei in lecto ſuꝑ
culcitrā. & valde ſuauiē q̄ſcēs. DIS. XIIII.

Circa quartū p̄ncipale. ſcꝫ q̄liter iuuari
poſſūt aīe defunctoꝝ. Sciendū ꝙ iu=
uari poſſunt ꝑ miſſaꝝ celebrationes.
Fideliū oblationes. Deuotas orōnes. Elimoſi
naꝝ largitiones. Pn̄iales afflictiones. Lega=
toꝝ executiones. Debitoꝝ reſtitutiones. Vn̄
aug. in ench. Non eſt ambigendū defūctoꝝ
aīas pietate ſuoꝝ viuentiū releuari. cum ꝓ illis
ſacrificiū mediatori offert̄ vel elemoſine fiunt
in eccleſia. Sꝫ hec eis ꝓſunt. qui cum viuerēt.
hec ſibi vt poſtea poſſent ꝓdeſſe meruerunt.
Idem. Cum ſacrificia ſiue altaris. ſiue quarū=
cūq; elemoſinaꝝ pro baptizatis omnibus offe
runt̄. ꝓ valde bonis gratiaꝝ actiones ſūt. pro
nō valde malis ꝓpiciatōnes. ſed ꝓ valde ma=
lis etiā ſi nulla ſunt adiuuamīa mortuorum
tn̄ qualeſcūq; viuoꝝ ſunt cōſolationes. Itē in
ſermone de verbis apl̄i. Orōnibus ſancte eccle
ſie & ſacrificio ſalutari. & elemoſinis. que pro
eoꝝ ſpiritibus offerūtur. nō eſt dubiū mortu
os adiuuari. vt cū eis miſericordiꝰ agat̄ a dn̄o
q̄ꝫ eoꝝ peccata meruerunt. Hoc enī a patribus
traditū tota obſeruat eccleſia. vt ꝓ eis qui ī cō=
munione corpis et ſanguinis dn̄i defūcti ſūt.
cum ad ipm ſacrificiū cōmemorent̄ loco ſuo.
et oret̄. ac pro illis quoq; id offerri cōmemore=
tur. Idem. Non ambigendū eſt iſta ꝓdeſſe de=
fūctis. ſ; talibus qui ita vixerūt an̄ mortem. vt
poſſent eis hec eſſe vtilia poſt mortē. ſcꝫ. vt dic̄
poſtea qui cū fide opante ꝑ dilectionem hinc
exierūt. Q2 aūt miſſa et ſacre eukariſtie oblatō
ꝓficiat exiſtētibus in purgatorio patꝫ multis
exemplis. Greg. xxiiii. dyal. Dicit. ꝙ cū due ſā=
ctimoniales ſeruū dn̄i qui eis miniſtrabat ti=
mide exteriora ꝓ nobilitate carnis multis cō=
tumeliis afficerēt. beatus bn̄dictus hoc audiēs
mādauit eis. Corrigite linguā vr̄am. alioquin
excōico vos. Quā ſententiā vt dicit greg. non
intulit ꝓferendo. ſ; interp̄tando. Quibꝰ non
correctis ſ; defūctis cū dyaconus clamareꝫ. qui

nō cōmunicat det locum·nutrix earū de ſepul
cris ſuis videbat eas ſupegridi· Quod audiēs
beatus bn̄dictus eas abſoluēs oblationē dedit
pꝛo eis p̄cipiens īmolari·q̄ īmolata nō ſunt vl
terius viſe egredi·quas ex hoc patet cōmunio
nem recepiſſe ꝑ ſeruū dei·vt dicit Greḡ· Item
quidā dicebat ꝙ credebat·ꝙ nulla miſſa cele=
brare digne quin virtute ſacrificii plures aīe
de purgatoꝛio exirēt· Itē dic·p·cluniac·abbas·
ꝙ quidā ſacerdos cōſueuerat ſingulis diebus
anni celebrare Requiē eternā ꝓ moꝛtuis·Qui
cum accuſatus eſſet apud ſuū ep̄m·ſuſpendit
eum ab officio·Cum aūt ep̄s in quadā feſtiui=
tate magna iret ad matutinas·trāſiens ꝑ cimi
teriū·viſum eſt ei ꝙ om̄s moꝛtui qui erāt in ci
miterio ſurgerēt cōtra illū·ſub illo cemate cuiꝰ
officii quo fuerant in mūdo· dicētes· Iſte ep̄s
nullas miſſas nobis dat·inſuꝑ ſacerdotē nr̄m
nobis abſtulit·ſꝫ certe niſi emendauerit moꝛie
tur·qui nō ſolū ſacerdotē abſoluit·imo ꝓ moꝛ
tuis libēter celebꝛauit·Item dyal̄·xxiiii·dicitur
ꝙ cum quidā paruulus monachus ſine licētia
viſitaſſet parētes & ſine bn̄dictione·mox de=
functus eſt ibi et ſepultus·Sed ſequēti die eū
extra inuenerūt·Et hoc quotiēſcunqꝫ eū ſepeli
ebant inueniebant cum ſequēti die extra· Pa
rētes eius recurrētes ad bt̄m bn̄dictū accipiūt
ab eo ſacrā cōmunionē·vt eam cum om̄i reue
rentia ponāt ſuꝑ pectus defūcti·& ſic ſepeliāt
quod faciūt·nec vltra reiicit̄·Ad hoc at̄ ꝙ alta
ris ſacrificiū & miſſe officiū valeat moꝛtuis ī
purgatoꝛio ad eoꝝ liberationē facit qd̓ refert
beda in geſtis angloꝝ libro·iii·vbi legit̄·ꝙ du
os reges anglie cū pugnarent·inter moꝛtuos
coꝛruit quidā iuuenis de familia alteriꝰ regis
grauiſſime vulneratus·& quaſi moꝛtuus ce=
cidit·Cūqꝫ·q·de graui ſomno excitatꝰ ſurge
ret·captus ab hoſtibus·traditꝰ eſt cuidā comi=
ti·Qui cū curatus diceret ſe ruſticuꝫ ad onera
ducēda deductū·vt citius euaderet· cum eum
aduertiſſent eſſe curialē eū carceri mācipātes·
q̄ntumcūqꝫ cathenis ligaret̄ & cōpedibus· ſꝑ
circa hoꝛā tertiā liberabat̄ a vinculis· vel circa
primā·Requiſitus que eſſet cauſa·&quis eēt·
cū comes ꝓmiſiſſet ei fide data ꝙ n̄ ꝓpter hoc
deterius eſſet ei·dixit ſe eſſe de curia regis·cau
ſam liberationis ſue neſciebat aliā·niſi ꝙ fra=
trē carnalē habebat abbatē·qui moꝛtuū eū cre=
dens ſicut credebat pro eo celebrabat·vel facie
bat celebꝛari·Ideo vt credebat illa hoꝛa libera=
bat̄·Hic aūt comes alteri eū vendidit· in cuiꝰ
cuſtodia cū ſimiliter ſolueret̄·dimiſit eū abire
fide data ꝙ ſuam redemptionē ei mitteret·qd̓
et fecit· Et inuentū eſt ꝙ faciens eū frat̄ ſuus
inquiri inter moꝛtuos· vno inuēto ſimilis illi
credens eum eſſe ip̄m ſepeliuit·&pro eo vel ce
lebrauit·vel faciebat celebrari ſingulis diebus
& hoꝛa ſacrificii ſoluebat̄·Quo m̄lti ſūt moti
ad deuotionē circa ſalutare ſacrificiū & ſuffra
gia moꝛtuoꝝ· ¶ Ad idē facit hoc qd̓ legit̄ ī vi=
ta Iohis elemoſinarii·Qui cū eſſet patriarcha
alexādrinus volebat ſꝑ eē diligēter ī exitu mo

rientiū·& claudere eis oculos· vt ꝑ hoc moꝛ=
tis memoꝛiā ſibi imp̄merꝫ· & intereſſe eoꝝ ex
ſeq̄is·& conſiderare ſepulcra et ſepulturas· &
monebat multū ꝓ eis fieri collectas·&ꝙ mul
tum eis ꝓficerēt·Adiūgens ꝙ ante paucos di
es quidā captus ductus eſt a perſis et detruſꝰ
in carcerem·qui dicebat̄ lethes·id eſt obliuio·
Quidā aūt fugientes inde·&veniētes ī cypꝛū
dixerūt parētibꝰ ſuis·ꝙ eū moꝛtuū ſepelierāt
Qui tn̄ nō erat ille·ſꝫ ei ſimillimꝰ· Parētes at̄
pꝛo eo tanq̄ꝫ ꝓ moꝛtuo memoꝛiā eius faciebāt
per quatuoꝛ annos·&collectas fieri in eccleſia·
circa epiphaniā·& paſca et pentecoſteꝫ·Dictꝰ
aūt captiuꝰ fuit lapſus et rediit ad ſuos in cy=
prū·Cum aūt ſui parentes dicerēt ꝙ ꝓ eo quē
moꝛtuū crederāt feciſſēt fieri memoꝛā ter per
annos ſingulos tempoꝛibus p̄dictis·dixit ille
ꝙ illis tribus anni tempoꝛibꝰ veniabat ꝑ illos
quatuoꝛ annos quidā candidiſſimus vt ſol· &
inuiſibiliter ſoluebat eiꝰ vīcula ferrea & amo
uebat eum a cuſtodia·& tota die ambulabat·
& nemo eū cognoſcebat·& in craſtinū inueni
batur ferrea vincula poꝛtās·& ex hoc vt dice=
bat dictus ſanctus ꝑpendit̄ vt doꝛmiētes qui
etem cōſequunt̄ qn̄ ꝓ eis collecte fiūt· ¶ Item
legit̄ in quodā libꝛo·de miraculis bt̄e v̓ginis·
Qꝫ rome erāt duo fratres·vnus dictus petrus
archidyaconus·bonus in om̄ibus·niſi ꝙ erat
auarus·Alter aduocatus et iudex malus·no=
mine Stephanus· Hic tres domos abſtulerat
eccleſie ſancti laurentii·& vnū oꝛtū eccleſie ſā
cte agnetis·Hii moꝛtui ſunt·dictus ſtephānꝰ
trahit̄ ad iudiciū·vbi beatus laurentiꝰ occur=
rit·& impꝛoꝑat ei factū ſuū·ſtrīgēs ꝑ bꝛachiū
et terroꝛi inuoluēs eū·Poſtea beata agnes im
pꝛoperat et dicit·qꝛ ſepe veritatē vēdiderat·&
ideo hr̄e debebat cū iuda poꝛtionē·quia tn̄ fue
rat largus elemoſinarius· iuerunt paupes ad
beatū p̄iectū cuius feſtū ſingulis annis hono
rifice fecerat·& paupes in eo pauerat·Hic ro=
gauit beatū laurentiū et bt̄am agnetē·vt iniu
riā ei dimitterēt·qm̄ adhuc totū eis emenda=
retur·Deinde iuit ad beatā virginē que obti=
nuit eius mota p̄cibus a filio vt ad vitam redi
ret·et triginta dieꝝ ſpaciū ad penitendū &re
ſtituendū haberet·Cui etiāꝫ dixit beata virgo
inter alia·vt ſingulis diebus diceret·Beati im
maculati in via &c̄·Qui dum reduceret̄ vidit
petrū frēm ſuum in pena purgatoꝛii grauiter
afflictū ꝓ tenacitate ſua· Et dixit ei·ꝙ ſꝑabat
ſe oīno liberari ſi dn̄s papa & cardinales om̄s
celebrarēt ꝓ eo·Qui reductꝰ narrauit hec pa=
pe &cardīalibꝰ· & pꝰ triginta dies ſibi ꝯceſſos
migrauit ad dn̄m·Item dyal̄ lvii·dicit Greḡ·
Qꝫ dum quidā p̄ſbiter ad lauandū ad balnea
veniret·inuenit ibi ignotū hoīem ad eius ob=
ſequiū p̄paratū·qui eum diſcalciabat·&veſtes
ab eo accipiebat·et adminiſtrabat·Cum autē
hoc pluries feciſſet veniens ad balnea duas co
ronas panū ei detulit·q̄s cum balneatus ei of
ferret·dixit ſe illo pane nō indigē·quia fuerat
dominꝰ illius loci·vbi pꝛo culpis ſuis grauiter

torqueret̃ · ſed rogauit eum vt pro eo in altari
omīpotenti deo offerret · et ſciret ſe exauditū
ſi eum rediens non inueniret · Et hoc dicto di
ſpuit · Dictus aūt preſbiter ꝑ ſeptimanā inte=
grā pro eo ſe affligens · & ſingulis diebus ſac=
ficiū offerēs · eundē ad balnea rediens n̄ inue=
nit · Itē dyal' · lviii · In monaſterio beati grego ·
fuit quidā monachus iuſtꝯ noīe · qui grauiter
infirmus tres aureos quos abſconderat fratri
ſuo carnali tradidit · Quod ſciens bt̄s greg · ꝑ=
cepit ne aliquis frm̄ morienti aſſiſteret · ſꝫ frater
ſuus cauſam huius rei ei dicereꝫ vt ī morte do
lor eius aīm tranſuerberaret · Qd̄ cū frater eiꝯ
ei dixiſſet · grauiter pro commiſſo dolens · &
gemēs in ipo dolore quem habuit pro cōmiſ=
ſo mortuus eſt · Quē fecit beatus greg · in ſter=
quiliniū ſepeliri · & tres aureos cū eo proiici a
fratribus dicentibꝯ · pecunia tua tecū ſit in per
ditionē · Triginta diebus elapſis ꝑcepit beatus
greg · defuncto cōpatiens · vt ſingulis diebus
vſqꝫ ad triceſimū ꝓ eo celebraret̃ · Qd̄ factū ē
& die triceſima apparuit defūctus fratri ſuo
carnali · Qui cū quereret · quō eſſet ei · ait vſqꝫ
modo male fuit mihi · ſꝫ modo bn̄ · quia hodie
receptus ſum ad cōionem · Qd̄ referens fratri
bus iſte ignorās quid egiſſent · cōputātes dies
inuenerūt ꝙ dies erat in qua triceſima oblatio
pro eo fuerat immolata · ¶ Scd̄o iuuāt̃ aīe de=
functoꝝ ꝑ fideliū oblatōes · ſicut exꝑſſe habe=
tur · ii · Mach · xii · Iudas duodecim milia drag
mas miſit ieroſolimā offerri ea ibi ꝓ peccatis
mortuoꝝ · Et ecci · xxxv · a · Qui facit miſericor
diā offert ſacrificiū · Itē nō apparebis in cōſpe
ctu meo vacuꝯ · Itē ibidē · Oblatio iuſti impin=
guat altare &c̄ · eiuſdem · xlvi · Impugnauit ho
ſtes circūſtantes vndiqꝫ in oblatione vituli im
molati · Item cum quidā effoderet minerā mo
les mōtis cecidit ſuꝑ eū · & interclusus remāſit
vxor aūt eius ſingulis diebꝯ offerebat pro eo
panē et vinū · & candelā vſqꝫ ad finē anni · ex=
cepto vno die · In fine anni hoīes excauantes
in ꝑdicta minera vſqꝫ ad eum · inueniūt eum
ſanū & incolumē · Et dicebat ꝙ ſingulis die=
bus tali die excepta apportabat̃ ei ſemꝑ panis
et vinū · & cādela tāte q̄ntitatis ꝙ de ea come=
dere videbat · Et cognouit vxor ꝙ illa die non
fuit ei delatum qua ipa diſtulerat offerre · Per
qd̄ cōiecturat̃ · ꝙ ſimil'r valeat eis qui ſūt ī pur
gatorio qd̄ ꝓ eis offert̃ · ¶ Tertio iuuant̃ per
ōrones deuotas ſiue ſingulariū ꝑſonaꝝ · ſiue
cōmunes ōrones eccleſie · ſiue interceſſiōes ſā=
ctoꝝ · Qꝫ em̄ iuuent̃ ꝑ pias ōrones ſingulariū
ꝑſonaꝝ · patꝫ ex libris ſanctoꝝ · & cronicis · &
exemplis · Miles quidā qui ꝓ mortuis orare
cōſueuerat q̄ncunqꝫ trāſibat ꝑ cimiteriū · & de
ſcendē de equo ſuo · cum trāſiens ꝑ cimiteriū
quoddā fugaret̃ ab hoſtibus deſcēdit vt quod
cōſueuerat adimpleret · Cum aūt vellēt hoſtes
intrare cimiteriū · & militē occidere · viſi ſūt cō
ſurgere de monumētis mortui · & occurrē eis
armati · ſub illo ſcemate ſub quo in ſeculo vix
erāt · Territi hoſtes hoc viſo fugerūt · & militē
in pace dimiſerūt · Itē dyal' · xlii · De paſchaſio ·
Qui fuit mire ſanctitatis · cultor pauperum &
cōtemptor ſui · dyaconus apoſtolice ſedis · qui
in diſſentione electionis · que fuit facta inter
laurentiū et ſymachū · laurentiū cōtra omnes
fouit · & ꝑficere voluit · Quo etiā mortuo ad
tactū eius dalmatice demoniacꝯ liberatus eſt
Cum aūt germano capuano epō medici cōſu=
luiſſent · vt pro ſalute corꝑis in virgilianis ter=
mis ſe balniaret · ingreſſus inuenit dictum pa
ſchaſiū · obſequentē ſibi in eis · Quo viſo · inq=
ſiuit dictus germanus tremefactus q̄d ibi fa=
ceret · Cui ille · Pro nulla alia cauſa deputatus
ſum in hoc penali loco niſi quia partē lauren
tii foui · nec de hoc in vita penitui · ſꝫ ora ꝓ me ·
et ſi me hic rediēs nō inueneris · ſcito te exau=
ditū · Quod germanus fecit · & poſt rediēs n̄
inuenit · It̄ ī vita marie de oignies quā ſcripſit
magiſter iacobus de vitriaco tuſculanen̄ ep̄s ·
Dicit̃ · ꝙ cū dicta maria deuotiſſime oraret ·
vidit infinitā multitudinē manuū ad eā dire
ctaꝝ & cōiunctarū ad inuicē · Sequēti die cū
tranſiret per cimiteriū · vidit eaſdē manus ab
imo cōſcendē · q̄ſi vellēt eam detinere · ad qua=
rum viſionē ꝑterrita · fugit ad eccleſiā · rogās
dn̄m · vt intimaret̃ q̄d hoc ſibi vellet · Tunc di
ctū ē ei · ꝙ erāt aīe exiſtentes in purgatorio ·
que ōrones eius petebant · in quibus multum
bn̄ficiū recipiebant · Itē in ꝓlogo eiuſdem vite
dicit̃ · ꝙ quedā mulier defūcta ad ꝑces aliquo
rum de pena purgatoria reuocata ad vitā · vt
penitentiā hic ꝯpleret ita affligebat ſe · ꝙ in ſe
pulcris habitabat in niue et glacie · & igne ſe
inuoluebat · Que cū hic penitentiā perfeciſſet ·
hoc donū habuit vt frequenter extra ſe rapet̃
et aīas in purgatorio cōduceret · & ꝑ purga=
toriū ſine aliqua leſione tranſiret · Itē ꝙ cōmu
nes ꝑces eccleſie ſiue ſuffragia valeant ꝓ defū
ctis · patet · ii · Mach · xii · Iudas · xii · milia drag=
mas argēti miſit hier'l'ꝫ offerri ea ibi pro pecca
tis mortuoꝝ &c̄ · Mulier vidua et lachrymis
propriis et multitudinis circūſtantis obtinuit
filiū ſuſcitari · Luc · vii · Item cum ſpirituſancto
regat̃ & viuificet̃ eccleſia · & ſit vnū corpus cō
gregatio oīm fideliū · ſpūſſanctus ꝑ membra
oīa ſe fundit · vt cibus ſpūalis corꝑis miſtici
quēadmodū cibus corꝑalis ꝑ oīa mēbra corpo
ris ſe diffūdit · & ideo valent mortuis eccleſie
ſuffragia in purgatorio · vt hic viuis · Itē ꝙ ad
iuuent̃ mortui ꝑ interceſſiones ſanctoꝝ quos
ipi in pn̄ti vita honorauerūt · vel eoꝝ feſta co=
lendo · vel loca viſitando · vel ōrones votiuas
dirigendo · quoꝝ familiarē amorē aliquibꝯ ob
ſeq̄is dnm hic viuerēt meruerūt · Patꝫ ex hoc
ꝙ ſatis eſt ꝓbabile · ꝙ ſibi dilectis et deuotis n̄
debeant in neceſſitate deeſſe · Patꝫ ꝑ exemplū
ſuppoſitū de ſtephano aduocato · quē bt̄s p̄ie=
ctus · cui ipe ſeruierat liberauit · Itē ſi dn̄s ad ꝑ
ces marie et marthe liberauit lazarū de infer=
no · & ad ꝑces multoꝝ ſanctoꝝ · ſicut patet in
vitis ſanctoꝝ · & in vitis patrū · & in biblia · &
in dyalogo · & in aliis libris liberauit multos ·

et non ſolū a morte corporali· ſed etiā ſpūali·
et etiā eterna que eis debebaẜ·quia eos ad pre=
tionē ſanctoꝝ viatoꝝ vel beatoꝝ ad vitā pre=
ſentē reuocabat·& ad grām ſuā·multofortiꝰ
videẜ ꝙ ad p̄ces ſcōꝝ debeat eis vitā eternam
quā debet eis citius ſoluere·q̄ꝫ culpe ſue hic exi
gerunt·quod eſt a pena purgatoria eos libera
re·vel ꝙ ipī debeant ibi ſuis amicis aliq̄ꝫ cōſo=
lationē dare· Item ſi beata virgo iudeū iudei
filiū·qui quia cū aliis pueris xp̄ianis ad eccle=
ſiam beate virginis ierat & corā ymagine eiꝰ
adorauerat·ꝓiectus a patre in furnū ardentē
eum ſub pallio ſuo occultans ab incendio libe
rauit· ſicut legiẜ in libro de miraculis eius q̄=
re nō liberet ipa a purgatorio·vel in toto vel ī
parte eos qui xp̄iani fuierẜ ſibi deuote·& alii
ſancti ſimiliter· De ea dicit Bern̄·Ille ſolus a
laude eius taceat·qui in ſuis neceſſitatibus eā
fideliter aduocatā inuenerit defuiſſe·Vn̄ qui=
dam ꝓbus homo dicebat ꝙ cū aliq̄n pater ſu=
us intraſſꝫ lectū ſuū incolumis·in mane inue
nerūt eū ꝓſtratum in pauimento camere ſue
rigidū et frigidū vt lapis·quem operientes &
calidis balneis fouētes fere ꝑ mēſem integruꝫ
vix ad p̄ſtinum calorē rediit ꝓ aliquo ſibi fa=
cto·Cum aūt diu poſtea ſupuixiſſet et egrota
ret grauiter·ad vltimū vocauit filiū ſuum·&
ſacerdotē·rogans filium vt eſſet imitator pa=
terne pietatis·Ait enī ꝙ nocte ān̄cedēti q̄n eū
nudū inuenerant in camera ſua·&quaſi mor
tuū·vox venerat ad eum·dicens ei·ꝙ ſurgerꝫ
et vocās eum noīe ſuo eduxit eum quidā quē
nō nouerat·&adduxit eum ad pratū infinite
magnitudinis·vt ei videbaẜ·vbi eū ſolū dimi
ſit et receſſit·Tunc ille audiuit poſt ſe infini=
tam multitudinē nigerrimoꝝ ſpirituū·& hor
ribiliū·magnos et horribiles clamores emittē
tium improperātiū ei peccata ſua·& dicentiū
ꝙ ſuus erat·nec eos poterat euadē·Tunc ille
territus ſuꝑ modum & fugiens· vidit ante ſe
vnā domū·in qua erant duo oſtia·intrans eā
clauſit eam·Demones autē cū infinita multi=
tudine veniētes oſtiū p̄mū frāgebant·Dictus
aūt p̄ffamilias habebat in cōſſetudine ſingu=
lis diebus recipe in hoſpitio vnum pauperem
Acciderat aẜ ante hoc·vt in vigilia oīm ſancto
rum vnus pauꝑ obuiauerat ei petēs hoſpitiuꝫ
cui dixit ꝙ veniret·Alius petiuit ab vxore eiꝰ
que ſimiliter idem dixit ei· Tertius petebat ī
domo a familia domus·cui familia dixit ſimi
liter·ꝙ veniret in nocte·Cū aūt in nocte oīs
tres venirent·audiēs paterfamilias ꝙ tres ve=
nerāt multū gauiſus eſt de eo qȯ acciderat·&
eos bn̄ ꝓcurauit· Cum aūt in dicta domo eēt
in magna afflictione·neſciens quo ſe verterꝫ
aut q̄liter effugeret·cum clamaret ob p̄ſentiā
et violentiā demonū·vnꝰ iuuenis affuit ei ſu
bito·dicens ei·ne timeas illud oſtiū bn̄ cuſto=
diam· & ex parte iſta bene ſeruabo te ab iſtis
Nunq̄d noſti me·Ego ſum vnus de illis quē
tu ita letanter recepiſti in hoſpitio tuo·in ī vi=
gilia oīm ſanctorū · Hic aſſumpto repagulo

oſtii oppoſuit demonibus ſeip̄m·fugans eos
Cum aūt illi dicerēt eamus ad aliud oſtium ·
et frangamus·ſi hic n̄ receſſerit ab iſto·intra=
bimus per illud·vel ſi receſſerit·ꝑ iſtud·Cū aẜ
iā fregiſſent aliud oſtiū· &vellēt demones di=
ctum hoīem rapꝫ apparuit aliꝰ iuuenis· dicēs
ſe eſſe ſecūdum quē receꝑat· & expulit eos de
illo oſtio·vt p̄or·Cūq̄ꝫ domū aſcēderent· et eā
diſcooperirēt·volētes deſcendē· et dictū hoīeꝫ
rapꝫ·affuit tertius·qui tres demones tam lō=
ge fugauerūt ꝙ nuſq̄ꝫ cōparuerūt· Cum autē
inde recederet·& ꝑ dictum pratū iuiſſꝫ audit
dictos demones poſt ſe cum infinita multitu
dine & horribili clamore quos fugiens venit
ad litus cuiuſdā fetidiſſimi fluuii & latiſſimi
qui plenꝰ erat igne & ſulphure·& beſtiis hor
ribilibus·draconibus & ſerpentibus flāmiuo=
mis·Cūq̄ꝫ clamarēt ei·vel ꝙ intraret·vł ipi eū
in mediū ꝓiicerēt·reſpiciens vidit pontē artiſ
ſimū et altiſſimū·qui vix videbaẜ dimidii pe=
dis latitudinis·& ꝑtingere videbaẜ verſus ce=
lum·Cum aūt neceſſitate cōpulſus pontē aſcē
deret·& leuius magis ac magis aſcenderet·&
demones poſt eum·ſꝫ vix et cadēdo poſtq̄ꝫ ve=
nit ad ſummū. defecit ei pons·Cum autē fle=
ret·nō hn̄s q̄d faceret·vidit ad aliam partē aq̄
ſpecōſiſſimā dn̄am magnam vſq̄ꝫ ad celū·que
dixit ꝙ erat beata maria· & ꝙ q̄ꝛ a tali tp̄e qȯ
ei nomīauit eam ſingulis diebꝰ q̄nquageſies
flexis genibus ſalutauerat·volebat illū ab illo
articulo liberare·& ad domū ſuā eū reducere·
et accipiens euꝫ ꝑ manū vſq̄ꝫ in ſuā camerā re=
duxit·monens vt vitā in melius emendaret ·
Hic aūt nudus & ſolus relictꝰ in camera ſua
pre timore·q̄ſi mortuus cecidit·Hic in mortis
articulo filio ſuo hec p̄dicta coram ſacerdote
ſuo in periculo anime ſue vera eſſe dixit· hoc
monens eū ad hoſpitalitatē·& ad beate virgi
nis ſalutationē et ad orōeꝫ·Dictus aūt filius
bene ſciebat quō nudus inuentus fuerat· ſed
cauſam ignorabat· ¶ Quarto iuuari poſſunt
mortui ꝑ elemoſinaꝝ ſubſidia·& hoſpitalita=
tes pro eis exhibitas·Vn̄ diciẜ eccī·vii· Pau=
peri porrige manū tuā·vt ꝑficiaẜ ꝓpiciatio &
bn̄dictio tua·& mortuo non ꝓhibeas grām ·
Mmus dicit et plus ſignificat· q̄ꝛ mortuo nō
ſolū nō ē gratia ꝓhibenda·ſꝫ etiam cōferenda
Multi ſūt aūt qui nō exhibēt·ſꝫ magis ꝓhibēt
Ideo ſignanter dicit ſapiens·Non ꝓhibeas vt
ſi nō velis grām exhibē·ſaltē nō p̄ſumas aliis
prohibere·Itē tho·xii. Elemoſina a morte libe
rat·Ipa eſt que purgat peccata·& facit inueni
re vitā eēnā·Hoc dixit raphael thobie·Et eccī·
iii·c. Elemoſina paupis n̄ erit ī obliuiōe·ſꝫ ī die
tribulationis cōmemorabiẜ tui·&ſicut glacies
in ſereno ſic ſoluenẜ peccata tua·Iteꝫ eodē·g·
Ignem ardentē extinguit aqua·& elemoſina
reſiſtit peccatis·&deꝰ inſpector meminit ī po
ſterū·& reddet grām·et in tempe caſus inue=
nit firmamentū·Eccī·xxxix·d·Suꝑ ſcutū po=
tentis & lanceā aduerſus inimicū tuū pugna
bit·Ex his habemus ꝙ elemoſina pcc̄a purgat

et vitam eternā impetrat ignē refrigerat· & in
die tribulationis peccata diſſoluit· & hominē
defēdit· et hoſtes repellit· ¶ Ad hoc videt̄ valē
quod legit̄ in miraculis beati iacobi: vbi dicit̄
ꝙ cū tres milites dyoc· lugđ· irent ad ſanctū
iacobū· quedā vetula laſſata ī itinere rogabat
vt amore ſancti iacobi doblariū ſuū ei ferrēt·
aliis nō curantibus vnus cōpaſſus ꝑ duodecim
dietas· ei portauit· qui ſimiliter in itinere inue
nit vnū ꝑegrinū infirmum· Qui cū nec ſe etiā
mouere poſſet· rogauit alios· vt ſui miſerti eū
deportarēt· vſq3 ad galitiā· Ille miles delicta
ſua cogitans· de equo deſcēdens eum vſq3 ga
litiā portans· ꝑ eſtu & laſſitudine infirmatus
occubuit· & ꝑ triduū mutus fuit· & cū mone=
ret̄ verbis et ſignis ·vt cōfiteret̄ et diſponeret
de rebus ſuis· audiebat eos ſ3 nō poterat rñdē
et cum ſocii eius mortē expectarēt· q̈rta die ſu
ſpirans gr̄as deo et beato iacobo referebat· q
dicebat ꝙ ad eū venerāt demones· ita eū opp
mentes· ꝙ nec loqui nec reſpirari poſſet· Sed
nūc beatus iacobus veniens hn̄s burdonē pe=
grini pro lācea· & ſacculū ꝓ ſcuto· demones a
me expulit· & loquelā michi reddidit· qui pre
dixit ſe moriturū cito· & dn̄m cuiuſdam ſocii
ſui damnandum· niſi ſe corrigeret· & ꝙ mala
morte morēret̄· qđ ita eueīt· Ipe facta ꝯfeſſio
one· & ordīatis factis ſuis ad dn̄m migrauit
Et ille dn̄s de quo ꝑdixerat nō ſe corrigens in
quodā exercitū lancea ꝑcuſſus· ſubito mortuꝰ
eſt· ¶ Quinto iuuari poſſunt ꝑ afflictiua ie=
iunia· qn̄ ſc3 pro penitētia cui mortui ſūt aſtri
cti ſatiſfaciūt eoꝝ amici· Gal'·vi· Alt̄ alterius
onera portate &c̄· Hoc at̄ ītellige ieiuniū large
pro omī quod eſt corpis afflictiuū· ſicut eſt ab
ſtinentia· ꝑegrinatio· & quecūq3 pn̄ialis auſte
ritas· Exemplū· ꝑmo Reḡ· vlt̄· Quō dauid ꝓ
morte ſaulis & Ionathe fleuit· planxit· & mul
tipliciter ſe afflixit· Item· ii· Reḡ· iii· De abner
mortuo· De quo dicit̄ ꝙ ꝑcuſſit eū ioab ī ing
uine & mortuus eſt· Quo audito dauid dixit
ad ioab· & ad omnem populū qui erat cū eo·
Scindite veſtimēta veſtra et accingimini ſaccis·
et plangite &c̄ que ſequunt̄· Sequit̄ ·iurauit
dauid· dicēs· Hoc faciat mihi deus· et hoc ad
dat· ſi an̄ ſolis occaſū guſtauero panē vl' aliud
quicq̄3 Item de amaſa· ii· Re· xx· Cū q̇dā iniū
ctam ſibi penitentiā inchoaſſet· et infirmitate
graui ꝑductus ad mortem amariſſime flens
doleret· quia penitentiā ſuā ꝑficē nō valeret ·
promiſit ei quidā eius ſocius & amicus· ꝙ il=
lam ꝓ eo facere· rogās eum vt poſt mortē ſuā
ip̄m de ſtatu ſuo certificare curare· qui mor=
tuus pacta ab illo ſocō ſuo penitētia· apparuit
ei totus purgatus & lucidus· et gr̄as agens de
ſua liberatione· In ordine minoꝝ dicit̄ fuiſſe
vir quidā religioſus et pius gardianus exn̄s ·
qui qn̄cunq3 in cōuentu ſuo frater aliquis ex=
pirabat· cōuocatis fratribus in capitulū pia cō
paſſione cōmotus ſingulis fr̄ibus imponebat
miſſas· vigilias· abſtinētias· et pn̄iales afflicti
ones· infra certū et breue tempus ab eis cōplē=
das· q̈ntas pro mortui liberatione neceſſarias
eſtimabat· vt ſic frater mortuus citiſſime pur=
garet̄· & poſt paucos dies ad gloriā trāfferret̄
¶ Sexto iuuari poſſūt eoꝝ debita ſceleriter ꝑ=
ſoluendo· et reſtituēdo res q̈s male haberunt
vel ignorāter retinuerūt· vel ad memoriā non
reduxerūt· vel quia hoc ſolui ꝑceperūt ab ami
cis· et illi negligēter egerūt· vel quia ip̄i ſe im=
potentes in ſoluēdo reddiderāt· Accidit ꝙ qui
dā puer de magno gn̄e mortuus eſt circa eta=
tem nouē annoꝝ· qui a familia pr̄is ac matris
acceperat mutuū· vt ludos ſuos faceret· qui in
morte nō recoluit· licet cōfeſſus eſſet· & ſic ni=
hil ſoluit· Qui poſt appruit aliter ſuoꝝ· dicēs
ſe grauiter affligi eo ꝙ n̄ ſoluerat qđ debebat
Illa aūt ꝑſona cui apparuit inquirēs oīa ſoluit
et poſt dictꝰ puer illi apparuit ꝑſone cui appa=
ruerat intimās ſe ab omī pena liberatū· & eſſe
ī magna felicitate apparebat· Iſte at̄ puer fuit
filius ducis burgōdie· hugo dictus· ꝑſona cui
apparuit fuit mr̄ ducis· q̇ hec reuelauit· Itē cui
dā militi valde deuoto et bone vite· q̇ ſup hoc
& ſacerdotē cōſuluit· cū eſſ3 ſolus ī eccl'ia ī ora
tionē· quidā cognatus eius defūctus qui fue=
rat miles valde ſtrenuꝰ apparuit ei pluries· &
cū quereret ab eo quō ei eſſet· dicebat ſe eſſe gra
uiſſime afflictū· ꝓpter aliqua que retinuerat
de alieno· que nō recoluerat emēdare· & dixit
que erant illa que habuerat· & a quibus habu
erat· pro quibus ꝑ ſeptēnium iam multā penā
paſſus fuerat· et rogabat eū ꝙ ea faceret ſolui
et dimitti ſibi faceret iniuriā· quia credebat ſe
liberari ſi eſſet de hoc ſatiſfactū· Miles cui ali
us appuit dictus fuit dn̄s guillermꝰ decōtres
ſocius niūnenſis· q̇ miles magne abſtinētie &
deuotionis fuit· qui etiā in terra albigenſiū &
trāſmarina multa ſuſtinuit ꝓpter deū· Itē ac=
cidit· ꝙ duos ſcolares de eadē natione ſocii &
iuuenes religionē intrauerūt· & in eadē religi
one bn̄ et deuote apud deū et homīes ſe habu
erūt· Cum aūt alter eoꝝ laboraret in extremis
et alter pro eo fleret· ſe dicēs deſolatū remanē
in aliena terra· reſpōdit eger· ꝙ ſi hoc deo pla
ceret· et poſſet ꝙ cōſolaret eum· etiā poſt mor
tem certificās eum de ſtatu ſuo· Cum autē eo
mortuo· alius eſſet in orōne· apparuit ſociꝰ ſu
us valde triſtis et afflictus· Et cū iſte quereret
cauſam· rn̄dit ꝙ pro nulla alia cauſa pateretur
penā purgatorii· niſi ꝓ hoc ꝙ cū darent̄ noui
ſocci· retinebat et occultabat veteres ꝯtra regu
le ſtatutū· et adhuc erāt abſcōditi ad pedes le=
cti ſui· & rogauit eum vt eos ibi acciperet· &
abbati redderet· & rogaret abbatē· vt cum de
hoc in capitulo ſolueret· et orari ꝓ ſe facere· qđ
ille fecit· Poſt apparuit ei letiſſimus et ſplēdi=
dus rogans vt cū eo foras egrederet̄· Quo fa=
cto· vidit an̄ ſe tranſeuntē maximā multitudi
nē candidatoꝝ hoīm et fulgentiū· et haben
tiū retro ſup humeros cruces pulcerrimas in
celū aſcendētiū· Et ſtatī ſecutꝰ alius ordo lon=
ge pulcrior apparuit· et habebat cruces pulcrio
res et maiores· et recepti ſūt ī celū· Poſt ſecutꝰ

eſt tertius ordo longe pulcrior·et quilibet coꝝ
habebãt vnum angelũ ſibi ꝑambulũ qui cru=
cem gẽmis fulgentẽ & ſpecioſiſſimã añ cũ fe=
rebat·& tranſibant aſcendẽtes in celũ·Cunqꝫ
ille quereret a ſocio·quid ſibi vellet hoc·rñdit
Priores erant qui intrauerũt ordinẽ ĩ ſenectu
te·Scdi qui in virili etate·Tertii·qui in adole=
ſcentia ſua·et cum iſtis deputaberis ſi ꝑſeue=
raueris in incepto·et beatus eris·et ego cũ eis
per dei grãm aſcẽdo·Et hoc dicto alios ſecutꝰ
eſt angelo ꝑcedente·et crucem eius baiulante
Probabile etiã eſt ꝙ eis valeant dona gratie·
que habẽt·& ũtutes·Licet eñ ibi ſint iſta ocio
ſa q̃ntum ad meritũ·ñ tñ q̃ntũ ad aliqd ſola=
tiũ·vł q2 roborãt ſubiectũ ſuũ ne a doloris ve=
hementia vel penitus abſorbeat̃·vł oppͥmatur
vel quia faciunt bona eccleſie cõicare eos·vt ꝑ
eoꝝ participiũ a penis citius liberent̃·et maxi=
me dat eis maximũ ſolatiũ ſpes cito euadẽdi·
illa tormẽta·imo certitudo ꝙ euaſerũt eterna
ſupplicia·& ꝑ dei miſericordiã aliq̃n habebũt
eterna bona·Propter hoc vt etiã tormẽta eua
deret·et eterna bona obtineret·magnus can=
tor paryſieñ·in exitu ſuo rogabat dñm q̃tinꝰ
in exitu ſuo poneret eum in purgatorio vſqꝫ
ad diem iudicii cum ibi torquendo·et dicebat
circũſtantibꝰ·Et vos fratres rogo·vt ſuꝑ hoc
dñm rogetis·¶ Sciendũ aũt ꝙ penarũ purga
torii meditatio multũ vtilis ẽ·& ad multa va
let·quia a culpa reuocat·In temptatione a rui
na peccati hoĩem cõſeruat·Munit ad patienti
am·Prouocat ad ꝯpaſſionẽ & miſericordiam
Inducit ad penitẽtiã·Valet etiã ad ꝑſeuerãtiã
Cum quidã flagicioſus hõ cõfiteret̃ epo ſuo·
nec valeret eum inducẽ ad cõdignã penitẽtiã
miſit eũ ad quendã ſanctũ abbatẽ·qui ſimilr̃
poſt multas ãmonitiones nõ valens eũ ad cõ=
dignã penitentiã monẽ·niſi ꝙ ad vltimũ di=
ceret ei ꝙ faceret penitentiaꝫ·de qua in bre u
ſpacio diei vel ſeptimane poſſꝫ ſe expedire·tra
didit cum cõuerſo ſuo dicẽs·duc iſtum ad vai
lem ſolitariã·& illi quẽ ibi inuenies dic vt co=
gitet de iſto hoĩe ꝙ faciat ei facere breuẽ peni
tentiã·quã cõpleat in ſpacio diei ac noctis·ita
ꝙ ipſe ſeruet eũ viuẽtẽ & integrũ·et cras mihi
ipm remittat·Quod fecit ꝯuerſus·& inuenit ĩ
valle vnũ demonẽ ſub hũana ſpecie·cui tradi=
dit dictũ hoĩem hoſpitandũ·& vt de eo face=
ret vt mãdabat abbas·In craſtinũ cũ de man
dato abbatis rediret cõuerſus ad dictã vallem
adduxit demõ dictũ hoĩem afflictũ·quaſi ad
mortẽ·Et cum reduxiſſet eũ ad abbatẽ & re=
tuliſſet ei q̃nta mala·et que tormenta paſſus
fuiſſet·ait abbas·ꝙ liber recederꝫ ab oĩni peni
tentia·Ille aũt dixit·ꝙ nunq̃ꝫ recederet·ſꝫ q̃n
tumcũqꝫ aſpiorem pñiam ageret·& in ea tota
vita ſua ꝑſeuerarꝫ dũmõ decetero in demonũ
manus non caderet·quod et fecit·Itẽ quidaꝫ
miles fuit raptor & flagicioſus qui ad inſtan
tiã vxoris ſue que valde deuota erat·venit ad
cõfitendũ epo ſuo·Qui cum reus eſſet multo
rum homicidioꝝ & alioꝝ ſcelerũ·nec vellꝫ ire

romam·vel aliã penitentiã facere cõdignam·
Ait ei epſ·cõfiſus de dño·ꝙ in facto ſuo ali=
quod cõſiliũ deberꝫ apponẽ·Tu inquit·q̇ tot
noctes ĩ ſeruitio dyaboli vigilaſti·velles tu ſal
tem hoc modicũ facere·ꝙ ꝑ noctẽ integraꝫ in
dei ſeruitõ ĩ eccleſia vigilares nulli alii loquẽs
vel intendens niſi deo et ſanctis eius·rogan=
do eos pro tua ſalute·& hoc ſolũ tibi iniungi=
mus ꝓ remiſſione oĩm peccatoꝝ tuoꝝ·Ille co
gitãs de bono foro qd ſibi fiebat·& de leuita=
te et breuitate dicte pñie hãc gratãter accepit
Quẽ epſ ĩ eccleſia introduxit·& ꝑcepit ne oĩo
vſqꝫ in mane alicui loqueret̃ niſi vt dictũ eſt·
vſquequo ipſe ad eũ redirꝫ facto mane·Cum
aũt vſqꝫ circa mediã noctẽ miles corã crucifixo
in pace orãdo vigilaſſet·ecce quedã claritas in=
incepit ꝑ eccleſiã fulgẽ·quaſi ſi dieſcẽt dyabo
lo ꝓcurante·& viſa eſt ei porta apta·& hoĩes
& mulieres·q̃ſi ingrediẽtes ad orandũ·incepit
audire·q̃ſi ſtrepitus quadrigaꝝ multarũ·& vi
ſum fuit ꝙ intrarent eccleſiã mercatores·qui
dixerũt ei·ꝙ miſſi erant ab vxore ſua·q2 mer
catores erãt ducẽtes multas quadrigas & vo=
lebãt eum hr̃e pro guidagio & cõductore per
terram vicinã·& dare ſibi de peccunia ſua ad
bñplacitũ ſuũ·Cum aũt videret̃ ei·ꝙ dies nõ
ita cito deberet eſſe·& ꝙ nec epſ ad eum vene
rat·cogitauit apud ſe·ꝙ nullo mõ pñiam frã
geret·Cum autẽ illi ſollicitaſſent eũ q̃liter eis
reſponderet·& ipſe ĩmobilis oraret·indignan=
tes receſſerũt·et q̃ſi ad domũ eius euntes ad=
ducũt ei vnũ dyabolũ in ſpecie vxoris figura=
tum·et aliũ ĩ ſpecie pueri ſui paruuli quẽ max
ime diligebat quẽ portabat inter brachia mr̃·
et dixit ei vxor·Dñe q̇d rñdebitis iſtis merca
toribꝰ·mõ iuſte poteſtis lucrari qui ſolebatis
aliena raꝑe·Similr̃ puer pomũ ei porrigebat·
et ei applaudebat·& loquebatur balbutiendo
Cum aũt nec ꝑ hoc ſtupens ſe mouerꝫ aut lo=
queret̃ eis·incepit vxor flere·et ſe miſerã dicẽ
pro viro ſuo qui loquelã amiſerat et ſenſũ·&
cum nec ſic ille loqueret̃·mutãt ſe demones in
ſimilitudinẽ epi & clericoꝝ·et venit ad militẽ
ille factus epſ cuꝫ clero ſuo dicẽs bñdicite·fili
bñdicat tibi dñs quõ fuit tibi in hmõi·Obſtu
puit miles et heſitans diuiſi rñderet·quia nõ
videbat̃ ei nox trãſiſſe·rogabat intra ſe dñm
ne deciperet̃·et deliberauit ſe ꝑmo ſignare·q̃ꝫ
loqui·Qd cũ faceret ꝯfuſi demones·inuertũt
ſe in horribiles ſpecies·militẽ verberantes vſqꝫ
ad mortẽ·et eum acerrime torquẽtes·Cũ autẽ
ad crucifixũ oculos eleuaret·et ihm crucifixũ
et matrem eius in ſuum adiutoriũ aduocaret
confuſi cum maximo ſonitu fugerũt·Mane
autẽ facto aꝑiens epſ portas·venit et inuenit
eũ quaſi mortuũ·Qui reuerſus ad vires·retu=
lit q̃liter ſibi fuerat·Et cũ epſ dr̃et ei ꝙ ei aliã
pñiam nõ iniũgeret·ille in artiſſima penitẽtia
ꝑmanſit dicẽs·ꝙ magis vellet mori·q̃ꝫ demo=
nibus tã crudelibus ſuire decetero·vel in ma=
nus coꝝ cadẽ·Idẽ dixit monachꝰ flagicioſꝰ de
quo ſuꝑ dictũ ẽ·de quo Iero·in ꝑn·vitaſ pr̃m·

## DE FINALI ET EXTREMO IVDICIO. PARS SECVNDA.

POſt conſideratione̅ ꝑhabitã de morte triplici· ſcꝫ aĩme nature et culpe· et de mortus tam ſpĩritualr̃ q̃ꝫ corporalr̃ in hoc mũdo. necnõ et de mortuis ĩ purgatorio· nũc ordine ꝯuenienti ꝑeunte· cõcomitãte· ac etiam dirigente gratia ihũ xp̃i· cõuertamus oculos ad cõſideratione̅ finalis & extremi iudicii· ¶ Hoc autem finale iudiciũ erũt duo p̃cedentia· duo ꝯcomitantia et duo ſubſequẽtia· Precedẽtia iudiciũ erunt antixp̃i ꝑſecutio· & mũdi conſũmatio· Cõcomitantia iudicium erũt mũdi cõflagratio· & oĩm mortuoꝝ reſurrectio· Sequẽtia iudicium erunt ſuppliciũ reproboꝝ & gloria beatorum De his omibus eſt per ordine̅ proſequendum·

## DE PERSECVTIONE ANTICHRISTI. DIS. ¶ PRIMA.

LEgit̃ autẽ antip̃s in babilone de tribu dan naſciturus· Sicut ſanct⁹ p̃riarcha iacob non orãdo· ſꝫ ꝓphetãdo predixit· Geñ. l. Fiat dan coluber in via· ceraſtes in ſemita &c̃· Super quo beatus greg. xxxi. libro moꝝ· ait· Ceraſta grece· cornua dicuntur· Ceraſtes qui hic cornutus eſſe dicit̃ digne antixp̃s aſſerit̃· quia cõtra fideliũ vitam cũ morſu peſtifere p̃dicationis armabitur etiã cornibus poteſtatis· Bene aũt dicit̃ in babilone· id eſt cõfuſione naſciturus· vt ex loco natiuitatis inſinuet̃ q̃lis poſtmodũ ſit futurus· Sicut em̃ xp̃s in nazareth· id eſt flore cõcipit̃· in bethleem· que domus panis dicit̃· tẽporaliter de virgine naſcit̃· ad inſinuandũ ꝙ in flore· id ẽ puritate virginitatis materne ſpiritusſancti virtute cõceptus. poſtmodũ naſcẽdo panis vite nobis factus eſt· ſic antixp̃s hõ peccati· filius ꝑditionis· ſicut actor cõfuſionis ordine̅ vite totius iuſtitie cõfundens· ſectatores ſuos ad cõfuſione̅ ꝑtrahens· merito in babilone dicit̃ eſſe naſciturus· Vñ apoc. vii. Vbi ex aliis tribub⁹ filioꝝ iſrl̃ ſignati numerant̃ ſola tribus dan ſubticet̃· Huius aduentus ſic̃ ait apl̃s. ii. theſſꝫ. ii· erit ſcd̃m oꝑationeꝫ ſathane· quia oĩa faciet dyabolo· qui cũ poſſidebit· inſtigãte et cooꝑante· Nõ tñ ita poſſidebit cũ vt vniat̃ ei ſicut in xp̃o hũanitati diuinitas eſt vnita· nec ita vexabit eum vt careat iudicõ rationis alioq̃n nõ imputaret̃ ei quicq̃d ageret· ſic̃ nec homĩ furioſo· Quidã aũt dicũt· ꝙ a cõceptionis p̃ncipio dyabolus in vterũ mr̃is eius deſcendet· cuius virtute deinceps aletur puer· naſcet̃ et adoleſcet· Alii dicũt & forte verius· ꝙ a principio conceptionis ſue habebit angelum ſui cuſtodẽ· ſicut hñt ſinguli ceteroꝝ hominũ vſqꝫ ad annos diſcretionis· Sed tũc cũ extolli cepit ſuꝑ oĩe quod dicit̃ de⁹· ab angelo ſancto derelictus· ꝑrſus a dyabolo poſſidebit̃· ad libitum volõtatis eius in omib⁹ et per oĩa deducendus Sicut poſſeſſor ad libitum ſuum ꝑtrahit circũducitqꝫ iumentuꝫ· Vñ ait gregoꝛ· Illũ ꝑditum hoĩem· quaſi vas ꝓprium dyabolus ingredit̃· qui ſpecialr̃ antixp̃s nuncupat̃· Veniens aũt in iheruſalem cirũcidet ſe vt ex hoc acquirat grãm iudeoꝝ· et dicꝫ ſe eſſe meſſiã ꝓmiſſũ in lege· & faciet ſabbatũ cuſtodiri· ꝓpter iudeos· diem vero dominicã ꝓpter xp̃ianos· vtriſqꝫ cõformare ſe volens· vt vtroſqꝫ decipiat· Tunc iudei credẽtes ip̃m eſſe meſſiam· quem multis temporibus expectarunt· conuertent̃ ad eum· ac ei vnanimiter adherebunt· Erit aũt in concupiſcentiis feminarũ· ſic̃ dicit̃ dañ. xi. In apto tam̃ caſtitatẽ et ſanctitatem oĩmodam ſimulabit· vt oĩs ad ſe alliciat et oſtentatione ſeducat· Cor eius in tantã efferetur ſuꝑbiam· vt legẽ & cerimonias et etiã curſum tempoꝝ ſe mutare putet· ſicut dicitur dañ. vii. Et in deum ꝓferet blaſphemias· dicẽs ſe deum eſſe· Xp̃m aũt dicet fuiſſe ſeductorẽ· Vñ ſicut ait apl̃s. ii. theſſꝫ. ii. Tũc reuelabitur homo peccati. filius ꝑditionis· caput ſuũ oĩm iniquoꝝ· qui aduerſat̃· & extollit̃ ſuꝑ oĩe q̃d dicit̃ deus aut quod colit̃· ita vt in templo dei ſedeat· oſtendẽs ſe tanq̃ꝫ ſit deus· Veniẽs em̃ in irl̃m in templo quod reedificabũt iudei adherentes ei· ſedebit· adorari ſe faciẽs ſicut deũ veniet aũt ſicut ait apl̃s· ĩ oĩi virtute poteſtatis hũane et opulentie temporalis· Creditur ei ꝙ reuelante magiſtro et poſſeſſore ſuo dyabolo inueniet theſauros occultos quibus vtat̃ ad vanitatẽ et gloriam mũdialẽ· & ad multorum ꝑniciẽ· quos videlicet excecabit magnifica largitione donoꝝ· Veniet nihilominus ſ̃m oꝑatoẽꝫ ſathane in oĩbus figuris et ꝓdigiis mẽdacibus· & in oĩi ſeductione iniquitatis· ſic̃ ait apl̃s· id eſt faciet ſigna & prodigia que hoĩes videntes in admiratione̅ & ſeductione̅ inducent· Dicunt̃ aũt ſigna mendacia· vl̃ quia nõ erũt vera· ſꝫ fantaſtica· quia dyabolus cui⁹ virtute oꝑabit̃ p̃ſtigiabit oculos videntiũ vt videatur eſſe quod nõ eſt· vel ñ eſſe quod eſt· aut aliter et aliter eſſe· & ſic oculi videntiũ illudentur· vel dicunt̃ mendacia· quia ad confirmandum mendacia et ſeducendũ aĩas oñdentur· Et reuera hm̃oĩ ſigna nõ debẽt dici miracula· ſed mirabilia dici poſſũt· Mirabile em̃ eſt facere p̃ter ſolitũ curſum nature· Dyabolus aũt hñs ſubtilẽ intelligentiã & longã exꝑienciam quod natura facit ſucceſſiue· ip̃e ſcit q̃ſi ĩ inſtãti· id eſt ſubito et imꝑceptibiliter oꝑari· Sicut magi pharaonis virgas in ſerpẽtes ſubito cõuertiſſe legunt̃· Miraculũ aũt facere· ſolius ẽ diuine poteſtatis· quia ſicut ſol⁹ ip̃e eſt actor nature· ſic ip̃e ſolus poteſt naturã tranſmutare· De antixp̃o dicit̃ apoc. xiii. Et vidi de mari beſtiã aſcendentẽ habentẽ capita ſeptem· & cornua decem· & ſuꝑ capita eius noĩa blaſphemie· Et beſtia quam vidi ſimilis erat pardo· ꝓpter varietatẽ duplicitatũ in conuerſatione· Et pedes eius ſicut pedes vrſi· ꝓpter ardorem libidinis· Et os eius ſicut os leonũ· ꝓpter imẽſitatẽ crudelitatis· Et dedit illi draco· id ẽ dyabolus· virtutẽ ſuã & poteſtatẽ magnã· Nã ſic

ait greg. xxxii. li. moꝝ. In omĩ faſtu fallatie.
et virtutis roboꝛe. et culminis elatione proſpe
rabit̃ antixp̃s. quia tota virtus dyaboli in illo
damnato hoĩe cõgeſta denſabit̃. Sequitur in
apoc̃. Et vidi vnũ de capitibus. ſ. q̃ſi occiſũ in
moꝛtẽ. et plaga moꝛtis eius curata ẽ. Nam ſic
xp̃s ꝓmiſſus moꝛtuus eſt & reſurrexit. ſic an
tixp̃s vt appareat xp̃s in lege ꝓmiſſus ſimula
bit ſe moꝛtuum & poſt arte magica. & opatõ
ne demonũ ſe mirabil̃r ſuſcitatũ. Et adirata
eſt vniuerſa terra poſt beſtiã. id eſt beſtiam ſe
quentes. et ei dãnabiliter adherentes. & adoꝛa
uerũt drachonẽ. id eſt dyabolũ qui dedit pote
ſtatem beſtie. et adoꝛauerunt beſtiã dicentes.
Quis ſimilis beſtie. ſcꝫ in miraculis faciendis
Et quis poterit pugnare cum illa. & datuꝫ eſt
ei os loquens magna. ſcꝫ magnificando ſe. &
blaſphemiã. ſe xp̃m eſſe mendaciter aſſerẽdo.
De ip̃o quoqꝫ dicit̃ Dañ. xi. Faciet iuxta volũ
tatẽ ſuã. & eleuabit̃ et magnificabit̃ aduerſꝰ
om̃eꝫ deũ. & adu̇ſus deũ deoꝝ loquet̃ magni
fica. Et. viii. eiuſdẽ. Cum creuerit iniquitates.
cõſurget rex impudens facie et intelligẽs ꝓpo
ſitiones. & roboꝛabit̃ foꝛtitudo eius. ſꝫ non in
viribus ſuis. & ſupra q̈ꝫ credi poteſt vniuer=
ſa vaſtabit. & ꝓſperabit̃ et faciet &c̃. ¶ Eſt aũt
aduertendũ. ꝙ antixp̃s vtet̃ via q̈druplici ad
hoĩes ſubuertendũ. videlicꝫ. Callida ꝑſuaſiõe
miraculoꝝ opatione. & toꝛmentoꝝ inflictõe.
¶ Primus ergo modus hoĩes ſubuertendi eſt
callida p̄dicatõ vl̃ ꝑſuaſio. Predicabit em̃ legẽ
nouã p̄uam eſſe. deſtruet pꝛo poſſe cultum dei
ritũ eccleſie. & iuge ſacrificiũ. vt dictũ ẽ dañ.
viii. Vſqꝫ ad p̄ncipẽ foꝛtitudinis magnifica=
bit̃. et ab eo tulit iuge ſacrificiũ. & deiec̃ locũ
ſanctificatiõis eius. robur quoqꝫ datum eſt ei
cõtra iuge ſacrificiũ. & ꝓſternet̃ veritas ĩ ter=
ra. & ꝓſperabit̃ et faciet. Vere ꝓſternet̃ veri=
tas. qm̃ falſitas publice p̄dicabit̃. nec ꝑmittet̃
veritas p̄dicari. nec a fidelibus audiri. Peru̇ſe
exponet̃ ſcriptura ſacra nec veraciter expoſita
catholicis doctoꝛibꝰ ꝑmittet̃. ¶ Secũdus mo=
dus ſubuertẽdi erit ꝑ donoꝝ ampliſſimã lar=
gitionẽ. Inueniet em̃ theſauros occultos vt di
ctum eſt. per quos ad ſe ſequendũ & ſibi adhe
rendũ pl̃imos inſtigabit. Cum em̃ in multis
regnet cupiditas. faciliter inclinabũtur ad euꝫ
cupidi videtes ꝙ ſequaces ſuos ditabit. falſã=
qꝫ felicitatẽ eoꝝ ad decipiendũ alios obſtenta
bit. ¶ Tertins modus ſubuertendi erit per toꝛ
mentoꝝ afflictionẽ. Nã ſicut ait dñs. Math.
xxiiii. Erit tunc tribulatio magna qualis non
fuit ab initio mundi vſqꝫ mõ. neqꝫ fiet. Et hoc
innuit̃ apoc̃. p̄mo. vbi dicit̃. Pedes eius ſimi=
les auricalco. ſicut in camino ardenti. Per pe=
des em̃ vltima xp̃i mẽbꝛa. ꝑ caminũ ardenteꝫ
tribulationis vehemẽtia deſignat̃. Exhibebit
em̃ antixp̃s in toꝛquendo fideles om̃ia genera
toꝛmẽtoꝝ. que antiquitus in ſanctis martyri
bus ſunt impleta & omnẽ ingenii ſui ſb̃tilita
tẽ acuet. vt ferocitatẽ ſui pectoꝛis impleat no=
uis et inauditis ſuppliciis affligendo. nec per

partes. ſed ſimul tota crudelitatis eius ĩmani=
tas exercebit̃. ne requiẽ aliq̃ntulã aut interpo
lationẽ h̃ñtes vires reſumerent quo minus in
cruciatibꝰ vincerent̃. Vñ de antixp̃o dicit̃ dañ.
viii. Interficiet robuſtos. & populũ ſanctoꝛũ
ſecundũ voluntatẽ ſuaꝫ. Qd̊ exponens greg̃.
xxxii. moꝝ. ait. Tũc ñ ſolũ in repꝛoboꝝ men
tibus. ſed etiã in electoꝝ coꝛpoꝛibus crudelita=
te ineſtimabili ſine qualibet obiectione graſſa
bit̃. Robuſtos ergo interficiet. cũ eos qui men
te inuicti ſũt coꝛpaliter perimet. Vel certe ro=
buſtos. i. populũ ſanctoꝝ ſ̃m volũtatẽ ſuam
interficiet. cum eos qui robuſti ac ſãcti crede=
bant̃ ad nutum ſue volũtatis trahet. Durabit
aũt hec tribulationis ĩmanitas tribus ãnis &
dimidio tñ. ne ſi diutius duraret. patiẽtia ſã=
ctoꝝ ꝓrſus deficeret. Sicut em̃ ait ſaluatoꝛ.
Niſi breuiati fuiſſent dies illi. nõ fieret ſalua
om̃is caro. ſꝫ ꝓpter electos breuiati ſũt dies illi
Ecce pius dñs ſicut tribulationẽ venturã p̄nũ
tiauit. ſic et eiꝰ abbreuiationẽ p̄dixit. vt ad ip=
ſam ſuſtinendã per ꝓuidentiam munirent̃.
Quia ſicut ait greg̃. Dñs ac redemptoꝛ nr̃ pe
rituri mũdi p̄currentia mala denuntiat. vt eo
minus ꝑturbẽt venientia quo fuerint p̄ſcita.
Minꝰ em̃ feriunt iacula que p̄uident̃. & nos
tolerabilius mũdi mala ſuſcipimus. ſi contra
hoc ꝑ ꝓuidentie clipeum muniamur. Predixit
etiã vtrũqꝫ. vt & ſi ex p̄nuntiata tribulatõe tã
hoꝛribili terremur. audita tñ eius abbreuiatio
ne ꝑ patientiam ſumptis viribus armemur.
¶ Quartus modus ſeducendi erit ꝑ miracu=
loꝝ opationẽ. De antixp̃o em̃ loquens apl̃s.
ii. theſſꝫ. ii. ſic ait. Cuius aduentus eſt in om̃i
virtute. & ſignis et ꝓdigiis mendacibꝰ. vt di=
ctum eſt ſup̃. Finget em̃ ſe moꝛi et reſurgere.
vt dictũ eſt. & multa mirabilia facturus eſt ꝑ
artẽ magicã ſ̃m opationẽ ſathane. qui in om̃i
bus eius opibus erit actoꝛ et rectoꝛ. Nec con=
tentus erit antixp̃s ꝙ ip̃e ſolus p̄dicet & ſedu
cat hoĩes. ſꝫ etiã diſcipulos congregabit. quos
et apoſtolos appellabit. qui eũ vbiqꝫ predicent
Sicut xp̃s apl̃os ſuos ad p̄dicandũ euangeliũ
deſtinauit. Iſti aũt ſatellites antixp̃i ſeu pſeu=
do apl̃i p̄dicabũt vbiqꝫ. et mirabilia q̃ſi mira=
cula faciẽt. quibꝰ innu̇abiles de om̃i natione
ſeducẽt. Sicut em̃ xp̃s apl̃os ſuos miſit ad pꝛe
dicandũ. & ad miracula faciendũ. ſic antixp̃s
pſeudo apl̃os per totũ oꝛbem mittet ad natio=
nes om̃es. ad quas ꝑſonal̃r accedere ñ valebit
Hii ciuitatẽ ſãctã irl̃m calcabũt menſibꝰ qua=
draginta duobus. ſicut dicit̃ apoc̃. xiii. id ẽ ec=
cleſiã ꝑſequent̃ annis tribus & dimidio. qui=
bus antixp̃s regnabit. Hii peſſimi erũt ĩ vita.
tñ ſanctitatẽ ꝑ ypocriſim ſimulabũt. vñ pene
om̃s decipient. partim apparentia ſanctitatis.
partim violentia poteſtatis. partim miraculis
reputatis. Hos deſcribens b̃ts Iohẽs apo. xiii.
ait. Et vidi aliam beſtiã aſcendentem de terra
poſt p̄mã beſtiam quã viderat aſcendentẽ de
mari ꝑ quã ſignificat̃ antixp̃s & ſui p̄ncipes.
Alia beſtia eſt ip̃e idẽ & pſeudo apl̃i famã eius

vbiq3 diuulgātes qui iure dicunť beſtia· quia
in beſtia eſt ſeua crudelitas· violēta rapacitas
et inſaciabilis edacitas· Oīa hec erūt in an=
tixp̄o & ſuis· Dicunť etiā beſtia in ſingulari
propter vnanimē cōſenſum & cōcordiā ad no
cendū· Dicit ergo beatus Iohēs· Et vidi aliam
beſtiā aſcendentē de terra ·& habebat cornua
duo ſimilia agni·q̄ ſunt ſimulatio vite & per=
uerſio doctrine vel vita mala & oſtēſa miracl'a
Et loquebať ſič draco·id eſt ſicut dyabol9· q2
ſicut ſpūſſanctus loquebať in apl'is xp̄i· ſicut
dicit eis dn̄s. Math·x·Nōvos eſtis qui loqui
mini·ſed ſpūs p̄ris vr̄i qui loquiť in vobis·ita
malignus ſpūs in apl'is antixp̄i· Et poteſtatē
prioris beſtie omnē faciebat in cōſpectu eius·
id ē oīs modos decipiēdi quibus decipiet an=
tixp̄s faciēt in cōſpectu dyaboli & antixp̄i· Si
cut em̄ apl'i faciebant oīa vt placerent xp̄o·ſic
iſti vt placeant antixp̄o a quo ſpabunt ſe ho=
nores & diuicias adepturos· Diciť em̄ dañ·xi
Multiplicabit gl'iam·et dabit eis honorē· Seq
tur· Et fecit·id eſt faciet terrā & habitātes ī ea
adorare beſtiā p̄mam·id eſt antixp̄m· Et fecit
id eſt faciet ſigna magna·ſc3 ad hoīes ſeducē=
dum·vt etiā ignem facerē de celo deſcēdere in
terrā in conſpectu hominū· Hoc ad lr̄am faci
ent virtute demonū·ſicut feciſſe leguntť Iob·
p̄mo·vel ſicut apl'is xp̄i datus fuit ſpūſſanct9
in ſpecie ignis· Act·ii·ſic illi dabūt ſpm̄ mali=
gnū in ſpecie ignis· Et q2 hec ſigna nō fient ī
occulto ſed in publico in cōſpectu hoīm· ideo
q̄3plurimi decipienť·vn̄ diciť ibidem· & ſedu
cit·id eſt ſeducet habitantes in terra·ꝓpter ſi=
gna que data ſunt illi facē ꝑmiſione diuina·
Vn̄ dn̄s Math·xxiiii·p̄dixit· Surgēt pſeudo
prophete et ſeducēt multos· & dabunt ſigna
magna et ꝓdigia vt in errorē mittanť·ſi fieri
pōt etiā electi· Propter qd̉ ſič ait greg̉·xxxii=
li·moꝝ ·penſemus que erit hūane mentis illa
temptatio·qn̄ et pius martyr corpus tormen=
tis ſubiicit·& tn̄ ante eius oculos miracula tor
tor facit· Cuius tunc virtus nō ab ip̄o cogitati
onū fūdo q̄tiať·q̄ndo his qui flagris cruciat·
miraculis coruſcat·& vehemētia temptatōis
huius etiā ſapiētiſſimi ſeducenť· Sicut bn̄ deſi
gnať apoč·xii· Cauda draconis trahebat ſecū
tertiā partē ſtellaꝝ· Et de antixp̄o diciť dañ·
viii· Deiecit de fortitudine & de ſtellis & con=
culcauit eas· Quod exponēs·greg̉·xxxii·moꝝ
ait· De fortitudine et de ſtellis deiecit· q2 nō=
nullos & luce iuſtitie reſplendētes· & ſapiētie
claritate fulgētes·& virtute opis robuſtos frā
git· Ceteꝝ pſeudo apl'i p̄cipient· et cū ingenti
poteſtate cōpellent habitantes in terra vt faci=
ant ymaginē beſtie·id eſt antixp̄i·vt eam faci
ant adorari·ſicut feč nabugodonoſor dañ·iii·
Et dabiť illis a dyabolo·deo ſc3 ꝑmittente· vt
dent ſpiritū malignū ymagini beſtie·& faciēt
eam loqui et moueri· ad maiorē hoīm ſubuer
ſionē·et loqueť ymago beſtie ꝑ malignū ſpiri
tum· ſicut olim in ydolis dabant demones re
ſponſa· Et faciēt oīs diuites & paupes·puſil
los & magnos·libros et ſeruos hr̄e caracterē·
id eſt aliqd̉ ſignū antixp̄i rep̄n̄tatiuū· vel ad
lr̄am·inſertionē ſui nōis in dextra manu·aut
in frontibus ſuis euidenter et material'r·ſicut
hodie portant iudei ſigna deſignantia ipſos
eſſe iudeos· Adhuc iſti maiora faciēt ꝑ princi=
pes qui eis in oībus acquieſcent· ꝙ quicun=
q3 non adorauerit ymaginē beſtie occidať· &
ne quis poſſit emere aut vendē·niſi habeat ca
racterem beſtie·id eſt ſignū ꝑ quod dinoſcať
ꝑtinere ad antixp̄m·aut nomē·id eſt vt ſicut
a xp̄o dicimur xp̄iani·ſic illi ab antixp̄o anti=
xp̄iani vocenť· Hoc aūt faciēt vt hoīes extre=
ma neceſſitate coganť·antixp̄o et ſuis damna
biliter adherē· ¶ In hac tanta neceſſitate non
oīno deſeret dn̄s ſanctos ſuos·ſ3 ad eoꝝ con=
ſolationē mittet enoch et helyam· Sicut diciť
apo·xi· Ad hoc em̄ ī paradyſo terreſtri viuētes
diu reſeruati ſūt·vt illo tempe venientes·anti
xp̄m redarguant·veritatē defendāt·ſeductos
reuocent·ac vacillātes in fide cōfirmēt·ꝓphe=
tabūt autem diebus milleducentis ſexaginta
amicti ſaccis·id eſt trib9 annis & dimidio p̄=
dicabūt penitentiā verbo pariter & exemplo·
ſicut et antixp̄s tanto tempe p̄dicabit· Ip̄m aū
antixp̄m corā oīni populo arguēt·ac mēdacē
et fallacē oſtēdent· Tunc beſtia faciet aduerſ9
eos bellū·ſc3 diſputando· blandiendo·ꝓmit=
tendo·cōminando·corporal'r affligēdo·& vin
cet eos corpaliter occidēdo· & iacebūt corpora
eoꝝ inſepulta in platea irl'm·& n̄ ſinenť poni
in monumētis·vt ſc3 hoīes vidētes nō audeāt
eis cōformari·& magis timeāt antixp̄m· Tūc
erit tanta tribulatio·q̄nta non fuit antea·nec
poſt erit· Antixp̄s em̄ et ſui gaudebūt & iocū
dabunť· & epulabunť·& munera mittēt·ſibi
mutuo ꝓ morte·ſ·iſtoꝝ qui eis reſiſtebāt & cō
trarii erāt tam opibus quā verbis·et p̄dicatio
nibus eoꝝ· Et ſicut iſti mali gaudebunt·ſic iu
ſti etiā fideles lugebūt·terrebunť· & ab impiis
cōfundenť· S3 faciet de9 cū temptatione etiā
ꝓuentum· Nam poſt tres dies & dimidiū di=
uina virtute reſurgent iam nō vlterius mori=
turi· Erit aūt eoꝝ reſurrectio manifeſta·vt ſi
cut impii prius gaudebāt·boni vero lugebāt·
ſic viceuerſa oīs mali ſtupeāt·vt terreantur
& in ſeipis turpiter cōfundanť·boni vero gau
deāt vireſq3 reſumāt·ac in fide cōfirmentur·
et deo gr̄as agāt· Audieť etiā vox magna de
celo vocātis eos in gloriā·& cūctis videntib9
aſcendent in celū·gl'ioſi videlic3 & fulgentes·
Tunc aliqui mouebunť ad penitentiā·alii ve
ro ad duriciā· Tūc iudei vidētes ſe fuiſſe dece=
ptos·cōuertenť ad xp̄m· ¶ Antixp̄s aūt veni=
ens irl'm in montē oliueti· vn̄ dn̄s ih̄s aſcēdit
ad p̄rem·ſimulabit ſe velle in celum aſcēdere·
Sed ſicut diciť dañ·xi ·cum ſteterit cōteretur
Quia ſecūdū greg̉·xxxii·moꝝ· Nō angeloꝝ
bello·nō ſanctoꝝ certamīe·ſ3 ip̄ius aduētu iu=
dič ſolo oris ſui ſpiritu eterna morte feriēť· Et
hoc eſt quod dicit apl's·ii·theſſ3·ii· Quem dn̄s
ih̄us interficiet ſpū oris ſui· Ibiq3 ſeductor ille

peribit·vñ ſaluatoꝛ ad celos aſcendit·Poſt ei⁹
interitũ nõ ſtatim veniet dñs ad iudiciũ·ſʒ ele
ctis·qui in antixp̄i pſecutione titubauerunt·
quadragintaq̄nq3 dies ad penitentiã cõceden
tur·Quãto vero tp̄e poſt venturus ſit dñs·pe
nitus ignoꝛatᷣ·In dieb⁹ illi⁹ fiet q̄ſi ſilentiũ ĩ
celo·id ē pax in eccleſia tribulatõe ceſſante·Tũc
miniſtri antixp̄i gaudebũt nuptias & ꝯuiuia
celebrantes·ac ludos diuerſi gñis exercẽtes ac
q3 dicentes·Licet p̄ceptoꝛ nr̄ moꝛtu⁹ ſit·modo
tñ habemus pacem et ſecuritatẽ·Sed ſicut ait
apl's·p̄mo thy·v·Cum dixerit pax et ſecuritas
repentinus illis ſupueniet interitus·Et ſic ait
ſaluatoꝛ·Math·xxiiii·Sicut fuit in dieb⁹ noe
ita erit aduentus filii hoĩs·Sicut enĩ erãt ĩ die
bus añ diluuiũ comedentes & bibentes·et nu
bentes & nuptui tradentes·vſq3 ad eundem
diem in quo introiuit in archã noe·& nõ cog
nouerũt donec venit diluuium·& tulit oĩs·
ita erit aduentus filii hominis·

## DE MVNDI CONSVMMATIONE·DISTINCTIO II·

Conſũmationẽ ſeculi·multa ſigna
p̄cedẽt·vt vidẽtes hoĩes timeant ac
ad penitentiã excitentᷣ·ppinquum
eſſe iudiciũ p̄noſcentes·Huĩoi autẽ
ſigna ſunt ſathane ſolutio·Caritatis infrigi-
datio·Iniquitatis inundatio·Oĩbus mundi
ptibus facta ꝯuitioſa cõmotio·Primum er-
go ſignũ erit ſathane ſolutio·id eſt poteſtatis
eius laxatio·Nam virtute paſſionis dñice di-
minuta & ligata fuit poteſtas·qua p̄us in ho-
mines vtebatᷣ·vt nõ tñ poſſet nocere homib⁹
quantũ vellet·nec q̄ntum añ ſolebat·Ligat⁹
aũt detentus eſt vſq3 ad tempus ſtatutũ·quo
ſoluendus eſt·vt longe plus ſolito ſeuiat·tem
tando·pſequendo·& multipl'r infeſtando·ad
maioꝛẽ ſubuerſionẽ & damnatõe3 hoĩm impi
oꝛũ·ad maioꝛẽ vero pbationẽ & purgatione3
pfectiſſimã electoꝝ·Nam in fine mũdi boni
erũt optimi·& mali erũt peſſimi·vt ſicut dicitᷣ
apoc·vlt·Quis ſanctus eſt ſanctificetᷣ adhuc·
et iuſtus iuſtificetᷣ adhuc·& qui in ſoꝛdib⁹ eſt
ſoꝛdeſcat adhuc·Solutus aũt dyabolus vt di-
ctum eſt multis & miris modis totã rabiẽ ſuã
crudelitatẽ·iniquitatẽ·ac aſtutiam exercebit·
Sciens quia modicũ tempus hab3·Sicut dicitᷣ
apoc·xii·vñ ad violantiã & cautelã nos admo
net beatus petrus dicens·Aduerſarius veſter
dyabolus tanq̄3 leo rugiens circuit querẽs quẽ
deuoꝛet·Et·p̄s·Inſidiatᷣ ĩ abſcõdito·quaſi leo
in ſpelũca ſua·Qd̄ exponẽs greg·xxxii·moꝝ·
ait·Ad aptam potentiã ſuffeciſſet vt leo eſſet
etiam ſi inſidians nõ fuiſſet·rurſumq3 ad oc
cultas verſutias ſuffeciſſet·vt inſidians ſubri
peret·& ſi leo non eſſet·Sed quia hic antiqu⁹
hoſtis in cunctis ſuis viribus effrenatᷣ·ſeuire
per vtraq3 pmittitᷣ·vt cõtra electos in certami
ne et fraude & virtute laxetᷣ·virtute p potenti
am·fraude p ſigna·Recte ergo et leo & inſi-
dians dicitᷣ·Inſidians p miraculoꝝ ſpeciem·
leo p foꝛtitudinẽ ſecularẽ·Vt enĩ eos q̄ aperte
iniqui ſunt ptrahat·ſecularẽ potentiã oñtat·
vt viros etiã iuſtos fallat·ſigna ſanctitatis ſi
mulat·Idem etiam greg·exponẽs illud dañ·
viii·Dirigitᷣ dolus in manu eius ait·In manu
eius dolus diritur·quia fraus p opus adiuuatᷣ
quod enĩ fallendo dicit·hoc mira faciendo aſ
ſerit·Nam quicq̄d lingua mendax ſimulat·
hoc q̄ſi verũ eſſe manu opis oñtat·Secun
dum ſignum erit caritatis infrigidatio·Sicut
p̄dixit dñs·Math·xxiiii·Refrigeſcit caritas
multoꝝ·Sicut enĩ ſeneſcẽte microcoſmo·id ē
hoĩe qui a phĩs dicitᷣ minoꝛ mũdus ſolet caloꝛ
naturalis diminui·& appropinquante moꝛte
magis ac magis minuitᷣ·donec in moꝛte pꝛoꝛ
ſus deficiat·ſic etiã maioꝛi mũdo ſeneſcẽte &
ad ſui terminũ ppinq̄nte caritas q̄ ē caloꝛ vi-
te ſpũalis refrigeſc3·& pene deficiet·Ait enĩ ari
ſtoteles·ꝙ ſeniũ ē frigidũ·ſiccũ & moꝛi moꝛbi
dum·ſic mundus moꝛti·id ē exterminio iam
propinquus frigidus eſt p defectu3 caritatis·
et ſiccus p defectũ deuotõis·In his enĩ duob⁹
cõſeruatio vite ſpũalis exiſtit·Cum igitᷣ iam
videam⁹ caritatis feruoꝛẽ pene penitus extin-
gui ac deuotionis hũidũ exiccari·quid aliud
cogitare debemus·niſi ꝙ ppe eſt interitus hu-
ius mundi·Quod enĩ antiquatur & ſeneſcit·
prope interitũ eſt·heb·x·Si quis attente cõſi-
deret in quolibet ſtatu tam ſeculariũ q̄3 regu-
lariũ·tam clericoꝛũ q̄3 laycoꝝ·tam ſubditoꝝ·
q̄3 etiã p̄latoꝝ·q̄3 indeuote deo ſeruitᷣ·q̄3 tepi
de adoꝛatᷣ·q̄3 irreuerenter oꝛatᷣ·q̄3 arido coꝛde
laudatᷣ·imo potius cõtemnitᷣ·dehonoꝛatᷣ tur-
piter·ac deteſtabil'r blaſphematᷣ·manifeſte vi-
debit caritatẽ ad deũ non ſolũ frigeſcẽ·ſʒ iam
ita notabil'r friguiſſe·vt pene videatᷣ extincta
De caritate vero ad pximũ·quõ iam plane de-
fecerit·clamãt nudi·clamãt famelici·clamant
inedia moꝛientes·Relegata eſt miſericoꝛdia a
filiis hoĩm·clauſa eſt ianua pietatis·contracta
eſt largitas·niſi q̄ vanitati·aut cupiditati de-
ſeruit·Aruit fõs ꝯpaſſionis et viſcera ſua clau
ſit·& ſic nõ reſtat aliud·niſi ꝙ cito fiat iudici-
um ſine miſericoꝛdia·illis qui ob caritatis de-
fectũ miſericoꝛdiã nõ fecerũt·Tertiũ ſignũ
erit iniquitatis inundatio·Nã timoꝛe dei poſt
poſito·& amoꝛe reiecto·& honoꝛe cõtempto·
quid reſtaſtat niſi maloꝝ inundatio·iniquita
tum multiplicatio·innũ abiliũq3 ac indicibiliũ
ſupabundãtia peccatoꝝ·Ideo videmus imple-
tum illud oſee·iiii·Non eſt miſericoꝛdia·non
eſt veritas·ñ ē ſcientia dei in terra·Maledictũ
mendaciũ inundauerũt·& ſanguis ſanguinẽ
tetigit·Et clare videmus impletũ·quod p̄dixit
apl's·ii·Ad thy·iii·In nouiſſimis diebus inſta
bũt tempa piculoſa & erũt hoĩes ſeipos aman
tes amoꝛe·ſ·p̄uato·de quo dicit aug⁹·Ciuita-
tem dyaboli fecit amoꝛ ſui vſq3 ad contemptũ
dei·Ex iſto enĩ amoꝛe oĩa mala pueniũt·Sicut
ex caritate conſtat pulalare virtutes·Vñ poſt
illud·erũt hoĩes ſeipos amãtes·ſequitᷣ·Cupidi
elati·ſupbi·blaſphemi·parẽtibus non obedien
tes·ingrati·ſceleſti·ſine affectione·ſine pace·

crimmatores·incōtinentes·immites·ſine beni
gnitate·ꝓditores·ꝓterui· tumidi· voluptatū
amatores magis q̄ȝ dei· Tales etiam deſcribit
idem apl's Ro·i·dicens eos eſſe repletos omni
iniquitate·malitia·fornicatione·auaritia·ne=
quitia·plenos inuidia·homicidiis·cōtentione
dolo·malignitate·ſuſurrones·detractores·deo
odibiles·cōtumelioſos·ſuperbos·elatos·inuēto=
res maloꝝ·inſipientes·incōpoſitos·ſine affe=
ctione· ſine fedē· abſqȝ miſericordia·O· ſi q̄s
linceis oculis cōſcientiaꝝ parietes penetrare·&
cordiū occulta luculēter poſſȝ inſpicere· occur
rerent crimina q̄nto ſecretiora·tanto forſitan
grauiora·Sed ne publicemus occulta dedeco=
ris aut parietē fodiamus· vt appareat ydoluȝ
abhoīationis·quia nec teſtes ſumus·nec iudi
ces occultoꝝ·ſȝ aliū habebūt iudicē·n̄ regē vel
p̄ncipē·ſȝ cōſcientiaꝝ ſecretiſſimū inſpectorē·
quia om̄ia nuda ſint oculis ei9·qui ſicut nihil
deſeret inſcrutatū·ita nihil p̄teriet impunitū·
videamus que palā corā ſole gerunt̄· que nec
ignorari poſſūt·nec aliq̄ tergiuerſatione celari
nec excuſationis pallio opiri· quia tam impu=
dēter agunt hodie peccatores·vt frontē mere=
tricis excedere videant̄· De quib9 dictum eſt
yſa·iii·Peccatū ſuū quaſi ſodoma p̄dicauerūt·
immo et laudat̄ peccator in deſideriis aīe ſue
et iniquus bn̄dicit̄ & publicatis peſtiferis ad=
uentionib9 vitioꝝ qui eſt in eis aſtutior & ef=
frenatior·ille ꝓbior·ſapiētior·& valentior iudi
catur·Verecūdia quoqȝ importabilis eſtimat̄
innocentem vel minus impiū eſſe inter hoīes
ſceleratos· ſimplicē inter vulpes colūbaȝ inter
vultures·agniculū inter lupos·Inhonorat̄ de
us iniquis opibus et linguis nō ſolū peieran=
tiū·ſȝ blaſphemantiū nomē eius ſceleratiſſime
lacerat̄·eius mandata ꝯtemnunt̄·ꝓmiſſiones
vilipēdunt̄·cōminatōes non timent̄·ſupplicia
nō horrent̄·leges abolent̄·& pro libito volun
tatis nequiter exponunt̄·& ſicut ait cyp̄anus
cōſenſere iura peccatis·& cepit licituȝ eſſe qd̄
publicū·Iura iniuriis militāt·& iniurie pro vi
ribus inducunt̄·abuſiue ꝯſuetudines ſāxiunt̄
Legē hn̄tes ſine lege viuūt·& legibus abutun
tur·Diues pauperem ſubpeditat·& potēs oppri
mit īpotentē·vulpes cuniculū·lup9 agnū·vul=
tur colūbam·accipit̄ alaudā deuorat·Et īpius
iuſtū et ſimplicē verſipell'·Facti ſunt homies
ſicut piſces maris·& ſicut reptilia nō hn̄tia p̄=
ceptorē·In mari pyrhate p̄dant̄·in viis inſidi=
ant̄ p̄dones·latrones in nemoribus· fures in
domibus·in vrbibus abūdant ſedicioſi·in cu=
riis ꝓditores·ſeuit inuicē diſcordātiū malitia·
litigiis replent̄ omnia ·veritas odio habetur·
et procul abiicit̄·iuſtitia puertit̄·equitas ener
uat̄·regnat īpietas·ſeuit rapacitas· cupiditas
dn̄atur·Quid plura·Que lingua·aut quis in
tellectus cogitare ſufficeret·que·quot·qualia
quātaqȝ flagitia cōmittunt̄·Quia em̄ nō ꝓfer
tur cito cōtra malos ſentētia· filii hoīm abſqȝ
vllo timore ꝑpetrāt mala ·Cū igit̄ multitudo
ſit in ſcelere·nec ſperari poſſit correctio· quin

potius quotidie creſcit malitia·inſoleſcit teme
ritas·obfirmat̄ audacia·effrenat̄ impudentia
ſperat̄ impunitas·& in immēſum iniquitas·
cumulat̄·quid reſtat·niſi dolor & gemit9·Nō
em̄ ſenio crimia moriunt̄·nec vetuſtate tēpo=
rum obruunt̄·q̄nimmo velut ydra vno capi=
te reſecato alia validius & numeroſius pullu=
lantia renaſcunt̄·Sic addunt̄ peccata peccatis
adinueniunt̄ noua & multiplicant̄ abſqȝ nu=
mero & peccādi libidinoſa rabies ardenti9 in=
flammat̄·Quid igit̄ amplius expectare debe
mus·niſi ꝙ in breui ſit finis a iuſto iudice tot
et tantis flagitiis· tam horrēdis abhominatō
nibus imponendus·Debem9 em̄ diligēter ad
uertere·& memoriter retinē·qd̄ gen̄·vi· legi=
mus· Videns deus ꝙ multa malitia hominū
eſſet in terra· & cūcta cogitatio cordis hūani
intenta eſſet ad malū om̄i tempe· penituit eū
ꝙ hoīem feciſſet in terra·Et infra·Finis vniū
ſe carnis venit corā me·repleta ē terra iniqui=
tate a facie eoꝝ·et ego diſperdā eos cum terra
Ecce ꝙ ꝓpter multiplicationē & redundantiā
peccatoꝝ·et ad purgationē mundi·& extermi
nationē hoīm impioꝝ immiſit dn̄s cathacliſ=
mū aquaꝝ·Iteȝ gen̄·xviii·Dixit dn̄s ad abra
ham·Clamor ſodomoꝝ et gomorreoꝝ multi=
plicatus eſt·& peccatū eoꝝ aggrauatū eſt ni=
mis·Et ſequit̄·Qꝫ pluit dn̄s ignem et ſulphur
de celo·q̄nqȝ ciuitates oīno ſubuertēs cū om̄i=
bus hoībus·necnō & infantulis et iumentis·
Item qn̄ multiplicata ſunt peccata ppl'i chana
an precepit dn̄s filiis iſrl'·vt in ingreſſu ſuo in
terram ꝓmiſſionis·ꝓrſus exterminarent eos·
nec quenq̄ȝ viuere p̄mitterēt·vn̄ quia aliquib9
pepercerūt·increpari a dn̄o meruerūt·ſic dicit̄
Ioſue·ii·Itē diu ſuſtinuit dn̄s peccata filioruȝ
iſrl'·Sed poſtq̄ȝ cōplete ſunt iniquitates eoꝝ·
eiecit eos a facie ſua· de terra ſua transferens
eos in exteras nationes·Primo decē tribus·ſi
cut habemus·iiii·Reḡ·xvii·poſtea duas trib9
quarti regum vlt̄·Sed illa abiectio ſeu tranſ=
latio fuit tempalis· vnde poſt annos ſeptua=
ginta redierūt·Sed poſtmodū quia xp̄m dn̄m
crucifigendo īmaniſſime peccauerūt·terrā ſu
am vſqȝ ad antixp̄i tēpus irrecupabiliter ami=
ſerūt·Sic etiā exterminata ſunt regna caldeo
rum·medoꝝ·perſaꝝ·necnō et grecoꝝ·q̄ ſuis
temporibus potentiſſima fuerūt & maxima·
tn̄ ꝓpter iniquitates eoꝝ ad nihilū ſunt reda=
cta· Deniqȝ nup diebus iſtis etiaȝ xp̄iani nr̄i
propter eoꝝ peccata nepharia·que magis tacē
da cenſui q̄ȝ pandenda·iuſto dei iudicio p ma
nus infideliū nephandoꝝ trucidati captiuati
vel in fugā ꝯuerſi ſūt·De t̄ra ſācta ꝓmiſſiōis·
quā dn̄s ih̄s ſua bn̄dicta natiuitate·cōuſatōe
& morte ſacratiſſima ꝯſecrauit·turpiſſime ſūt
eiecti·quia flagitioſam eoꝝ vitā non poterat
amplius ſuſtinē·Hec om̄ia ſup̄dicta que ſunt
quedā particularia dei iudicia·ſūt etiā futuro
rū ſigna ꝓnoſtica·& futuri iudicii gn̄alis exē
pla·qm̄ ſicut deus illoruȝ iniquitates vſqȝ ad
prefinitum tempus p patientiā expectauit·&

poſtmodū iudiciū ſuū exercens·inflexibilr̄ ire ſue furoꝛē ſup eos effudit·Sic de gn̄ali iudicio firmiter eſt tenendū·licꝫ qn̄ ſit p̄ciſe futurum omni viuenti ſit incertū·niſi cui fuerit a dn̄o reuelatū·¶Quartū ſignū futuri iudicii erit·in diuerſis mūdi partibus facta cōmotio·Añ conſūmationē em̄ mūdi neceſſe eſt magnas·& mirabiles cōmotiones fieri in om̄ibus creaturis·Sicut nāqꝫ deus ſuum p̄mū aduentum in mundū qui debebat eſſe gracioſus et amabilis per ꝓphetas ſuos p̄nūciari voluit·multiſqꝫ figuris & enigmatibus p̄ſignari·ne ſi ſubito veniret·hoīes nō agnoſcerent q̄n potius vt ip̄m agnoſcētes cum om̄i deuotōne ſuſcipent ac anteq̄ꝫ venirꝫ ad eius ſuſceptionē deuotam cum om̄i ſe diligentia p̄pararēt·ſic ſc̄m eius aduentū terribilē& hoꝛrendū p̄ om̄s ꝓphas ſuos voluit ꝓclamari multiſqꝫ ſignis p̄cedentibus ꝓpinquū eſſe iudiciū faciet demōſtrari·vt ſaluandi qui boni ſunt ad melioꝛa·& amplioꝛa prouocent̄·& qui in peccatis ſuis ſūt citiꝰ ad penitentiā cōuertant̄·reprobi vero inexcuſabiles merito iudicent̄·Vñ bt̄s greg̈·ait·Saluatoꝛ nr̄ nos paratos inuenire deſiderās·ſeneſcētem mundum que mala ſequant̄ denūtiat·vt nos ab eius amoꝛe cōpeſcat·Appropinquante eius termino q̄nte pſecutiones p̄ueniant īnoteſcit·vt ſi deū in trāquillitate metuē nolumꝰ vicinū eius iudiciū·vel pſecutionibꝰ attriti timeamus·Itē qn̄ pr̄familias ꝯtra aliquē ꝓpter iniurias vel cōtumelias ſibi factas eſt vehemēter iratus om̄es eius domeſtici & amici ad domini ſui vindicādas iniurias vnanimiter animant̄·Sic oīs creatura factoꝛi ſuo deſeruiēs excādeſcit in toꝛmentū cōtra impios ad vindicandū iniurias creatoꝛis·Itē cū exigente iuſtitia in quibus quis peccat in his puniri debeat ſicut dicit̄ ſap̄·xi·per que quis peccat p̄ hec & toꝛquet̄·nos cunctis creaturis abutētes delinquimus iuſtū ē vt in cūctis·et a cūctis a iuſto iudice toꝛq̄amur·vt impleat̄ qđ dicit̄ ſap̄·v·Pugnabit pro eo oꝛbis terraꝝ·contra inſenſatos·Sicut ait greḡ·Om̄ia que ad vſuꝫ vite accipimus·ad vſum cōuertimus culpe·Sed oīa que ad vſum nr̄e p̄uitatis inflexìmus·ad vſuꝫ nobis vertunt̄ vltionis trāquillitatē pacis humane cōuertimus in vanā ſecuritatē·Et ideo iuſte·ſic̄ ait ſaluatoꝛ·Math·xxiiii·ſurget gēs cōtra gentē·& regnū aduerſus regnū·Pereg̈nationē vie·pro habitatione dileximus p̄rie·ideo erūt terremotus·Salutē coꝛpoꝛū in vſuꝫ redigimus vitioꝝ·ideo erūt peſtilentie·Vbertatis abūdantiā nō ad neceſſitatē carnis aſſūpſimus·ſꝫ ad pūerſitatē intoꝛſimꝰ voluptatis·ideo erit fames·Serenitatē aeris ſ̄uire nobis cogimus ad vſum terrene delectationis·& iđ erūt fulgura·tēpeſtates·& tonitrua·Iure igit̄ reſtat·vt ſimul oīa nos feriāt·que ſimul om̄ia vitiis nr̄is male ſubiecta ſ̄uiebant·vt quot in mūdo incolumes habuimꝰ gaudia·tot de ip̄o poſtmodū cogamur ſentire toꝛmēta·Attendēdū eſt aūt ꝙ in oībus creaturis & in ſingulis mundi partibus erunt cōmotiones mirabiles ad cogitandū·terribiles ad videndū·ſed pene intolerabiles ad ſuſtinēdū·Erūt em̄ hmōi cōmotiones in demonibus·in hoībus·in elemētis om̄ibus·in coꝛpoꝛibus celeſtibus·necnō & in beatis ſpiritibus·Primo quidē in demoībꝰ quia ſicut dictu eſt ſoluet̄ ſathanas·id eſt poteſtas eius relaxabit̄·Permittent̄ em̄ demōes foꝛtius ſolito temptare hoīes·vehemētius impugnare·acrius pſequi·& ex tota ſua malitia amplius in eo deſeuire·Vñ ip̄i crudelitate cōmoti multas hoꝛribiles cōmotiones ī hoīes excitabunt̄·ac totū mundū contra eos mirabilr̄ cōmouebūt·Item erit cōmotio in hominibus·Nam ſicut p̄dixit dn̄s·Erūt p̄lia et ſeditiones Bella ad hoſtes ptmēt·ſicut ait greġ·ſeditiones ad ciues·vt ergo nos indicet interius exteriuſqꝫ turbari·aliud nos fatet̄ ab hoſtibꝰ·aliđ a fratribus ppeti·Surget em̄ gens cōtra gentem·& regnū aduerſus regnuꝫ·Tollet̄ vbiqꝫ pax de terra·vbiqꝫ p̄lia mouebunt̄·Inſurgent maioꝛes contra ſe inuicē·& cōtra minoꝛes alios·Minoꝛes ſimilr̄ in maioꝛes·ac etiā inſeipſos·regnuꝫ contra regnū aliud diuidet̄·& in ſeip̄o diuiſionū ſciſmatibꝰ diſcindet̄·Ciuitas ciuitatē impugnabit·caſtrū vnuꝫ inſurget in aliud·domus cōtra domū·familia cōtra familiam·pſona cōtra pſonā armabit̄·Tumultuabit̄ puer contra ſenē·& ignobilis cōtra nobilē p̄ncipes cōtra ſubditos·et ecōuerſo·layci cōtra clericos & ecōtrario·religioſi cōtra ſeculares·et ecōuerſo·religioſi cōtra religioſos alios·ac ip̄i diuident̄ multifoꝛmiter in ſeip̄os·Clerici·contrat p̄latos et ecōuerſo cōſurgent·Nō erit collegiū aut monaſteriū·vbi non tumultuoſa cōmotio & ſedicioſa turbatio cōcitet̄·Tūc implebit̄ illud Iere·ix·Vnuſqſqꝫ ſe a ꝓximo ſuo cuſtodiat·& in om̄i fratre ſuo nō hēat fidutiā quia om̄is frater ſupplantās ſupplantabit·& oīs amicus fraudulēter incedet·& vir fratreꝫ deridebit·& veritatē ñ loquet̄·Sequit̄·Sagitta vulnerans lingua eoꝝ dolum locuta eſt·In oꝛe pacē cū amico ſuo loquit̄·& occulte poīt ei inſidias·Et michee·vii·Nolite credere amico·et nolite cōfidē in duce·ab ea que doꝛmit in ſinu tuo·cuſtodi clauſtra oꝛis tui·quia filius cōtumeliā facit patri·& filia cōſurget aduerſus mr̄em ſuā·nurus cōtra ſocrū ſuam·& inimici hoīs domeſtici eius·Et qđ lōge grauius ē tradet frat̄ fr̄em in moꝛtē·& pater filiuꝫ·& inſurgent filii in parentes·& moꝛte afficiēt eos·ait ſaluatoꝛ Math·xxiiii·Sicut aūt in coꝛpe naturali cū mēbra ſingula diſſoluunt̄·& cathena aurea·id eſt armonia totius coꝛpoꝛis·qua videlicet inter ſe·& aīa ſimul cū coꝛpe tenebantur mirabili nexu ꝯcoꝛdie federata·diſſidentibus elemētis in coꝛpe·q̄ſi quadā intrinſeca pugna·vno eoꝝ p̄dn̄ante ſup alia diſſipat̄·neceſſe eſt hoīem cito moꝛi·ſic in coꝛpe vniuerſi reipublice certiſſimū ſignū deſtructionis eius finalis ē taꝫ hoꝛrenda diuiſio qualis ſupius eſt deſcripta·Ait eniꝫ ſaluatoꝛ·Math·xii·Omne

regnũ cõtra ſe diuiſũ deſolabit᷑. et omnis ciui
tas et domus ꝯtra ſe diuiſa nõ ſtabit. Itẽ ſicut
in edificio materiali qñ parietes ab inuicẽ ſep=
ant᷑. ac ſinguli quoqꝫ parietes interrupti fiſſu
ras multas habẽtes. intrinſecus et extrinſecus
diſſoluunt᷑. exterminiũ illius edificii ſine ſpe
repationis indicãt. & minant᷑. Sic in ꝓpoſito
intelligendũ eſt. ꝙ tãta cõmotio in corpe rei=
publice finalis eius exterminii. eſt euidentiſſi
mũ argumentũ. ¶ Itẽ erũt cõmotiones in ele
mentis omĩbus. Nam in terra erit fames va=
lida. nõ in vna regione tm̃ vel ꝓuintia. ſꝫ vbi
qꝫ terraꝶ ſterilitas et defectus neceſſarioꝶ ad
victũ. In viſcerib⁹ quoqꝫ terre tanta fiet cõmo
tio ꝙ erũt terremotus horribiles. crebriores.
& incompabilr̃ vehemẽtiores ſolito. id eſt cre
brius & in pluribus mũdi partibus accidẽtes
tam violẽti vel fortes vt ciuitates. turres & ca
ſtra deſtruãt ac montes a fundamẽtis penit⁹
euertant. Tũc implebit᷑ illud yſa. xxiiii. Con=
fractione cõfringet᷑ terra. cõtritione cõteretur
terra. cõmotione cõmouebit᷑ terra. agitatione
agitabit᷑ terra. Et qđ dñs ipſe p̃dixit. Erit fa=
mes. & erũt terremotus magni p loca. In aqs
ſimilr̃. id eſt in mari & fluminib⁹ erũt cõmo
tiones. videlicꝫ inundatões inſolite. ſonit⁹ in=
auditi ꝓcelloſe fluctuũ cõmotiones. eleuatio=
nes. ac depſſiones vndaꝶ. ac tempeſtates tam
auditu t̃ribiles q̃ꝫ aſpectu. In aere quoqꝫ mul
te cõmotiones & multiplices erũt. videlicꝫ epi
dimie. id eſt infectiones maxime ex quib⁹ ori
entur peſtilentie. id ẽ corruptiones. morbos &
mortes innũabiles tam in hoĩbus q̃ꝫ iumẽtis.
& beſtiis gñantes. Erũt etiã tonitrua. choru=
ſcationes. & fulgura. tempeſtates et grãdines
eſtus intolerabiles. ventoꝶ cõcurſus & turbi=
nes. Hec aũt oĩa tanta & tam crebra erunt.
qualia nunq̃ꝫ añ fuerũt. ita vt hoĩes ſup terrã
areſcant. & velut amentes p̃ timore & cõfuſi=
one fiant. Vñ ſap. v. dicit᷑. Ibũt directe emiſ=
ſiões fulgurũ tanq̃ꝫ habene curuato arcu nu=
biũ exterminabũt᷑. et ad certũ locũ inſiliẽt. & a
petroſa ira plene mittent᷑ grãdines. et excande
ſcet in illos aqua maris et flumina cõcurrent
duriter &c̃. ¶ In igne vero erũt cõmotiones
ex conflagr̃tõe igniũ mũdanoꝶ. De qua dicet᷑
infra. ideo ſupſedeam⁹ ad p̃ſens. ¶ In corpib⁹
quoqꝫ celeſtibus erũt cõmotiones. ſicut ait ſal
uator. Luc. xxi. Erũt ſigna ĩ ſole & luna et ſtel
lis. Exp̃ſſius. Math. xxiiii. Sol obſcurabit᷑. &
luna nõ dabit lumẽ ſuũ. & ſtelle cadent de ce=
lo. Scđm ambroſiũ. ſol et luna ad temp⁹ poſ
ſunt intelligi priuari lumine ſuo. & pacto die
iudicii maius lumẽ recipiẽt. Et chryſo. ait. Pa
trefamilias moriente. domus tota turbat᷑. fa=
milia plangit. & nigris ſe veſtimẽtis induũt.
Sic humano genere ꝓpter quẽ facta ſũt oĩa
circa finẽ cõſtituto. celi miſteria lugẽ dicunt᷑.
et candore depoſito tenebris induunt᷑. Vnde
Act. ii. Sol conuertet᷑ in tenebras. & luna ĩ ſã
guinẽ. añq̃ꝫ veniat dies dñi magnus et mani
feſtus. Et ſũpta eſt hec auctoritas de Ioel. ii.

quaſi a facie dñi contremuit terra. moti ſunt
celi. ſol et luna obtẽbrati ſunt. & ſtelle retraxe=
runt ſplendorẽ ſuũ. Pro tanto de ſtellis dicit
pñs. Math. xxiiii. Stelle cadent de celo. Quia
videlicꝫ nõ lucebũt nec videbunt᷑. ac ſi cecidiſ=
ſent de celo. Aliter hec verba poſſunt intelligi
ſm Ambroſiũ. Ieronimũ. & Bedã. Sol & lu=
na obſcurari dicunt᷑ nõ diminutione ſui lumi
nis. ſed ſupueniẽte claritate maxima veri ſol.
obſcurari. & nullius eſſe lumĩs videbunt᷑. yſa.
xxiiii. Erubeſcet luna & cõfundet᷑ ſol. cum reg
nauerit dñs exercituũ. et ſtelle cadẽt de celo.
Nõ quia ſtelle que ſũt lumĩa quedã celi credẽ=
da ſint cadere vel corrũpi. ſꝫ ĩ ſupiori parte ae=
ris fient inflãmationes vehemẽtes & multe. q̃
ſic diſcurrẽt p aera. vt quaſi ſtelle de cello cadẽ
videant᷑. Vel ſm Ambro. Stelle cadẽt &c̃. id
ẽ q̃ fulgere videbant᷑ in eccleſia. et eſſe firmiſ=
ſimi. turbabunt᷑ a ſanctitate vite & veritate fi
dei p̃turbatione cadentes. Tandẽ erũt cõmo=
tiones etiã in beatis ſpiritibus. ſicut ait dñs.
virtutes celoꝶ mouebũt᷑. id eſt angeli. Et dicũ
tur virtutes celoꝶ. quia in celis eſt eoꝶ habita
tio. Aut ſm phõs. quia ſunt motores orbium
celeſtiũ. Moueri aũt dicunt᷑ motu. ſcꝫ reueren
tie. Ex cõſideratione em̃ maieſtatis iudicis ve
nientis reſiliẽt in ꝓpriã paruitatẽ. & videntes
eum iratum cõtra impios. q̃ſi tremere videbũ
tur. Sicut p̃rfamilias vehemẽter irato. oĩes
eius amici motũ quedã & ſigna cuiuſdã cõfor
mationis oñdunt. Aut dicunt᷑ moueri ad lr̃aꝫ
quia explebũt miſteriũ cõſummationis mũdi
et reſurrectõis generalis. Sicut dicit᷑ Math.
xiii. Mittet fili⁹ hoĩs angelos ſuos & colligẽt
de regno eius oĩa ſcãdala. Et infra. Exibũt
angeli et ſepabunt malos de medio iuſtorum
Et rurſum. xxiiii. Mittet angelos ſuos cũ tu=
ba & voce magna. & congregabunt electos
eius &c̃. Vñ chryſo. Exurgenti regi celeſti iu=
dicare viuos et mortuos. virtutes ãgelice mo=
uebunt᷑. terribiles miniſtri. terribilẽ dñm p̃ce=
dentes. ¶ Ieronimus aũt dicit ſe inueniſſe ſcri
pta in ãnalibus hebreoꝶ. xv. ſigna iudiciũ pre
ſceſura. Prima die eriget ſe mare ſup altitudi=
nes mõtiũ q̃draginta cubitis ſtãs ĩ loco ſuo q̃ſi
mur⁹. Scđo tantũ deſcẽdet. vt vix videri poſ=
ſit. Tertio marine belue apparẽtes ſup mare
dabũt rugit⁹ vſqꝫ ad celũ. Quarto ardebit ma
re et oĩs aq̃. Quĩto herbe & arbores dabũt ro
rẽ ſanguineũ. Sexto ruent edificia. Septimo
petre adinuicẽ collidẽt᷑. Octauo fiet gñalis ter
remot⁹. Nono equabit᷑ terra Decimo exibunt
hoĩes de cauernis et ibũt velut amẽtes. nec po=
terũt mutuo ſibi loqui. Vndecĩo ſurgent oſſa
mortuoꝶ et ſtabunt ſup ſepulcra ſua. Duode
cimo cadẽt ſtelle. Tertiodecimo morient᷑ viuẽ
tes. vt cũ mortuis reſurgãt Quartodecĩo arde
bit celũ et terra. Quĩtodecĩo fiet celũ nouũ et
terra noua. & reſurgẽt oẽs. Veꝶ aũt ꝯtinue an
nẽpolate fuẽa ſint iſta. Iero. ñ exp̃ſſit. ¶ Hec
dicta de duob⁹ añcedẽtib⁹ iudiciũ. ſcꝫ ď ãtixp̃i
pſecutõe & de mũdi cõſũmatione ſufficiãt.

## DE MVNDI PVRGATIONE· DIS·III·

Conſequēter dicendū
eſt de duobus ꝯcomitātibꝰ aduentū
iudicis·et p̄mo de mūdi purgatiōe
Secundo de generali copoꝝ reſur=
rectione· Quantū ad p̄mū ſciendū ꝙ vetu=
rum iudicē p̄cedet ignis·qui faciē huius mun
di cōburet·peribūtq₃ celum & terra·Sicut ait
dn̄s·Math·xxiiii·Celū et terra tranſibūt·nō
ſm̄ ſubſtantiā·ſ₃ ſm̄ ſpeciē que mutabit̄ ī me
lioꝛē·celū dico aereū·nō ethereu₃·Tantum at
aſcendet ignis p̄ambulus iudicii·q̄ntū aſcēde=
rūt aque diluuii·ſc₃ vigintiq̄nq₃ cubitis ſuper
cacumina montiū· vt hāc mūdi partē purgēt
a ſoꝛdibus peccatoꝝ·Nam hoīes peccatoꝛes n̄
ſolum ſuis ſceleribus maculant̄ ·verūetiā ſuā
hab itationē inquināt·om̄ſq₃ creaturas quaꝝ
obſequiis abutunt̄ inficiūt & p̄uertunt·Ideo
tm̄ aſcendē credendus eſt ignis mūdi purga=
tiuus·q̄ntū aſcendē potuerūt fumi ydolatrie·
aut fetoꝛ criminū alioꝝ·Terram igit̄ mare &
om̄s aquas·ac aeris craſſitudinē purgabit·ele
ctos etiam ſm̄ ap̄lm̄ emūdabit·repꝛobos vero
toꝛq̄bit·Vt em̄ ait Aug̊·hoc erit incendiū ſan
ctis·quod fuit tribus pueris caminus babilo=
nis·De reprobis vero dicit̄ in·p̄s·Ignis ante
ipſum precedet·& inflāmabit inimicos eius·

## DE CORPORVM RESVRRE= CTIONE·

Dicto de mūdi purgatōe
dicendū ē de gn̄ali coꝛpoꝝ reſurrectō
ne·Circa quā ꝯſiderāda ſūt q̄nq₃·Pri
mo ꝙ futura ſit reſurrectio·Scōo ꝙ vnuſq̄ſ=
q₃ reſurget idē ī numero Tertio ꝙ om̄s reſur
gent in ꝑfecta etate·Quarto ꝙ om̄s reſurgēt
immoꝛtales·Quinto ꝙ om̄s erūt impaſſibiles

¶ Circa p̄mum ſciendū·Reſurrectionē coꝛ=
poꝝ futurā eſſe ꝓbat̄ multipl'r·videlic₃·Aucto
ritatibus·Rōnibꝰ·et Exēplis·Et p̄mo aucto=
ritate et teſtimonio ꝓphetaꝝ·yſa·xxvi·Viuēt
moꝛtui tui·& interfecti tui reſurgēt·Et poſt·
Vos q̄ in puluere eſtis &c̄·Eze·xxxviii·c·Hec
dicit dn̄s deus·Ecce ego aperiā tumulos vr̄os
et educam vos de ſepulchris vr̄is pp̄l'e meꝰ·Et
poſt·Dabo ſp̄m̄ meū in vobis·& viuetis·Dan̄
xii·b·In tempe illo ſaluabit̄ pp̄l's tuus·omnis
qui inuētus fuerit ſcriptꝰ in libro vite·& m̄lti
de his qui doꝛmiūt ī puluere terre euigilabūt·
Alii in vitā eternā·alii in obprobriū vt videāt
ſemp·Hoc teſtatus ē danieli angelus indutus
lineis cū iuramēto in ꝯſpectu duoꝛū angeloꝝ
Itē Iob·ii·e·Subleuabit de coꝛruptione vitam
meā·Item illi ſeptem fr̄es cum m̄re de quibus
ii·Mach·vii·d·Om̄s martyriū gratāter ſuſci=
piebāt ꝓpter obſeruantiā legis·& ſpem reſur
rectionis·qui teſtimoniū ꝑhibēt de hac in ex=
tremo ſpiritu conſtituti·quoꝝ vnus ait·Rex
mundi ꝓ ſuis legibus defūctos in eterne vite
reſurrectione ſuſcitabit·Et alius mēbra obtu=
lit ad martyriū·dicens·E celo iſta poſſideo·ſ₃
propter dei leges hec ipſa deſpicio·qm̄ ab ipo
me ea recepturū ſpero·ſil'r alii et mater eoꝝ·
¶ Legit̄ in hyſtoꝛiis romanoꝝ·Q cū tēpoꝛe
theodoſii impatoꝛis quidā philoſophi & multi
viri eccleſiaſtici·imo vero heretici dogmatiza=
rent coꝛpoꝝ reſurrectionē nō eſſe futurā·niſi
ſp̄ūaliter·& alii catholici ſentirēt & aſſentirēt
ꝙ futura eſſet coꝛpoꝛal'r·Cū in his eſſet impa
toꝛ theodoſiꝰ anxius et dubius quid eſſ₃ tenē=
dum cum terra effoderet̄ apud conſtātinopo
lim pro fundamēto quodā iaciendo·aptu₃ eſt
ſepulcrū cuiuſdā antiquiſſimi p̄hi et famoſiſ=
ſimi·qui fecerat ſcribi & ſculpi ſecū in ſepul=
cro ſuo articulos fidei nr̄e·ꝙ ſc₃ dei filiū crede
ret cōcepturū de virgine·& naſcituꝝ &c̄·Per
quē etiā ſperabat ſe reſurrecturū coꝛpaliter in
iudicio futuro·In cuius iudiciū oſſa ſua tempe
theodoſii impatoꝛis ſoli paterēt·Ad hm̄ōi er=
go ſepulcri apertionē·& ſcripture inuentionem
et fides catholica eſt cōfirmata·et hereſis con=
futata·Iob·xix·Scio ꝙ redemptoꝛ meꝰ viuit·
& in nouiſ·die de terra·ſur·ſum·&rur·circū·
pel·me·& in car·mea vide·de·ſalua·me·&c̄·
Itē teſtimonio illoꝝ q̄ p̄cipui fuer̄t inter xp̄ia=
nos·ſc₃ apl'oꝝ·qui articulū fidei dixerunt car
nis reſurrectionē·quē qui nō crediderit ſaluꝰ
eſſe nō poterit·Ap̄l's paulus p̄mo coꝛ·xv·Om
nes quidē reſurgemus·Et·i·theſſ₃·iiii·Moꝛ
tui qui in xp̄o ſunt reſurgent p̄mi·Item beati
martyres pro huius ſpe et teſtimonio coꝛpoꝛa
ſua ad ſupplicia tradiderūt·Sup oīa aūt deb₃
valere teſtimoniū xp̄i·cuius virtute ipa reſur=
rectio fiet·qui hanc futura₃ p̄dicauit·Ioh·v·
Procedent qui bona fecerūt in reſurrectionē
vite·qui vero mala eger̄t ī reſurrectionē iudi
cii·Item hanc futurā ꝓbauit ſaduceis·Math·
xxii·& Luc·xx·Per hoc ꝙ deus dixit moyſi·
Ego ſum deus abrahā·deus iacob·deus yſaac
Deus em̄ nō eſt deus mortuoꝝ·ſ₃ viuentium
Om̄s em̄ viuūt ei·quia eos pōt reſuſcitare qn̄
vult·Itē exēplo ſuo et ſuoꝝ ea₃ futurā p̄mon=
ſtrauit·Math·xxviii·Multa coꝛpoꝛa ſancto=
rum qui doꝛmierāt ſurrexerūt·& exeūtes de
monumētis ⁊c̄·De eius reſurrectione·Math·
xxvii·& Romo·xvi·& Luc·xxiiii·¶ Pōt aūt
hoc idem et rōnibus ꝓbari·Reſurrectionem
nempe futurā exigit dei veritas infallibilis·q̄
per ꝓphetas ſuos eā p̄dixit & ꝓmiſit eſſe fu=
turā·ſicut patet auctoꝛitatibꝰ p̄miſſis·ꝓphete
aūt diuinitus inſpirati·nō poſſūt eſſe mētiti·
¶ Item equitas ſūme iuſtitie requirit·vt ſm̄
ꝙ om̄s boni vel mali ī ſuis coꝛpoꝛibꝰ meruer̄t·
hoc eis in vtriſq₃ reddat̄·Math·vii·Eadē mē=
ſura qua mēſi fueritis remetiet̄ vob·Et yſa·
lxi·In terra ſua que eſt terra hereditatis et̄ne
duplicia poſſidebūt·id eſt duplicē gloꝛiā ī aīa
ſc₃ et coꝛpoꝛe·Cum autē boni ꝑ coꝛpoꝛa ſua·
q̄ſi ꝑ inſtrumēta·vel oꝛgana aīaꝝ deo ſerui
erint·mali vero de coꝛpibꝰ ſuis·& ꝑ coꝛporea
inſtrumēta·q̄ſi incitatiua ad malū deū impu=
gnauerint·& ꝑ coꝛpoꝝ ſuoꝝ oꝛgana peccaue=
rint cōtra eum·Ad iuſtū iudiciū ꝑtinet vt per
que deo ſeruiuit aliq̄s·ꝑ hec etiā remuneretur
Et ꝑ que peccauit·ꝑ hec etiā toꝛq̄at̄·Itē iudex
oīm ſūme iuſtus·tam maloꝝ q̄₃ bonoꝝ coꝛpa

ſuſcitabit·vt ea q̃ meriti vel demeriti coopati=
ua fuerͤt·participatõeȝ etiã p̃mii vl' ſupplicii re
cipiãt ineternũ·Item hoc exigit coꝛpis eccleſie
cõfoꝛiitas& ꝯgruitas·Nõ em̃ ꝯgruũ eſt vt ſur
gente integro capite membra remaneãt ĩ par=
te in terra q̃ntũ ad coꝛpa·Non eſt foꝛmoſum
coꝛpus niſi membra integ̃liter ſurgãt·nec eſt
integrũ aliter coꝛpus·ſimiliter nec coꝛpꝰ eccle=
ſie aliter integrũ erit aut decẽs·niſi reſurgant
integre mẽbra·ſic̃ integre ſurrexit caput·Ideo
dicit apl'us·i·coꝝ·xv·Xp̃s ſurrexit a moꝛtuis
p̃mitie doꝛmientiũ·Et poſt·Vnuſquiſq; ĩ ſuo
oꝛdine reſurget·p̃mo xp̃s·deinde qui ſũt xp̃i·
Item hoc exigit hũani coꝛpoꝛis nobilitas·Si
em̃ alia coꝛpa aliq̃ vt ſũt ſemĩa p̃mo moꝛiunͤ
& putreſcũt·& poſt viuificanͤ·multo foꝛtius
videtͤ nobiliſſimũ genus ſeĩs·ꝓpter qd̀ alia ſe
mina facta ſũt cũ ſemĩatur nõ debẽ depire·ſ·
coꝛpus hũanũ cũ ſepelietͤ·vñ hoc ꝓbat apl's ꝑ
exemplũ ſemĩs·i·coꝝ·xv·Inſipiẽs tu qd̀ ſemi
nas nõ viuificatͤ·niſi p̃us moꝛiatͤ·Yſa·lxvi·
Oſſa veſtra ſicut herba germinabũt·Nec mi=
rum ſi hoc ſemẽ tm̃ moꝛiatͤ in terra anteq̃ȝ re=
ſurgat·quia alq̃ ſemĩa poſtq̃ȝ ꝑ centuȝ annos
latuerũt in terra·poſt centũ annos germinãt
opante natura·Hoc dicitͤ verũ eſſe de g̃no mi
lii·De quo dicitͤ ꝙ aliq̃ñ bene latet ĩ terra ꝑ cẽ
tum annos anteq̃ȝ germinet·vel etiã ꝑ mille·
Si hoc poteſt facere natura de taȝ paruo ſemĩe
q̇d miraris ſi hoc facit creatoꝛ qui ſup̃ naturã
eſt de tam nobili ſemĩe ĩ fine mũdi·Itẽ hoc ex
igit ſũmi regis curialitas·Quis em̃ rex eſſȝ cu
rialis cui ſeruiret ĩ exercitu ſuo fideliter miles
et ſcutifer·ſi ip̃e in fine p̃lii ſtipẽdia daret mili
tibus & nihil ſcutiferis qui ei ſ̃uiuiſſẽt vſq; ad
moꝛtẽ·Sic poſſent dicere ſcutiferi quod dicũt
inſipientes iudei·mal'·iii·Vanꝰ eſt oĩs qui ſer
uit deo·Item quid mirũ ſi ille qui creauit cũ=
cta de nihilo·de coſta hoĩs mulierẽ·de puluẽ
coꝛpoꝛis repet illud·Itẽ ſi artifices de cinerıbꝰ
vitrũ faciãt·& vitra fracta in foꝛnacẽ ꝓiicien=
tes et liquefacientes etiã pulcrioꝛa ex eis vitra
refitiãt·Quid mirũ ſi ſũmus artifex hoc faci
at de coꝛpoꝛibus nr̃is fractis·vt ip̃e refoꝛmet·
Phil'·iii·Saluatoꝛẽ expectamus dñm nr̃ȝ ihm
xp̃m qui refoꝛmabit coꝛpus humilitatis nr̃e
cõfiguratũ coꝛpi claritatis ſue·Itẽ hoc exigit
ꝑpetua ſanctoꝝ felicitas quoꝝ aĩe deſiderant
coꝛpoꝛa·q·ſuũ bonũ ſociũ qui fuit ꝑtices labo
ris & tribulationis·vt ſit ꝑticeps cõſolationis
Tertio põt ſuaderi reſurrectio naturalibꝰ ex
emplis et miraculis·Si vt dictũ eſt tempoꝛalis
artifex qui de puluere feni facit vitrũ·quare
non ſũmus artifex de pulueribus coꝛꝑis coꝛ=
pus reficiat·In partibus tyri & achon de ſabu
lo maris fit optimũ·vitꝝ·Itẽ de cinẽ fenicis no
ua fenix& nobilis renouatͤ·q̃ eſt auis nobiliſſi
ma·& ſola nidificat·et ſpecies aromaticas in
nido ſuo congregat·et ſe cũ eis cõburit·& de
puluere ſuo renouatͤ· ¶ Ad hoc aũt ꝓbandũ
ꝙ moꝛtuoꝝ reſurrectio futura ſit multã fidẽ
et fecit et põt facere miraclm de ſeptẽ doꝛmiẽ=
tibus·de quibus legitͤ ꝙ cũ detius impatoꝛ ve
niſſet epheſim·p̃cepit om̃es ydolis ĩmolare·
aut diuerſis ſuppliciis occidi·qui hoc non face
rent·Oblati ſũt·& accuſati ſeptẽ viri p̃mi ĩ pa
latio ſuo xp̃iani qui hoc facere cõtempſerunt·
quoꝝ p̃mus vocabatͤ maximus·& alius mal=
cus &c̃·cum dediſſent eis tempus deliberandi
vſq; ad reditũ ſuũ·ip̃i deliberato conſilio ven
ditis et erogatis ſuis paupibꝰ latebãt in ſpelũ=
ca in celyon monte·Cum aũt miſiſſent malcũ
tranſfiguratũ ſub habitu medici ad emenduȝ
neceſſaria victui·cum audiret detiũ inquirere
de eis reuerſus ad ſpelũcã ſociis hoc retulit·q̃
cum panẽ cõmediſſent dei volũtete doꝛmierͤt
vſq; ad tempa theodoſii·Detius aũt audiens
qualiter ſua erogaſſent·& ꝑ parentes eoꝝ qbꝰ
moꝛtẽ cõmmabatͤ cognoſcẽs ꝙ laterẽt in dicta
ſpelũca·maximis lapidibus os ſpelunce fecit
impleri vt ſic ibi deficerẽt·Duo atͤ viri xp̃iani
ruphinus et theodoꝛus martyriũ et geſta eoꝝ
deſcribentes ea inter lapides incluſerũt ſigna=
ta duobus ſigillis argenteis·Cum aũt tempe
theodoſii mota eſſet hereſis de reſurrectione
moꝛtuoꝝ·aſſerẽtibus multis ꝙ nõ eſſet futu=
ra coꝛpalis·& impatoꝛ theodoſius ſup hoc mlͭ
tum fleret·indutus cilitio·Accidit vt dũ q̇daȝ
volens edificare in dicto mõte ſtabulũ iumen
tis ſuis·& extraheret lapides de dicta ſpelũca·
excitati ſunt et credentes ſe doꝛmiuiſſe ꝑ ſpa=
cium ſolius noctis·querunt a malco q̇d de eis
tractaret detius·affirmantes ꝙ nulla ratione
ĩmolarẽt·Cum miſiſſent ad vrbẽ malcum vt
prius ad victualia emẽda·cum q̇nq; ſolidis mi
rabatͤ lapides ad os ſpelũce·& ꝙ videbat ſig=
nũ crucis ſup poꝛtas vrbis·& hoĩes loquentes
de xp̃o·& mutatões hoĩm et edificioꝝ·Et cũ
querẽs audiret ꝙ vrbs eſſet epheſus·credẽs ſe
dementatũ voluit redire·p̃us emptis panibꝰ·
venditoꝛes videntes monetã argenteã cũ yma
gine detii dixerũt ꝙ docereȝ eos theſauros an
tiquoꝝ impatoꝝ·& celarent eũ·quod cum ne
garet vinctũ fune duxerũt eũ ad marinũ ep̃m
et antipatũ pꝛoconſulem·Ip̃e aũt credebat ꝙ
traheretͤ ad detiũ cruciandus·Cum aũt quere
rent ab eo·ſ·ꝙ doceret eos vbi theſauros acce
perat·& vnde eſſet·et qui eſſent parentes ſui
a quibus dicebat ſe habuiſſe dictos argenteos
dixit eis noĩa & locũ parentũ ſuoꝝ·querẽs ab
eis mirantibus vbi eſſet decíꝰ impatoꝛ quem
antecedẽti die in vrbe dimiſerat·Illis aũt aſſe=
rentibus ꝙ de eo ñ extabat iam eis memoꝛia
manifeſtauit eis antedicta oĩa·& de ſociis ſu=
is·ad quos dixit eos cũ maxima multitudine
vrbis·quos inuenerũt in ſpelũca cũ coloꝛe ro=
ſeo·qui eadẽ teſtati ſũt·Littere atͤ inuẽte ſunt
paſſionis ſue·cum ſigillis argenteis eadem te
ſtantes·Cum aũt theodoſius vocatus de cõſtã
tinopoli aduieniſſet gaudẽs·ad aduentũ eiꝰ fa
cies ſanctoꝝ·ſicut ſol fulſerũt·qui ꝓcidẽs am
plexatus eſt eos flẽs ſup ſingulos·Qui dixerͤt
ꝙ ideo deꝰ eos reſeruauerat tãtis tempoꝛibꝰ
ſic̃ pueri ĩ vteris maternis reſeruanͤt ſine ſenſu

et doloꝛe· vt nullus de reſurrectione moꝛtuoꝝ
futura coꝛpal'r decetero dubitaret· Quo dicto
flectendo genua & oꝛãdo in dño doꝛmierunt
ei ſpiritus exhibentes· Cum autẽ impatoꝛ hoc
vidiſſet· fecit extrahi coꝛpoꝛa ſanctoꝛuꝫ extra
ſpeluncã· ꝑcipiens fieri loculos aureos in qui=
bus coꝛpoꝛa ſanctoꝝ collocarent̃· fletibus irri
gans coꝛꝑa ſinguloꝝ· Sꝫ nocte ipa apparuer̃t
ei ſancti· ꝑcipientes ei vt dimitteret eos ĩ pace
quieſcere· vbi quieuerãt in dicta ſpelũca· vſq;
quo eos dñs in reſurrectione generali reſuſci
taret· Quod ipe fecit· oꝛnãs oſtium ſpelũce la=
pidibꝰ deauratis· De doꝛmitio nis aũt tempe
quo ꝑmo doꝛmierũt· dicunt quidã ꝙ doꝛmie
rũt· ccc· lxxii· ãnis· ẜm alios ſolũ· c· xliiii· quia
ab incarnatione dñi vſqꝫ ad decii imperium
fluxerũt· cc· lii· & ita nõ doꝛmier̃t· niſi· c· xliiii
annis· Deciꝰ tm̃ vno anno regnauit· Itẽ ſi ad
rugitũ leonis ſuſcitant̃ leũculi· quare nõ poſ=
ſunt hoĩes ſuſcitari ad vocem filii dei· De quo
Oſee· xi· Dñs quaſi leo rugiet· & ipe rugiet·
Bene dicit Rugiet· quia ſuſcitationẽ bonoꝛũ
et maloꝝ ipe faciet· Itẽ ſi ad vocẽ vel ad peti=
tõeꝫ ſeruoꝝ filii dei· vel ad tactũ eoꝝ· vl' ad re=
rum eoꝛundẽ ſuſcitant̃ infiniti moꝛtui· quare
nõ ad iuſſionẽ om̄ipotẽtis filii dei qui om̄ipo=
tens eſt· Legit̃ in beati andree miraculis ꝙ cũ
pꝛedicaret in litoꝛe maris mare ꝓiecit ad litus
vnũ moꝛtuũ· Qui facta oꝛ̃one ad verbũ eius
ſuſcitat̃· Qui retulit aſtantibus quomõ erãt
quadraginta iuuenes qui audita fama bt̃i an
dree cõdixerãt ſibi vt ad ꝑdicationẽ eiꝰ ꝑ ma=
re venirẽt· Quod cũ facerent dyabolus eos &
bargaꝫ in qua erat ſubmerſit· Quod cũ dixiſ=
ſet· mare expulit alios trigintanouẽ ad litus·
quos om̄es verbo ſuſcitauit· Itẽ in vita bt̃i Io·
euãgeliſte legit̃· ꝙ ad tactũ eius tunice ponti=
fex ydoloꝝ duos moꝛtuos ſuſcitauit· Itẽ in vi
ta ſancti marcialis qui fuit vnus de ſeptuagi
taduobus diſcipulis dicit̃· ꝙ cũ beatus petrus
mitteret euꝫ apud lemonicas cũ duobꝰ ꝑſbite
ris cũ diu ꝓceſſiſſent vnꝰ ex ꝑſbiteris illis moꝛ
tuus ẽ· qui cũ ad ſanctũ petrũ rediiſſent & ac=
cepiſſent ab eo baculũ ſuũ· ad tactũ eius ꝑſbi=
ter ſurrexit· Similiter cũ beatus petrus tres di
ſcipulos ſuos· Euchardũ· Valeriũ· et Matnũ
ad cõuertẽdos theutonicos miſiſſet· in trãſitu
alpium moꝛtuus eſt maternꝰ· Duo aũt ad be=
atum petruꝫ reuerſi· recepto ab eo baculo ſuo
maternũ iam diu moꝛtuũ & ſepultum ꝑcepto
eius exhumãtes· & tangentes baculo petri· ſu
ſcitatũ ſecũ duxerũt treuerim· & magnã par=
tem theutonie cõuerterũt· Et iſti tres ſucceſ=
ſiue epi fuerũt· Poſtea aũt maternus in alpi=
bus vt dictũ ẽ ſuſcitatꝰ ꝑfuit in colonia eps· q̃
agripina tunc tempꝰ vocabat̃· Item· ii· dya·
xi· dicit̃· ꝙ cũ quidã monachi beati benedicti
edificarent parietẽ· apparuit ei in cella exiſtẽti
dyabolus dicens· ꝙ ibat fr̃es viſitare qui pari
etem quẽ edificabãt euerteret· vnũ paruũ mona
chũ ſub pariete attriuit· Beatus aũt bñdictus
coꝛpus laceratũ et oſſa attrita fecit in ſacculo
colligi· et in cella ſua reponi· ad cuiꝰ oꝛationẽ
et vocẽ dictus monachus repat̃· reintegratur
ſuſcitat̃· & oĩno ꝑſtine valitudini reſtituitur·
Quid mirũ ergo ſi verũ eſt qḋ dicit̃ in Iohã·
v· Venit hoꝛa qñ hii qui in monumẽtis ſunt
audient vocẽ filii dei· & qui audierint viuent
cum ſic viuificent̃ moꝛtui ad nutũ ſeruoꝛum·
Poteſt etiã valere ad ſuadendã laycis reſurre=
ctionẽ exemplũ qḋ legit̃· Eze· xxxviii· Vbi di
cit̃ ꝙ facta ſuꝑ eũ manus dñi· duxit eũ ĩ cam
pum magnũ valde q̃ erat plenus oſſibꝰ moꝛ=
tuoꝝ aridoꝝ· que ad vocẽ dei acceſſerũt ad iũ
cturas ſuas· & fuerũt in eis nerui· caro et pel=
lis· & ſpũs· & ſteterũt ſuꝑ pedes ſuos exercitꝰ
magnus valde· Quid mirũ ſi de oſſibꝰ aridis
& puluẽ refoꝛmat ꝑ ſemetipꝫ coꝛpoꝛa qui per
ſeruos ſuos videt̃ feciſſe cõſilia· & magis con
tra naturã· Legit̃ in vita beati Ioh̃· euãgeliſte
ꝙ quodã ph̃o demõſtrante mũdi diuitias con
temnẽdas· quidã iuuenes venditis ꝑ̃imoniis
ſuis· gẽmas ꝑcioſas emerũt· quos ad ſuaſionẽ
dicti ph̃i in foꝛo in oculis oĩm ad m̃randum
mũdi cõtemptũ attriuerũt· & in puluerẽ rede=
gerũt· Et cũ beatus Ioh̃· adueniẽs argueret hu
iuſmodi ꝯtemptũ ob mũdi gloꝛiã factũ· & di
ceret mundum ꝓpter xp̃m cõtemnendum ad
eos cõuertendos qui aduenerãt· & ad petitio=
nem eoꝝ gẽmas reintegrauit de pulueribꝰ &
fragmentis ſuis· Itẽ poſt ſabulũ in gẽmas cõ=
mutauit· Item· i· dya· vii· dicit̃ ꝙ cũ quidã mo
nachus lampades repararet vna fracta eſt cadẽs
ſuꝑ pauimentũ· & ꝯminuta· Qui timẽs abba
tis offenſã· fragmenta collegit· & oꝛãdo lam=
padem repauit & reintegrauit· Itẽ dyal'· iiii· dicit̃
Qꝫ beatꝰ bñdictꝰ capiſteriũ fractũ qḋ nutrix
ſua a vicinis ſuis mutuo acceꝑat ꝓpter affli=
ctionẽ eius oꝛ̃one facta reintegrauit· Quid er
go miraris· ſi ꝑ ſemetipm̃ reintegrabit coꝛpoꝛa
vt habeãt ipi quoꝝ fuerũt qḋ meruerũt ĩ ipis
qñ ad eius noĩs inuocationẽ hoc ſerui eius fe=
cerũt· Cuiꝰ vocatio & imperiũ lazarũ· et ado=
leſcẽteꝫ & filiã Iayri ſuſcitauit· Ad idẽ ꝑtinet
quod dic̃ greḡ· dyal'· xiii· De herculano paru=
ſieñ epo· quẽ totilas rex gothoꝝ fecit decapita
ri· & coꝛrigiã de toto coꝛpoꝛe abſcindi· quem
cum vellent poſtea ciues in eccleſia ſepelire ho
noꝛifice· & remouere a loco vbi extra muros
cum quodã puero ſepultum coꝛpꝰ eius erat·
inuenerũt coꝛpus pueri tabefactũ· & vermibꝰ
& putredine plenũ· Coꝛpus aũt martyris recẽs
et integrũ ita vt cõiungeret̃ caput coꝛpi· ita vt
nullum veſtigiũ vel cicatrix appareret ibi vl' ca=
pitis vel coꝛrigie ſublate· Item ĩ vita ſancti ger
mani antiſ̃· dicit̃· ꝙ cũ quidã poꝛcarius rece=
piſſet eum cũ ſociis· quem rex bꝛitanie nolue=
rat recipe· cum nõ haberet quid poſſet ei dare
& ſociis ſuis· vnicũ vitulũ quem habebat eis
parauit· Cunqꝫ comeſtus fuiſſet· dixit beatus
germanus vxoꝛi ꝙ oſſa colligeret· & in pelle
vituli poneret· & in ꝑſepio coꝛã matre appone
ret· Quo facto vitulus ſurrexit· & fenuꝫ cum
matre comedebat· Item cũ apud rauẽnam in

domo regine comederet·aſinus qui cū portare
cōſueuerat moriť· Cum aūt regina palefridū
offerret·vt ſup illū aſcenderet queſiuit ſi eſſet
aſinus ſuus·qui dicūt ei eum mortuū fecit ſe
duci ad locū·vbi aſinus iacebat mortuus·Cui
dixit·Surge muſcio·& ad hoſpitiū redeamus
qui ſtatim ſe excutiens ſurrexit·Itē in paſſio=
ne beati xp̄ofori legiť·ꝙ vt crederent quibus
ip̄e p̄dicabat futuram reſurrectionē· & alios
articulos baculū ſuū aridū in terra fixit·& p̄=
cepit ei vt frōderet & floreret et fructificaret·
quod ſtatim fecit hoc·Iob· xiiii·Lignū habet
ſpem·ſi p̄ciſum fuerit rurſum vireſcet·& rami
eius pululant &c̄·Item in hyſtoria karoli ma=
gni legiť· ꝙ cum milites ſui fixiſſent in ſero
haſtas aridas in tarra p̄ti· in mane cū oraſſet
qui ſuſcipere deberent martyriū ī bello·ꝙ hoc
ei dn̄s indicaret·inuenerūt illi qui mortui ſūt
in p̄lio haſtas ſuas frōduiſſe·Cum eas ampu=
taſſet·de eo qḋ infixū in terra radicauerat·cre
uerūt maxime arbores in ſignū ꝙ hii q̄ vide=
banť p̄uandi morte ad hoc vireſcerēt·vt eſſēt
magni in eternitate· ⸿ Circa ſc̄m ſciendum ꝙ
vnuſquiſqꝫ reſurget idem in numero qui fuit
prius·Sicut ait Iob·xix· In nouiſſimo die de
terra ſurrecturus ſum·& rurſum circūdabor
pelle mea·& in carne mea videbo deū·quē vi=
ſurus ſum egoip̄e· & oculi mei cōſpecturi ſūt
& non alius·Cum em̄ ad hoc fiat reſurrectio
mortuoꝝ·vt vnuſquiſqꝫ ſc̄m op̄a ſua recipiat
penā vel p̄miū·oportet ꝙ idemip̄e q̄ demeruit
puniať·& qui bene egit p̄miū cōſequať·Prop
ter quod ait ſaluator·Ioh̄·vi·Venit hora in q̄
om̄s qui in monumētis ſunt· audient vocem
filii dei· & ꝓcedent qui bona fecerūt in reſur
rectionē vite·qui vero mala egerūt in reſurre
ctionē iudicii·Ex hoc etiā ſequiť·ꝙ reſurgen=
tiū corpora erūt eiuſdē nature·alioqn nō eſſēt
eadem numero que fuerūt p̄us·Vn̄ dn̄s ait·
Luc·xxiiii·Videte manus meas & pedes me=
os·quia egoipſe ſum·Et poſtea· palpate & vi
date· quia ſp̄us carnē & oſſa nō habet ·ſic̄ me
videtis habere·Sic em̄ ait aug9· In quēcunqꝫ
puluerē cineremqꝫ reſoluať· in quoſcūqꝫ alio9
auraſqꝫ diffugiat·in quācūqꝫ corpoꝝ ſubſtan
tiā vel in ip̄a elementa vertať· in quorūcunqꝫ
aīalium·vel etiam hoīm cibū carnemqꝫ mute
tur·illi aīme in pūcto temporis eam reddet·q̄
illā p̄mitus vt homo viueret aīauit·Reſurget
aūt nō fantaſtice·ſ; vere·quicqḋ eſt de verita=
te humane nature·& in eo reſurget vnūquod
qꝫ in quo p̄mit9 habuit optimū ſuū eſſe· Vn̄
de coſta ade detracta de qua mulier formata
fuit·nō in adā reſurget·ſ; in eua·quia forma=
ta muliere ꝑfectior fuit hō quantū ad conſer=
uationē ſpeciei·q̄ꝫ ante·Eadē ratione manus
hoīs comeſta ab alio hoīe·reſurget in primo·
Quia vero corpus humanū ꝑfectiſſimū ē oīm
corpoꝝ inferioꝝ ·ideo caro bouis vel alterius
aīalis comeſta ab hoīe·& in carnē eius cōuer=
ſa·reſurget in comedēte·nō in ſua ſpecie quaꝫ
p̄us habuerat·ſed in ſpecie carnis humane·

⸿ Circa tertiū ſciendū ꝙ tunc ſc̄m apoſtolum
om̄s electi de cūctis orbis partibus occurrent
xp̄o in virū ꝑfectū·id eſt in virilem ꝑfectōeꝫ
quaſi·ſ·in ſtatu triginta vel circiter annorū
q̄ſi in etate xp̄i·in q̄ ſcꝫ xp̄s habuit plenitudi=
nem corporis·ſenſus et roboris·Reſurget etiā
vnuſquiſqꝫ in menſura etatis plenitudis xp̄i·
quia vnuſquiſqꝫ ſui corporis menſurā recipiet
quā ī etate trigīta annoꝝ habuit·etiā ſi ſenex
obiit·vel quā ī illa etate habitur9 eſſet·ſi vſqꝫ
ad eam ꝑueniſſet·Sic aūt modificabiť illa ma
teria corporis·vt nihil ex ea pereat·nihilqꝫ ſup
fluat·Sed ſi quid allicui defuit·deus ip̄e ſup=
plebit·vt om̄es reſurgāt in integritate mēbro=
rum·Et ſi quid enormiter abūdauerit in aliq̄
ſui parte·diuidereť ꝑ totum corpus vt nihil in
decens ſit in eis·Damnatoꝝ aūt corpora reꝑ
abunť integra abſqꝫ om̄i diminutione mēbro
rū·et abſqꝫ defectu et corruptione· quaꝫ error
nature vel infirmitas introduxit·Vn̄ ait apo=
ſtolus p̄ma coꝝ·xv·Mortui reſurgent incor=
rupti·Qḋ quidem tam de malis debet intellli
gi q̄ꝫ de bonis·Vn̄ quantū ad integritatē na=
ture nō erit differentia in corporibus bonoꝝ·
vl̄ maloꝝ·licet ī aliis bn̄ ſit magna differētia
ſicut iam on̄demus· ⸿ Circa quartū ſciendūꝫ
ꝙ om̄es reſurgent īmortales· Xp̄s em̄ mortē
n̄ram ſua morte deſtruxit·& om̄s defectus q̄
in naturā humanā ex peccato ꝓuenerāt·Ne=
ceſſitas aūt moriendi eſt defectus in nobis ꝓ=
ueniens ex peccato· Vn̄ ſic reſurgent omnes
a morte·vt non vlterius morianť·Sicut ergo
xp̄s reſurgens ex mortuis iam nō moriť·Ro
vi· ſic reſurgent om̄s nō iterū morituri· Vn̄
apoc̄·xx·Mors vltra nō erit·Et yſa·xxv·Pre=
cipitabit dn̄s mortē in ſempiternū·Ex p̄miſſis
patet·ꝙ poſt reſurrectionē nō erit vſus cibo=
rum nec venereorum·quia vſus ciborum cor=
ruptibili vite deſeruit·Cibos em̄ aſſumimus·
vel ꝓpter nutrimentum vt vitemus corruptō
nem que poſſet accidere ex conſumptione hu
midi naturalis·nihil ꝓpter augmentū· Om=
nes aūt in debita q̄ntitate reſurgent· Iteꝫ nec
vſus venereoꝝ erit·quia cōmixtio maris & fe
mine ordinať ad generationē per quā ſpecies
hoīs conſerueť & ꝑpetueť ī eſſe·q̄ in īdiuiduo
cōſeruari nō pōt·Reſurgentiū aūt vita īmor=
talis erit·vt dictum eſt·ita ꝙ in quolibet īdiui
duo cōſeruabiť ī eternū·Ideo dicit dn̄s·Math·
xxii·In reſurrectione neqꝫ nubēt neqꝫ nuben
tur·ſ; ſunt ſicut angeli dei·In corporibus tam̄
reſurgentiū erūt mēbra ſingula que nūc ī ſta
tu vite corruptibilis nutritiue vel gn̄atiue vir
tuti deſeruiunt· non ꝓpter actum nutriendi
vel gn̄andi·ſ; ad ꝑfectionē & decorē nature·
ſicut & diſtinctio ſexuū erit ibi·nō ad mixtio
nem·ſ; ad on̄dendū ꝑfectionē & integritateꝫ
nature·Vterqꝫ aūt ſexus ad integ̃tatē nature
noſciť ꝑtinere· ⸿ Circa quintū ſciendū ꝙ nō
om̄es reſurgent impaſſibiles· quia licet om̄es
defectus in reſurrectione ab om̄ibus cōmuni
ter tam bonis q̄ꝫ malis auferať·remanebit tn̄

differẽtia inter bonos et malos·quantũ ad ea
que pſonaliter cõueniũt vtriſqꝫ·Eſt autem de
ratione humane nature ꝙ aĩa ſit forma corpo
ris ipm viuificãs·& in eſſe cõſeruans·Sꝫ ex p=
ſonalibus actibus meretᷣ aĩa vel ad diuine vi=
ſionis gloriã eleuari·vel ab ea p culpã excludi
Diſponentᷣ igitᷣ oĩm corpora ſm cõdecẽtiã aĩe
vt ſcꝫ ipa incorruptibilis exñs corpori ſuo tri=
buat eſſe incorruptibile·cõpoſitõne eius ex cõ
trariis ñ obſtãte·eo ꝙ materia corporis hũani
quantũ ad hoc oĩno ſubiicietᷣ aĩe·diuina virtu
te hoc faciente·vt cũ corpore ſuo eternã etiam
gloriã vel penaꝫ ſicut meruit ſortiatᷣ· Sed ex
actibus ſuis pſonalibus meretur vnuſquiſqꝫ·
vt corpus ſuũ ꝓportionetᷣ aĩe in conditionib⁹
glorie vel miſerie·Vñ corpora btoꝝ erũt clara·
agilia·impaſſibilia·et ſubtilia· Corpora vero
reproboꝝ erũt tenebroſa·põderoſa·paſſibilia·
turpiſſima et fetida·Sed de his infra diffuſi=
us diſſeremus·

## DE FVTVRO IVDICIO·DIS·IIII·

Dicto de p̃cedẽtibus iudiciũ videlicet
de tribulatione que erit tpe antixp̃i
et de cõſũmatõe mũdi·& de duob⁹
cõcomitãtibus iudiciũ videlicꝫ de ig
niũ cõflagratõne·& gñali reſurrectione·Nũc
dicendũ eſt de finali iudicio & meritoꝝ retri=
butione·Circa qd̾ conſiderãda ſunt duo· Pri
mo de quibuſdã circũſtantiis ipſius mundi·
Secũdo de ipo iudicio·Circa p̱mũ cõſideran=
da ſunt tria·Primo oſtendendũ eſt futurũ ẽe
iudiciũ·Secũdo de loco iudicii·Tertio de tpe·
vel hora·Circa p̱mum ſciendũ ꝙ iudiciuꝫ eſſe
futurũ ꝓbatᷣ auctoritatibus·rõnib⁹·et exem=
plis·Auctoritatibus quidẽ·id eſt multiplici te=
ſtimonio veritatis infallibilis ſcripturaꝝ·que
hoc clamant et aſſerũt fere in omibus ſacris li
bris·ſpecialr yſa·xiii·Vlulate·quia ꝓpe eſt di
es dñi·et cetera multa ibi· Res cuius aduent⁹
multũ in memoria habetᷣ et timetᷣ·licet ſit re=
mota videtᷣ ꝓpinq̃·Idem ibidẽ· Ecce dies dñi
venit &c̃·Et eze·viii·Prope eſt dies occiſiõis·
Ecce venit et euigilabit aduerſuꝫ te·Iob·xix·
Fugite a facie gladii·quia vltor iniquitatis ẽ
gladius·ſcꝫ diuine ſententie in iudicio futuro
Et poſt·Et ſcitote eſſe iudiciũ·Itẽ teſtimoniũ
oĩm apl'oꝝ qui dicũt iudiciũ futurũ credendũ
eſſe neceſſariũ ad ſalutẽ qui hũc vnũ articulũ
in ſymbolo poſuerũt·dicentes xp̃m venturum
iudicare viuos et mortuos·Docuerũt etiã hoc
verbo et exemplo ſe potius debere pmittẽ occi=
di·q̃ꝫ hoc non fateri et credẽ·Item teſtimonio
beatoꝝ martyrũ quorum tot milia tranſierũt
qui pmiſerũt ſe diuerſis tormẽtis occidi·ante
q̃ꝫ hoc faterentᷣ nõ futurũ·& fidẽ hanc ſignis
innumerabilibus ꝓbauerũt· Hoc idem aſſerit
et aſſeruerũt beati ꝯfeſſores & eccleſie doctores
Hoc etiam indubitãter ꝓbatur p verbũ ipius
iudicis·qui nec fallere vult·nec falli poteſt·qui
ſe aſſerit venturũ & mundũ iudicaturũ· Vñ
incredulis iudeis ait·Math·xxvi·Videbitis fi
lium hoĩs venientẽ in nubib⁹ celi·Mat·xxv·
Cum venerit filius hoĩs·et omes angeli eius
cũ eo·tũc ſedebit ſup ſedẽ maieſtatis ſue &c̃·
Hoc etiã aſſerũt ſancti quibus formã iudicii
ymaginabilr p̃monſtrauit·Dauid in·p̃s·Deus
de·do·lo·eſt·& voc·Et illud·Ignis añ eũ p̃ce=
det·Et illud·Aduocauit celũ deſurſum·& ter=
ram diſcernere populũ ſuũ·Et illud·Congre=
gate illi ſanctos eius·Et dañ·vii·Aſpiciebam
donec troni poſiti ſunt·& antiqu⁹ dierum ſe
dicit &c̃·Et poſt·Aſpiciebã & ecce in nubib⁹
celi q̃ſi fili⁹ hoĩs veniebat et dedit eis antiqu⁹
dierũ poteſtatẽ & regnũ et honorẽ &c̃·Iohã·
apoc·xx·Vidi tronũ magnũ &c̃· Preterea ſi
ſup hoc deeſſent auctoritates aut teſtes·ratio
nibus poſſit oſtendi·Omnis eñ ratio bene di
ſpoſita dicit deũ eſſe p̱mũ bonũ·& ſũmũ oĩm
ſũme ſapientẽ·& iuſtũ·De quo dicit anſelm⁹
Deus eſt quo melius excogitari non poteſt·
Si autem credis deũ creatorem aut guberna=
torẽ mũdi nõ debes eũ credere·aut cecuꝫ vt ea
que fiũt nõ videat·aut inſipientẽ·vt ſi videat
non cognoſcat·aut malignũ·vt malũ qd̾ vi=
det ei placeat·punire nõ curet·aut negligat·
aut impotentẽ·vt ſi velit·ñ valeat·aut iniuſtũ
vt nec bonis bona·nec mal' mala tribuat·aut
impium·& non miſericordẽ·vt opp̃ſſiones &
afflictiones bonoꝝ quantũ ad opp̃ſſores im=
pune tranſire faciat·aut infidelem·vt eis qui
fideliter ei ſeruiũt bonũ nõ retribuat·ſꝫ poti⁹
malũ·cũ in hac vita eos qui deo ſeruiũt aduer
ſa multa habere·& eos qui male agunt multa
ꝓſpera habere videam⁹·Si ergo ſint a deo re
legata cecitas·inſipientia·malignitas·negligẽ
tia·impotẽtia·iniuſticia·immiſericordia·& in=
fidelitas·cum ipe optimus ſit et fons oĩm bo=
norũ et p̱ncipiũ·cum in p̃ſenti non fiat ab eo
ſemp bonoꝝ et maloꝝ retributio·neceſſe ẽ vt
fiat in futuro·et a iuſto iudice·& gñali oĩm ĩ
iudicio gñali·Vnuſquiſqꝫ iudiciũ ſuũ particu
lare vel pſonale recipiat in morte quantuꝫ ad
animã penam·ſ·vel gloriã·tñ nec aĩme repro
borũ totã penã ſibi debitã recipiunt·nec electi
totã ſuã·id eſt pfectã gloriam ſortiuntᷣ· Quia
aĩe ſepate ſm aug·nõ habent pfectum natu=
re ſue modũ ꝓpter naturalẽ inclinationẽ quã
habent ad corpora ſua·Nam et corpora natu=
ralem inclinationẽ habẽt ad aĩas·& eis appe=
tũt reuniri·et aĩe appetitu naturali ĩclinantur
ad corpora ſua·intantũ ꝙ ſicut ait aug·aĩme
bonoꝝ aliquo mõ retardantᷣ·ne ex toto ferãtᷣ
in cõtemplationẽ diue maieſtatis·Ideo tã bo=
noꝝ q̃ꝫ maloꝝ aĩe ſua corpa reſumẽt·vt dictũ
eſt·vt cũ corporibus ſuis in quibus meruerũt
vel demeruerũt·cõdignã penã vel p̃miũ ſorti=
antᷣ·Hec aũt cõdigna retributio fiet in extre=
mo iudicio·Ideo dicitᷣ·Iob·xix·Scitote eſſe iu=
diciũ·licet aũt tota trinitas iudicet·quia indi=
uiſa ſunt opa trinitatis·tñ pater omẽ iudiciuꝫ
dedit filio·Sicut dicitᷣ Ioh·v·Ipe eñ cõſtitut⁹
eſt a deo iudex viuoꝝ & mortuoruꝫ·Act·iiii·
¶ Circa ſm videlicꝫ de loco iudicii ſciendũ ꝙ
vbi iudicat⁹ paſſus & mortu⁹ ẽ xp̃s reſurrexit

et ad celos aſcendit· ibi ſuũ iudiciũ exercebit·
ſicut ipe dicit· Ioel·iii· Congregabo oĩs gen=
tes· & educã eas in valle ioſaphat· & diſcepta=
bo cũ eis· Et infra· Cõſurgant & aſcẽdant oẽs
gentes in vallẽ ioſaphat· quia ibi ſedebo vt iu=
dicem oĩs gentes· Dicit aũt ſe iudicaturũ in
valle ioſaphat· nõ quia ꝑciſe ibi iudicet· cũ val
lis illa modica ſit· nec poſſet tam innũabilem
multitudinẽ hoĩm cõtinere· ſed quia ioſaphat
interꝑtat̃ iudiciũ· & iudicandi qui in infim is
vixerũt· in infimis remanebũt· Ideo tot9 ille
locus ĩ quo fiet cõgregatõ vallis ioſaphat dici
tur magis q̃ȝ irlm̃ vbi iudicatus eſt· vel mons
caluarie vbi crucifixus eſt· mortuus et ſepult9
vel mons olíueti vnde legitur aſcendiſſe·

¶ Circa tertiũ ſcȝ de tempe iudicii ſciendũ ꝙ
temp9 qñ iudicabit xp̃s erit in conſũmatione
ſeculi· Sicut eñ pr̃familias in fine diei fec̃ vo
cari oparios· & reddi fecit eis mercedẽ laboris
Math·xx· Dixit pr̃familias· Voca oparios· et
redde illis mercedẽ ſuam· ita et in ꝑſentis vite
fine ſoluet dñs vnicuiqȝ ſm opa ſua· Apoca·
iii· Ego dñs ꝓbans renes· Et poſt· Et do vni=
cuiqȝ ſm opa ſua· Aliter tempus incertum eſt
nobis ſm ꝙ dicit dñs· Math·xxiii· De die at̃
illa & hora ·ſcȝ certa et determĩata nemo ſcit·
neqȝ angeli celoꝝ niſi ſolus pater· Sicut eñ in
diebus noe &c̃· Item Math·xiii· De die autẽ
illa nemo ſcit· neqȝ angeli neqȝ filius &c̃· Scit
ſiquidem filius quicq̃d ſcit pater· ſȝ neſcit no=
bis· Item ſolus pater dicit̃ ſcire· quia dies illa
manifeſtabit̃ per potentiã nobis in cõſumma
tione reꝝ et deſtructione· et inſignis· et in eis
que fient in die illa maxime manifeſtabitur
potentia que attribuit̃ patri· Quidam aũt cre
dunt horam iudicii eſſe in media nocte· ꝓ eo
quod dicit̃ Math·xxv· Media aũt nocte cla=
mor factus eſt &c̃· Item exo·xii· Factũ eſt aũt
noctis medio· ꝑcuſſit dñs oĩe ꝑmogenitum
egypti· Aliis aũt videt̃ ꝙ in mane· p̃s· In ma=
tutino interficiebã oĩes peccatores terre· Exo
xiiii· In vigilia matutina reſpexit dñs ſup ca=
ſtra egyptioꝝ· quia illa hora ſubmerſit egyp=
tios· & liberauit hebreos· Aug· dicit hoc nõ di
ctum pro q̃litate vel hora temporis· ſȝ quia tũc
veniet cũ nõ ſpabitur· Ideo media nocte veni
re dicit̃· i· theſ·v· Dies dñi ſicut fur ita in no=
cte veniet· Luc·xii· Si ſciret pr̃familias· q̃ ho=
ra fur ve·vi· & nõ ſi pfo·do·ſ· & vos eſto·pa·
quia qua ho·nõ pu·fi·ho·ve· Itẽ de mane· q̇a
tunc patebũt cogitationes ſinguloꝝ· Yſa·xxi
Venit mane et nox· ſi queritis querite modo
ſcȝ dũ tempus eſt ꝯuertimĩ & venite· Nox dici
tur q̇ȯ erit maloꝝ excecatio· ſoph·ꝑmo· Am=
bulabũt hoĩes vt ceci· quia dño peccauerunt·
Item mane· ꝓpter bonoꝝ illuminationẽ· vel
ꝓpter occultoꝝ manifeſtationẽ· ſoph·iii· Ma=
ne dabit iudiciũ ſuũ ĩ luce· & ñ abſcõdet̃ &c̃·
Poſt· Diluculo cõſurgentes &c̃· Erit eñ iudi=
ciũ gñale oĩm· & pro oĩbus· Ioel·iii· Cõgre=
gabo oĩes gentes &c̃· Poſt· Sedebo vt iudi=
cem oĩs gẽtes &c̃· Mat·xxv· Cõgregabunt̃
ante eũ oĩs gentes· Item de oĩbus erit iud
ciũ· Eccs·xi· in fine· Scito ꝙ pro oĩbus ad=
ducet te deus ad iudiciũ· Et·xii· in fine· Cun=
cta que fiunt adducet deus in iudicium pro
oĩi errato· ſiue bonũ ſit ſiue malum·

## DE TERRORE IVDICII. DIS. V.

HIs quaſi quibuſdã circũſtantiis ipſi
us iudicii ꝑlibatis· nũc iam ad ipius
formã ꝓceſſuri ordinem· mẽtis ocu
los ꝯuertamus· & quã tremendũ &
horrendũ ſit ſubtiliter intuẽti et cogitãti pro=
fundius videamus· ¶ Cõſideranda ſunt autẽ
quatuor· que ipm̃ terribile nimis efficiũt· quo
rum etiã ſingula rationẽ terroris includunt·
Primũ eſt ꝑemptoria citatõ· Secundũ eſt cau
ſe diſcuſſio· Tertiũ eſt ſentẽtie ꝓlatio· Quar=
tum eſt ꝓlate executio ¶ Primũ igit̃ eſt ꝑem
ptoria citatio· Circa quod cõſiderãda ſũt qua=
tuor· Primo modus vocationis· Secũdo cauſa
citationis· Tertio cõpellẽtis ſublimitas· Quar
to cõpendi neceſſitas· ¶ Primo igit̃ circa mo
dũ vocationis ſciendũ aſt· ꝙ illa voce terribi=
li & tuba mirabili ꝑſtrepente· qua celũ & ter=
ra cõcutiet̃· & oĩs creatura cõmouebit̃· oĩs
homines ad iudiciũ vocabunt̃· et ad tribunal
eterni iudicis citabunt̃· Hec aũt citatio vocat̃
iuſſus dei· vox archãgeli· tuba dei· tempeſtas·
turbo· tonitruũ· fulgur· choruſcatõ· que oĩa
terrorẽ incutiũt & ipam citationẽ terribilẽ fo=
re dicũt· De tribus ꝑmis dicit apl's· i· theſſȝ·iiii
Ipe dñs in iuſſu & in voce archangeli· & in tu
ba dei deſcẽdet de celo· Hec vox erit aliq̇ȯ cui=
dens et clarũ ſignũ quod dabit̃ ad mortuos
ſuſcitandũ· vt oĩes reſurgãt et ad iudiciũ cõ=
uocent̃· Hec vox dicit̃ iuſſus dei· quia ei9 vir=
tute ſuſcitabunt̃ mortui· q̃ſi iuſſu diuino· p̃s·
Vox dñi in virtute· Dicit̃ etiã vox archangeli
quia annuẽte dei filio ꝑ angeli miſteriũ hoc
non dubitat̃ impendiũ· Sic eñ dicit̃· Math·
xxiiii· Mittet angelos ſuos cum tuba· & voce
magna· & cõgregabit electos a q̃tuor plagis
terre· Tuba vero dicit̃· quia tanq̃ȝ ſignũ triũ=
phi· victores ad ꝑmiũ· et ad cõuiuiũ epularuȝ
inuitabit· victos aũt exterrẽdo turbabit· Hec
aũt vox ab oĩbus tam electis q̃ȝ reprobis audi
etur· & ad cõſpectũ iudicis cuius vox erit ab
oĩbus occurret̃· Item hec citatio vocat̃ tem=
peſtas· p̃s· In circuitu eius tempeſtas valida·
aduocauit celũ deſurſũ & terrã &c̃· Iteȝ ꝙ vo=
cet̃ tempeſtas· & turbo dicit̃ naũ·ꝑmo· Dñs ĩ
tempeſtate & turbine vie eius· Item vocat̃ to=
nitruũ· p̃s· Vox tonitrui tui ĩ rota· Iob·xxvi·
Quis poterit tonitruũ magnitudinis eius ĩtu
eri· Itẽ vocat̃ fulgur· p̃s· Illuxerũt fulguratio
nes tue orbi terre· cõmota eſt et cõtremuit t̃ra
Mar·xxiiii· Sicut vulgur exit ab oriente & pa
ret vſqȝ in occidentẽ· ſic erit aduentus filii ho=
minis Hec bene figurata fuerũt· Exo·xix· Si=
cut eñ in datione legis ceper̃t audiri tonitrua
micare fulgura &c̃· ſic in conſummatione ſe=
culi dñs ad iudiciũ deſcẽſurus vbi de obſeruã
tia & tranſgreſſione legis exiget rationem

fulgura et tonitrua ꝑmittent᷑·Aduerte ꝙ tem
peſtas facit cõmotionē in mari· turbo in terra
fulgura & tonitrua in celo ad deſignandum
ꝙ omnis creatura celeſtiū·terreſtriū·& infer
noꝝ·in illa citatione ꝯmouebit᷑·De magnitu
die vocis hmõi ait·p̄s·Ecce dabit voci ſue vocē
virtutis·Criſoꝰ·Vere magna eſt uox illa cui
oīa obediūt elementa·que petras ſcindit·in
feros apit·monumēta frangit·uincula moꝛtis
diſſoluit·tumulos apit·& uniuerſos moꝛtuos
reſurgere facit·& ad iudiciū uenire cõpellit·
Idem·Ecce de celo tuba canit·Ecce de celo cuꝫ
nubibus bellaturus oꝛbem impatoꝛ ſūmus ar
matus egredit᷑·Ecce gladius bis acutus ex re=
gis oꝛe ꝓcedens obuia queqꝫ demetit·
¶ Rurſus q̃ꝫ terribilis ſit huiius pemptoꝛie
citationis dies deſcribit dñs·p ꝓphetā·ſopho·
p̄mo·Iuxta eſt dies dñi &c̄·Qui ponit q̄ndeci
conditiones·q̄re timeri debeat et hoꝛreri·Pri=
mum eſt diei ꝓpinquitas·cū dicit·Iuxta ē a d
minus pticularis dies iudicii ſcꝫ moꝛtis·Ezec·
vii·Afflictio vna·Afflictio ecce venit·Itē·veīt
finis iſte·& imitā furoꝛē meū in te·& iudica=
bo te iuxta vias tuas & ponā contra te oīes
abhoīationes tuas·& nõ parcet oculus meus
Itē gnalis ꝓpe eſt·quia breue eſt oīe tempus
quod tranſit eternitati cõpatum·Vñ eze·vii·
Venit finis·finis venit·euigilabit aduerſū te
Ecce venit·Venit cõtritio ſup te·qui habitas ī
terra·venit tempus·ꝓpe eſt dies occiſionis &
nõ gloꝛie mentiū·Nūc de ꝓpinquo effundaꝫ
iram meā·& cõplebo furoꝛē meum·& iudi ca
bo te·iuxta vias &c̄·Cõplebit᷑ aūt furoꝛ in du=
plici damnatione·ſcꝫ coꝛpoꝛis et aīe·Secundū
quod aggrauat timoꝛē iudicii eſt diei magni
tudo·quod notat᷑ cū dicit᷑·dies magnus·Ma
gnus quidē eſt magnitudīe iudicantium·&
multitudīe eoꝝ·Itē multitudīe iudicando=
rum·Item multitudīe eoꝝ de quibus fiet iu
diciū·quia de oībus·Item magnitudīe eoꝝ
qui adiudicabunt᷑·quia aliis regnū eternum
adiudicabit᷑·aliis aūt moꝛs eterna·Itē qꝛ oīs
dies pñtium cauſaꝝ conflabunt᷑ in vnā·Erit
eñ illa dies citatōis oīm pemptoꝛia·ī q̄ nullꝰ
pro ſe mittere poterit reſponſalē·Itē erit dies
rñſionis oīs ꝓductionis·teſtiū examīationis
teſtimonioꝝ exceptationis vel replicationis &
pronūtiatōis·teſtimonioꝝ ſentētie diffinitōis
eiuſdē executionis·que oīa fient in die illa·
Tertio aggrauat diei velocitas·quia ita ſubi=
to & ex improuiſo fiet·ꝙ nullus impꝛouiſus
ſibi poterit ꝓuidere·Ideo dicit᷑·Iuxta et velox
nimis·yſa·xxix·Eritqꝫ repēte·cõfeſtim viſita=
bitur a dño exercituū·&c̄·Quarto aggrauat
diei illiꝰ amaritudo·Vñ ſequit᷑·Vox diei ama
ra·Ad huius cõparationē videbit᷑ peccatoꝛibꝰ
moꝛs eſſe dulcis·& ſepultura inferni deſidera
bilis·Amara erit vox citationis·cum dicetur·
Surgite moꝛtui·venite ad iudiciuꝫ·Amarioꝛ
vox diſceptationis·cū dicet dñs·Eſuriui &c̄·
Math·xxv·Amariſſima vox diffinitōis·Ibi=
dem·Diſcedite maledicti·Cū quidā magiſter

diu diſputaſſꝫ·& oīs cauerēt ſibi & timerent
concludi·ait·Quid timetis ab hoīe concludi·
qui nõ cauetis a deo cõcludi·nulla aūt cõclu=
ſio adeo timet᷑ a me·ſicut cõcludi a ſūmo ma=
giſtro·Multū timeo ad hanc q̄ſtionē rñdere·
Amice quõ huc intraſti·Math·xxii·Itē mľtū
iſtaꝫ·In lege quid ſcriptū eſt·quõ legis·Dupli
citatēqꝫ iſtius ꝓpoſitionis·Eſuriui &c̄·Sꝫ ſup
oīa timeo illationē iſtius cõcluſionis·Ite ergo
maledicti &c̄·Bern̄·Proponet dñs mandato
rum ꝓpoſitiones·aſſumet tranſgreſſiones·cõ
cludetqꝫ damnatōes dicēs·Ite maledicti clau=
ſa eſt ianua neſcio vos·Si beatus Iob talis &
tantus ſic hanc rñſionē timebat cui nullus in
merito ſimilis erat in terra·qui ſic clamabat·
quid faciā cū venerit ad iudicandū deus·& cū
queſierit q̄d rñdebo illi·vt ioꝛ·xxi·Quid nos
merito vacui rñdebimus·Quinto agg̃uat ſā=
ctoꝝ et angeloꝝ apparēs turbatõ·Vñ dicitur
tribulabit᷑ ibi foꝛtis·id eſt ſanctus vel angelꝰ
in apparētia·Luc·xxii·Virtutes celi mouebū=
tur·yſa·xxxiii·Videntes foꝛis clamabūt·an
geli pacis amare flebūt·Iob·xxvi·Colūne celi
cõtremiſcūt et pauent ad nutū eius·Ideo q̄d
faciet virgula deſerti·Vbi timoꝛe cõcutit᷑ ce=
drus paradyſi·Sexto aggrauat iudicis ſuper
uentio·Vñ dicit᷑·Dies ire·quia declarabit iraꝫ
dei·p̄s·Tu terribilis es·& quis reſiſtet tibi·ex
tūc ira tua·Septimo aggrauat ꝙ dicit᷑ dies tri
bulationis·In viſione ſignoꝝ et miſerie coꝛpo
rum·Augꝰ·In afflictione coꝛdiū poterūt dicē
cū ſuſanna·anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ·Quõ
erīt anguſtie dicit Bern̄·Vndiqꝫ vie anguſte
erūt repꝛobis·ſupius erit iudex iratus &c̄·Oc=
tauo·bonoꝝ fatuitas et meritoꝝ·& ablatõ tē
poꝛis merendi·Vñ dicit᷑ dies calamitatis a ca
lamo vacuo intra·Ideo vniuerſitatis maloꝝ
cõpatur q̄nqꝫ fatuis virginibus·que vaſis &
lampadibus vacuis ad nuptias venerīt·Criſo·
Ibi nõ erit reſiſtēdi virtus·nec penitētie locus
nec defenſionis tempꝰ·nec fugiendi facultas
nec latendi poſſibilitas·nec appendi ſecuritas
nec ſatiſfactionis vtilitas·& ex anguſtia oīm
nihil remanet ibi niſi luctus·quia nec ꝓderūt
diuitie diuitibꝰ·nec parētes parētibus·nec an
geli pro hoībus intercedēt·Apoc·x·Tempꝰ ñ
erit amplius ſcꝫ merēdi·Math·xxv·Clauſa ē
ianua·quia miſericoꝛdia eſt ſublata·Erūt eñ
vacui a merito·vt calamus vacuus eſt·Nono
coꝛpoꝛis miſeria·ſiue infelicitas·de qua infra
de inferno·Vñ dicit᷑ dies miſerie·Decimo te=
nebꝛoſitas·Vñ dicit᷑ dies tenebꝛaꝝ quātū ad
peccatoꝝ tēbꝛoſoꝝ maīfeſtationē·p̄mo coꝝ·
iii·Vniuſcuiuſqꝫ opus manifeſtū erit·dies do
mini declarabit·quia in igne releuabit᷑ vniuſ=
cuiuſqꝫ opus·Et quarto eiuſdē·Veniet dñs &
illuīabit abſcõdita tenebꝛaꝝ·& manifeſtabit
cõſilia coꝛdiū·Vndecimo·diei obſcuritas·Vñ
dicit᷑ dies caliginis ex auxilii et cõſilii deſtitu
tione·quia vt dicit oꝛig·nec angeli pꝛo hoībꝰ
intercedūt·yſa·viii·De dānato in iudicõ dicit᷑
Suſpiciet ſurſum ad ſanctoꝛuꝫ auxilium·ſ·&

cõſiliũ ·et ad terrã intuebiť ·ad ꝯſiliũ & auxiliũ
terrenũ ·et ecce tenebre & diſſolutio &c̃ · Item
yſa ·x · Quid facietis in die viſitationis & cala
mitatis delonge venientis ·ad cuiꝰ cõfugetis
auxilium ·quaſi diceret ·quis ſanctus iuuabit
vos · Duodecimo ·diciť dies nebule ꝓpť glorie
dei ·& ſanctoꝝ occultationẽ · Dies nebuloſus
occultat ſolẽ · lunã · et ſydera · Sic occultabitur
malis gloria dei ·eccleſie & ſanctoꝝ · Aug̃ ·ſup
illud Sapiẽtie ·xiiii · Similiter aũt ſũt deo odio
impius et impietas eius ·dicit · Tollať impius
ne videat gloriã dei · Et ezech ·xxxii · Nigreſcẽ
faciã ſtellas celi ·gloriã ſanctoꝝ occultabo · qꝛ
videbunť tenebroſi et obſcuri peccatoribꝰ ·q̃ſi
irati eis ·ſolem ·id eſt xp̃m nube ·ſ ·obſcuritatis
tegam ·et luna · ſcꝫ beata virgo vel eccleſia n õ
dabit ſplendorẽ ſuũ · Tredecimo ·diciť dies tur
binis in maloꝝ a bonis ſeꝑatione · Math ·xii ·
Cuius ventilabrũ in manu ſua ·diſcretio ſcilicꝫ
diſcernẽdi malos a bonis eſt in poteſtate ſua ·
ꝑmundabit areã ·triticũ cõgregabit in horrea
ſua ·paleas aũt conburet igni inextinguibili ·
Iere ·xxv · Turbo magnus egredieba ť a ſũmi=
tate terre ·ergo &c̃ · Quartodecimo · diciť dies
turbe quantũ ad mortuoꝝ reſuſcitationem ·
cõgregationẽ ·ſententie ꝓlationẽ ·cõgreſſionẽ
impugnationẽ ·& ad ſuſpendiũ ſeductionem
Zach ·ix · Dñs in tuba canet · exibit vt fulgur
gladius eius ·ſcilicꝫ ·de ira eius ſententia dira
Primo filios exheredãdo · & a ſe ſeꝑando ·& a
ſuis · Math ·xxv · Diſcedite maledict &c̃ · Item
in infernũ mittẽdo · Vñ ſequiť · In ignẽ eťnũ
It eos nõ retrahẽdo · Vñ ·clauſa ẽ ianua ·neſcio
vos · Quindecimo in maloꝝ deductione ĩ in=
fernũ · Yſa ·xxx · In cytharis tympaĩs & ꝓcipu
is bellis ĩpugnabũt eos · Berñ · In libro medita
tõnũ · Quiſputas tũc meror erit ·quis luctꝰ ·q̃
triſtitia cũ ſeꝑabunť impii a cõſortio iuſtorũ ·
et a viſione dei · & traditi ĩ poteſtati demonũ
ibũt cũ ipis ĩ ignẽ eternũ · Ibiqꝫ erũt ſine fine
in luctu et gemitu procul exulati a beata pr̃ia
paradyſi et cruciabunť in gehẽna ·nunq̃ꝫ lucẽ
habituri ·iuxta q̃litatẽ culpe penã ſuſtinentes ·
¶ Circa ſcḋm ·ſcꝫ de cauſa citationis · Sciendũ
ꝙ pro cauſa maxima qua maior eſſe nõ põt ·
Videlicꝫ ad rñdendũ de cũctis que geſſimus ·
que cõmiſimus ·que recepimꝰ · & hmõi · Ad re
cipiendũ ꝓ meritis vitã · bt̃itudinẽ ·gloriam &
honorẽ ·ĩmo poſſeſſionẽ regni celeſtis · & here
ditatis eterne ·ĩmo quod nec oculus vidit ·nec
auris audiuit ·nec in cor hoĩs aſcẽdit que ꝑpa=
rauit deus his qui diligunt eũ · Vel ꝓ deme=
ritis ab oĩbus excludi ·a conſortio ſanctorũ
oĩm et angeloꝝ · ſꝫ quod eſt infinities grauiꝰ
a deo ꝑpetuo ſeꝑari · Inſuꝑ eternis cruciatibꝰ
cum horrendis demonibus mancipari · Statiꝫ
aũt vt audierint miſeri tubã illã tam horribilr̃
ꝑſtrepentẽ occurret eis repẽte · & añ mẽtis ocu
los reuolueť oĩm ſuoꝝ cõgeries peccatoꝝ omi
tormẽto amarior · Inde nanqꝫ remorſus cõſci=
entie oĩ ſerpẽte mordatior · Inde gehẽne tior
incõſolabilis · Inde dolor irremediabilis · Inde
deſꝑationis horror ineſtimabilis · Inde ꝯfuſio
nis pudor intolerabilis · Tũc eñ virtute diuĩa
fiet ·vt vnicuiqꝫ oĩa oꝑa ſua mala vel bona ad
memoriã reuocenť · ac mentis intuitu mira ce
leritate cernanť ·vt hoĩem vel accuſet cõſciẽtia
vel excuſet eaqꝫ teſte ·vel damneť eternalr̃ vel
ſalueť · ¶ De hac tuba et citatione ait Ieroniꝰ
ad helyodoꝝ · ꝓfecto veniet illa dies qñ corru
ꝑtibile hoc induet incorruptõeꝫ · & mortale im=
mortalitatẽ · tunc ad voceꝫ tube pauebit terra
cũ ꝑplĩs ·tũc lugubre mũdus ĩmugiet ·tribꝰ ad
tribuꝫ feriẽt pectora · Ibi potentiſſimi quõdã
reges nudo latere palpitabũt · Siue comedã ſi
ue bibã ·ſiue aliquid aliud faciã ·ſemꝑ videtur
mihi vox illa ſonare in auribus meis · Surgi=
te mortui & venite ad iudiciũ · Bene habebat
ad aures vocẽ iſtam rex ille de quo dicit Ioh .
damꝰ ·in barlaam · Dicit eñ barlaam ad ioſa=
phat ·ꝙ rex quidã erat qui ſedens in curru au
reo obuiã habuit duos pauꝑes hẽmitas ĩ ſor=
dido habitu et macie & ſolis ardore deformes
deſiliens de curru aureo amplexans eos oſcu
lať &c̃ · Cũ aũt venirent magni ꝑ̃ncipes nullã
reuerentiã videbať eis exhibere ·vñ multũ ſũt
indignati contra eum · Quod ſciens quidã fr̃
eius ad eum veniens dixit ei · ꝙ de hoc quod
fecerat oĩs barones offenderat · Erat aũt talis
cõſuetudo regis · ꝙ qñ aliquẽ morti adiudica
bat tybicines ad portã eius mittebat · & ſic euꝫ
capi faciebat et cõdemnari ·quos miſit ad por
tam fratris ſui . capiť ·ligať corã rege · & baroni
bus adduciť ·de p̃cepto regis nudať · ligať · &
applicatis gladiis ex oĩ parte mortẽ ſuam ex
pectabat lugẽs · Cũ aũt rex p̃ciperet vt cãtarꝫ
ioculatores corã eo in oĩ gñe muſicoꝝ habens
& hoc facto nihilominus fleret · & rex cauſaꝫ
fletus quereret ·rñdit ·quõ poſſũ ego gaudere
immo non flere cum tube tue mortẽ minanť
gladios mortiferos video vndiqꝫ me circũſtã=
tes . et te offendi cauſam offenſe ignoro ꝓpter
quã huic morti me adiudicas · Tũc rex fecit eũ
liberari dicens ·ſi tu tm̃ times iudicẽ terrenũ ·
quantum ego debeo timere celeſtẽ ·ſi tu tubas
meas times ·quantũ debeo timere tubam que
mihi mortẽ cõminať ·nõ temporalẽ · ſꝫ eternã ·
cuius gladii ſententie ·ſ · damnationũ vndiqꝫ
me circũdant ſcḋm exigentiã peccatoꝝ meorũ ·
Vbi aũt barones et ꝑ̃ncipes terreni nihil mihi
ꝓderunt aut ꝓdeſſe poterũt · iſti beati pauꝑes
quos vidiſti defenſores & aduocati mei in cu=
ria ſũmi iudicis erũt · ¶ Circa tertiũ ſcꝫ de ſub
limitate citantis ĩ iudicis maieſtate · Sciendũ
ꝙ iſte eſt iudex ſũmus cuius potentia inſuꝑa
bilis ·cuius ſciẽtia indeceptibilis ·cuius equitas
implacabilis ·cuius ſentẽtia inflexibilis · Huiꝰ
inq̃ꝫ iudicis potẽtia inſuꝑabilis · Deuť ·x · Dñs
deꝰ nr̃ ·ipe ẽ deus deoꝝ & dñs dñantiũ ·deus
magnus et potẽs & terribilis · & qui ꝑſonã ñ
accipit ·nec munera facit ·iudiciũ et iuſtitiã &c̃
Iob ·in apo · Poſtq̃ꝫ deſcripſit cõditiones eius
aduenientis ·xix ·ca · dicẽs · Videns celũ apertuꝫ
et ecce equus albus · & qui ſedebat ſuper eum

vocabat̃ fidelis et verax· et ĩ iuſticia iudicat &c̃
Subiungit· hñs in veſtimẽto & in femoꝛe eiꝰ
ſcriptũ· Rex regũ· dñs dñantium· Iob· ix· Si
foꝛtitudo querit̃ robuſtiſſimus eſt &c̃· Dañ·
vii· Dedit antiquus dieꝝ filio hoĩs venienti ĩ
nubibus celi p̃tatem· & honoꝛẽ· et regnum· &
oĩs populus· tribus· et lingue ſeruient ei· pote
ſtas eius poteſtas eterna· que nõ auferet̃· & re
gnũ eius quod nõ coꝛrũpet̃· Hoꝛruit ſpiritus
meus· & ego daniel ad hanc viſionẽ territus
ſum· Hic filius hoĩs eſt lapis paruꝰ exciſus
de monte virginee ſublimitatis ſine manibus
humane coopationis· qui creuit ĩ montẽ max
imũ· cuius p̃tatis magnitudo replet vniuer
ſam terrã· que cõminuit ſtatuã· cuiꝰ caput au
reum pectus et brachia argẽtea· vẽter & femo
ra erea· tybie ferree· pars autẽ quedã pedum ẽ
fictilis· quedã ferrea· quia eius poteſtas cõſu=
met & cõminuet oĩa regna mundi· Coꝛã illo
dño reges quondã potẽtiſſimi nudo latẽ palpi
tabũt· vt dicit Iero· ad helyodoꝛꝝ· ¶ Secundo
timendus ẽ iudex iſte· quia eius ſciẽtia inual=
libilis· quia nec vallit· nec falli poteſt· quia ſcit
oĩa iudex iſte· quia coꝛã eo argutie nihil ꝓ=
derũt ariſtotelis· vt dicit Ieroꝰ· Iob· xlii· Scio
quia oĩa potes· & ꝙ nulla te latet cogitatio
Ideo Iob· i apoc̃· deſcribẽs eum aduenientẽ in
iudiciũ· Apoc̃· i· Et· xix· Oculi eius tanq̃ʒ flã=
ma ignis· Ideo Eccliaſticus arguit adulteriũ·
Ecci· xxiii· dicẽs· Quis videt me tenebre circũ
dãt me· pietes coopiunt me· & nemo circũſpi=
cit me· quẽ verear· & nõ intelligit· qm̃ oĩa vi=
det oculus dñi· Et poſt· Oculi dñi multoplus
lucidioꝛes ſup ſolẽ circũſpiciẽtes oĩes vias ho=
minũ· & ꝓfundũ abyſſi· & hoĩm coꝛda· Heb·
iiii· Non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpe
ctu dei· oĩa aũt nuda ſunt et apta coꝛã oculis
dei· Quidã ſcolaris· cũ amaſſʒ quandã anteq̃ʒ
iuiſſet ad ſcolas· rediens de eis· cum illa ſollici
taret eũ veni mecũ· ait· & duxit illã in medio
foꝛo· & dixit ei· hic para te vt agam quod vis
Illa dixit· nõ hic vbi viderẽt nos hoĩes· ſʒ ĩ do=
mo· rñdit ſi tu nõ vis hic ꝓpter hoĩes· nec ego
in domo ꝓpter deũ & celeſtẽ curiã que me vi=
deret· Itẽ ad illud ꝑtinet exemplũ de tayde me
retrice & pafnutio· infra de ſpeciebꝰ timoꝛis·
¶ Tertõ· timẽdus eſt iudex· quia tunc ira eius
erit implacabilis· ꝓuer· vi· Qui adulter eſt pꝛo
pter coꝛdis inopiã perdet aĩaʒ ſuã &c̃· Et poſt
Qm̃ zelus et furoꝛ viri nõ parcʒ· nec acquieſcʒ
cuiuſquã p̃cibꝰ· nec ſuſcipiet pꝛo redemptione
dona plurima· Item· xxvii· Ira nõ habet miſe=
ricoꝛdiã· nec erũpens furoꝛ· & impetũ cõcitati
ſpũs dei ſui ferre quis poterit· quia eius ira eit
impoꝛtabilis· Iob· ix· deus cuius ire reſiſtẽ ne=
mo põt· Itẽ yſa· Videbitur armatus ira & fu=
roꝛe· ita ꝙ opificiũ ſuũ velit deſtruere· & ĩ ig=
nem ꝓiicere· Sap̃· v· Accipiet armaturas zelus
eius &c̃· Et poſt· Acuet dirã irã in lanceã &c̃·
Item Yſa· xxx· Ecce nomẽ dñi venit de lõgĩ
quo· ardens furoꝛ eius· g̃uis ad poꝛtandũ &c̃
Compant eum ſcripture leoni furẽti et ruenti
ꝓuer· xix· Sicut fremitus leonis· ita ira regis
qui facit oĩs feras timere et tremere· Oſe· ix·
Dicit quaſi rugiet· & foꝛmidabũt filii maris
huius ſecli· & aduolabũt ad iudiciũ· Volabũt
quaſi aues ex egypto in infernũ· ſcʒ aĩe dãna=
toꝝ· & quaſi colũbe ſeducte de terra aſſyrioꝝ
Item oſe· xiii· Ero eis q̃ſi leena· & ſicut pardus
in via aſſirioꝝ occurram eis· quaſi vrſa raptis
catulis· & diſrũpam interioꝛa iecoꝛis coꝝ· con
ſũmaui eos ibi· quaſi leo &c̃· p̃s· Quis nouit
poteſtatẽ ire tue &c̃· Ita grauis erit ad viden=
dũ reprobis ira eius· ꝙ potius vellẽt ferre mõ=
tes q̃ʒ euʒ videre· & eſſe ſepulti ĩ inferno potiꝰ
Iob· xiii· Quis mihi det vt in inferno ꝓtegas
me· et abſcondas me donec ꝑtranſeat furoꝛ
eius &c̃· Apoc̃· vi· Reges terre & principes· &
tribuni· & iudices· et diuites· et foꝛtes· & oĩs
ſeruus et liber abſcõdent ſe in ſpelũcis & ĩ pe
tris montiũ· & dicent mõtibus et petris· cadi=
te ſup nos· & collibꝰ· abſcõdite nos a facie ſedẽ
tis ſup tronũ ab ira agni quantum dies mag
nus ire ipoꝛum· et quis poterit ſtare· mal̃· iii·
Quis ſtabit ad videndũ eũ &c̃· Math· xxiiii·
Sicut fulgur exiit ab oꝛiente &c̃· ¶ Quartum
eſt iudicis inflexibilitas· ꝓuer· vi· Zelus et fu=
roꝛ &c̃· Nõ eñ flectet̃ p̃ce vel p̃cio· tĩoꝛe· amo=
re vel odio· p̃s· Deus iuſtus iudex foꝛtis &c̃·
Qꝛ iuſticia eius ſit inflexibilis· Nũi· xxiii· Nõ
eſt deus vt homo vt mentiat̃· aut vt filius hoĩs
vt mutet̃· Criſo· Nõ ꝓderũt ibi diuitie diuiti=
bus· nec parẽtes parẽtibus· nec angeli ꝓ homi
nibus intercedẽt· Immo letabit̃ iuſtus cũ vide
rit vindictã· Luc̃· xvi· Eſt inter nos et vos cha
lamũ magnũ· Gloſa ibi· Iuſtoꝝ aĩe iã tũc acto
ris ſui iuſtitie cõiuncte tanta rectitudie cõſtri
gunt̃· vt nulla cõpaſſione ad reprobos moue=
antur ¶ Veniens aũt iſte iudex tantus et ta=
lis· apparebit oĩbus tam bonis q̃ʒ malis· Vñ
apoc̃· i· Videbit eũ oĩs oculus· et qui eũ pupu
gerũt· Sʒ foꝛmã diuinitatis ſoli boni videbũt
et videre poterũt· Mali vero ñ poterũt nec di=
gni erũt· Vñ yſa· xxvi· Tollet̃ impius ne vide
at gloꝛiam dñi· Foꝛmã vero hũanitatis gloꝛi=
oſe oĩes videbũt boni ad gloꝛiã· gaudium &
honoꝛẽ· Mali vero ad ſuppliciũ et doloꝛẽ· Nã
blandus· iocũdus· et delectabilis iuſtis· durus
et ſeuerus· et terribilis repꝛobis apparebit· ſin
gulis· ſ· ſm̃ exigentiã meritoꝝ· In ipa igit̃ foꝛ
ma qua iniuſte iudicatus eſt iuſte iudicabit·
ſm̃ illud Iob· xxxvi· Cauſa tua q̃ſi impii iudi=
cata eſt· iudiciũ cauſamq̃ʒ recipies· Sed iudica
tus eſt in hũilitate et infirmitate· Iudicabit at̃
in poteſtate magna et maieſtate· Sicut dicitur
Luc̃· xv· Et Math· xxi· Attendendũ eſt aũt ꝙ
ĩ ipa hoꝛa deſcẽſus xp̃i ad iudiciũ fiet illa vox
archangeli· id eſt p̃ncipis angeloꝝ· ſ· ipiꝰ xp̃i· et
illa tuba terribilis reſonabit· cuiꝰ virtute fiet
reſurrectio moꝛtuoꝝ· et cuius clangoꝛe oĩes
ad iudiciũ vocabunt̃· Tunc igit̃ electis occur=
rentibꝰ iudici in aera ſubleuatis cũ gaudio in=
effabil· & repꝛobis in terra remanẽtibus ĩ val
le ioſaphat· id ẽ iudicii cõgregatis· ſedebit xp̃s

in aere nube ſibi miſteriū exhibēte ſicut i eius
aſcenſione legimus factū eſſe · Actu · p̄mo · Sic
veniet queadmodū vidiſtis eum eūtem in ce=
lum · deſcēdens aūt adducet ſecū totū celeſtis
regni collegiū · ſtipatꝰ agminibꝰ beatoꝝ tam
ſanctoꝝ qʒ etiā angeloꝝ · Vn̄ Iude · ii · Ecce ve
niet dn̄s i ſanctis milibꝰ ſuis facē iudiciū ꝯtra
oīs impios ⁊c̄ · ¶ Sciendū quoqʒ ꝙ nō ſolus
xp̄s iudicabit · ſʒ etiā oīs ꝑfecti apl̄i · id eſt apo
ſtolici viri · Sicut ip̄e ꝓmiſit · Math · xix · In re
generatione cum ſederit filius hoīs i ſede ma
ieſtatis ſue · ſedebitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes iudican
tes · xii · tribus iſrl̄ · Et licet iſtud ſolis apl̄is vi=
deat̄ eſſe ꝓmiſſū · tn̄ intelligendū eſt de omni
bus ꝑfectis · alioqn paulus ibi nō ſederet · Dic̄
aūt ip̄e · p̄mo coꝝ · vi · Neſcitis qꝛ ſancti de hoc
mūdo iudicabūt · Et ſap̄ · v · Iudicabunt ſancti
nationes · Vn̄ quia duodenarius eſt numerꝰ
abūdans · intelligit̄ ꝑ duodecim ſedes ꝑfectio
tribunalis · id eſt vniuerſitas ꝑfectoꝝ iudicā=
tiū ꝑ duodecim tribus vniuerſitas iudicando
rum · Qʒ terribilis erit impiis aſſeſſoꝝ aſſiſtē=
tia beatoꝝ · Primo quidē ꝓpter multitudinē ·
Dan̄ · vii · milia milium miſtrabant ei · ⁊ decies
milies cētena milia aſſiſtebāt ei · et i can · iude ·
Ecce venit dn̄s cū ſcīs milibꝰ ſuis facere iudici
um cōtra oīs · et arguere impios de oībus
opibus impietatis eoꝝ ⁊c̄ · Secūdo ꝓpter cel=
ſitudinē dignitatis · ꝓuer · xxxi · Nobilis i poꝛ
tis vir eius · i · eccleſie · qn̄ ſederit cū ſenatoꝛibꝰ
terre · Sap̄ · iii · Iudicabūt ſancti nationes · Yſa
iii · Deus ad iudiciū veniet cū ſenioꝛibus ppl̄i
ſui · Et nota ſi tam ſancti · tam cari amici dei ·
tam innocētes et virgines · ſ · Io · euangeliſta ⁊
daniel · viſo vnico angelo tanqʒ moꝛtui cecide
rūt · ſicut de Io · dicit̄ apoc̄ · i · Et de dan̄ · eiuſdē
x · Cum tn̄ illi angeli mitterent̄ ad eoꝝ cōſola
tionē · qd facturi ſunt in iudicio peccatoꝛes · vi
dentes tot ſanctos et angelos miſſos ad eoꝝ
confuſionem et cōdemnationē · Tertio ꝓpter
magnitudinē poteſtatis · Apoc̄ · xix · Exercitus
qui ſūt in celo ſequebant̄ eū ⁊c̄ · p̄s · Gladii an
cipites in ma · e · ad · fa · vindictā in na · ⁊c̄ · Ioel̄
ii · Multa ſunt caſtra eius et foꝛtia et facientia
verbū eius · Quarto ꝓpter grauedinē feritatis
nā ſancti tūc impiis implacabil̄r erūt duri · ⁊
incōpatiēter irati · Tū · quia eoꝝ dn̄m offēde=
rūt · Vn̄ criſo · Si rex terrenus ꝓceſſurus cōtra
aliquē · expeditionē mādat in populo · dignita
tes oīs · exercitus oēs excitant̄ · tota ciuitas
feruet · quātomagis rege celeſti exurgēte iudi=
care viuos ⁊ moꝛtuos · angelice virtutes ꝯmo
uent̄ · terribiles miſtri · terribilioꝛē dn̄m p̄ceden
tes · ante ip̄m pro candelabris fulgura viua =
ꝓcedūt · ⁊ pro tubis hoꝛrēda tonitrua · Tum
etiam · quia ip̄os multipl̄r cōtempſerīt · eoꝝ mo
res et vitā deridēdo · feſta et vota violādo · vel
tempaliter opp̄mendo · vel coꝛpaliter affligen=
do · Tunc ſtabūt iuſti in magna cōſtantia ad
uerſus eos qui ſe anguſtiauerūt · et qui abſtu=
lerunt laboꝛes eoꝝ · videntes tur · ti · hoꝛ · ⁊c̄ ·
Sap̄ · v · Vbi nota in repꝛobis · ſ · pudoꝛē · timoꝛē
doloꝛē · ⁊ ſtupoꝛē · Pudoꝛē cōfuſionis qn̄ ſta=
bunt iuſti in magna cōſtantia ⁊c̄ · Erubeſcēt
et ꝯfundent̄ impii · quia eos anguſtiauerīt ⁊c̄
Secūdo timoꝛē damnationis · Vn̄ dicit̄ Vidē
tes tur · ti · hoꝛ · vel timoꝛē inuidentie turbabū=
tur · quia de gloꝛia ſanctoꝝ dolebunt · ex inui
dia ⁊ tabeſcent · ſm̄ illud · p̄s · Peccatoꝛ vide=
bit et iraſcet̄ · dentibus ſuis fremet et tabeſcet ·
Tertio doloꝛē penitētie habebūt impii · ſed tar
de et inutiliter · Vn̄ dicit̄ ibi · Penitentiā agen
tes · et p̄anguſtia ſpiritus gementes · Hec ē pe=
nitentia latronis violenter extoꝛta · ⁊ idcirco
mīme fructuoſa · Quarto ſtupoꝛē admiratio=
nis · dicentes · hii ſūt quos aliqn̄ habuimꝰ i de
riſum ⁊c̄ · nota bn̄ qꝺ ſequit̄ · Et nota ſm̄ gre ·
Quatuoꝛ erūt oꝛdines in iudicio · ſ · duo electo
rum ⁊ duo repꝛoboꝝ · Electoꝝ nāqʒ · quidam
iudicabūt et regnabūt · nō aūt iudicabunt̄ · vt
ꝑfecti · quidā aūt iudicabunt̄ et regnabunt vt
mediocriter boni · Repꝛoboꝝ aūt quidā iudica
bunt̄ et peribūt · vt mali catholici · Quidā vero
iudicabūt et peribūt · vt increduli · quoꝝ dam
natio adeo nota erit · ꝙ nō fiet diſcuſſio ſeu di
ſceptatio de peccatis eoꝝ · Erit ibi iudiciū qua=
druplex · videlicet p̄me auctoꝛitatis · ⁊ hoc eit
trinitatis totius · Principalis miſterii · qꝺ erit
xp̄i · Solꝰ aſſeſſionis · quod erit ꝑfectoꝝ · Et cō
pationis quod erit minus maloꝝ · quo videli=
cet minus mali compatione ſui ſcl̄atioꝛes iudi
cabūt · id ē iudicādos oſ̄dent · ſm̄ illud · Math
xi · Viri niniuite ſurgent in iudicio cū gn̄atō
ne iſta · ⁊ cōdemnabūt eam ⁊c̄ · ¶ Circa quar
tum ſciendū ꝙ huius citationis terroꝛē multū
exaggerat compendi neceſſitas · De q̄ dic̄ apo ·
p̄mo coꝝ · v · Oīs gn̄aliter ſine exceptōe nos
ꝑſonal̄r ſine excuſatione · opoꝛtet ſine euitatō
ne manifeſtari · ſine abſcōſione · vel tergiuer=
ſatione · an̄ tribunal xp̄i · ſine retardatione · vt
recipiat vnuſquiſqʒ ꝓpꝛia coꝛpoꝛis ꝓut geſſit
ſine ꝑſone delatione · ſiue bonū ſiue maluʒ · ꝓ
iuſta retributione · Opoꝛtet igit̄ vt accedas per
ſonal̄r · nō poteris pꝛo te ꝓcuratoꝛē mittē · ne=
mo pꝛo te poterit rn̄dere · nulli licebit tibi cōſu
lere · nullus ꝓ te audebit intercedere · nec aliqs
poterit te iuuare · Vn̄ anſel̄ · i medita · ⁊ fere ꝑ
eadem verba dicit · greḡ · Erūt vndiqʒ anguſte
vie repꝛobis · Supius erit iudex iratus · Inferiꝰ
hoꝛrendū patens chaos inferni · a dextris pec
cata accuſātia · a ſiniſtris infinita demonia ad
infernū trahentia · intꝰ vrēs cōſciētia · exteriꝰ
mundus ardens · vix iuſtꝰ ſaluabit̄ · Miſer pec
catoꝛ ſic vndiqʒ dep̄henſꝰ i quaʒ partē ſe p̄met
latere erit impoſſibile · appere intolerabile · Ex
p̄miſſis intellige qʒ ineffabiliter · erit terribilis
illa citatio · qn̄ miſeri audiēt ſe cū tanta aucto
ritate citari · Oīs vl̄r tam bonos qʒ malos ad
citationē hmōi conuocari · pꝛo cauſa tā ardua
coꝛam tanto iudice cōgregari totū mundum
cōmoueri · ⁊ oīs ꝯtra ſe creaturas armari · O
qʒ tremēda erit dies illa · qn̄ nec penitētie tēpꝰ
erit · nec defenſionis locus · nec reſiſtēdi virtus
nec fugiēdi facl̄tas · nec latēdi poſſibilitas · nec

ſecuritas cõparẽdi. Vbiqꝫ fragoꝛ. vbiqꝫ clamoꝛ
vbiqꝫ terroꝛ et hoꝛroꝛ. vbiqꝫ rerroꝛ et tremoꝛ.
Criſo. Satius eſſet mille fulmina ſuſtinere. q̃ꝫ
vultũ eius manſuetudinis plenũ. nos tñ ad=
uerſantem uidere illiuſqꝫ totiꝰ tranquillitatis
oculos nequaq̃ꝫ ſuſtinẽtes nos aſpicere. Tunc
deſiderabũt impii montibus obrui. & a facie
iudicis opiri. Sicut dicit᷑ apo. vi. Aut certe illa
hora iudicii in inferno recõdi. ſicut dicit Iob.
in pſona cuiuſlibet impii. Quis mihi hoc t̃bu
at. vt in inferno ꝓtegas me. & abſcondas me
donec ptranſeat furoꝛ tuus. Quia vero furo=
rem dixit in ꝺo. de quo ſcriptum eſt. ſapie. xi.
Tu autẽ dñe cũ tranquillitate iudicas. ſciẽdũ
eſt ſm greg. ꝙ diſtrictũ iudiciũ inconcuſſus
exercebit. qui ſemper manſuetus exiſtens. et
ſemper incõmutabilis ꝑmanens malos puit.
Vñ in extremo iudicio in ſemetipo incõmuta
bilis manẽs nulla viciſſitudine ac cõmutabili
tate variat᷑. Sed tñ electis et reprobis nõ ſub
eiuſdem incõmutabilitatis ſpecie demonſtrat᷑
quia et tranquillus iuſtis. & iratus apparebit
iniuſtis. Teſtem em̃ cõſcientiã intra ſemetip=
ſos deferũt. vñ et eoꝝ mentes. eque vnũ reſpi
ciant. ſꝫ nõ eq̃liter modificent᷑. quia et iſtis eũ
benignũ oñdit iuſtitia. & illis terribilẽ culpa
ſua. Quoꝛũ pauoꝛẽ quis explicet. cũ cõtigerit
miſeris & intra ſe culpas cernere. & añ ſe iudi
cem iuſtum videre. Hoc nimiruꝫ quotidie in
vſu vite pñtis agit᷑. vt de q̃litate vẽturi iudicii
coꝛda moꝛtaliũ doceant᷑. Nam cũ duo ad iu=
diciũ ꝑgunt. alius innocẽtie ſibi cõſcius. alius
culpe ſue añ ꝓlatã ſententiã adhuc tacentem
iudicem cõſpiciũt. & tñ culpe debitoꝛ graueꝫ
cõtra ſe iram hoc ipm iudicis ſilentiũ ſuſpicat᷑
quam iram ſibi nõ denũtiat pturbatõ iudicis
ſꝫ recoꝛdatio ꝑ̃uitatis. Quia et ſi adhuc eũ reũ
eſſe ſententia nõ foꝛis clamat. intus tñ ꝯſciẽtia
grauiter accuſat. At cõtra iuſtitie amicꝰ decer=
nentis vultũ cõſpicit. ſꝫ intus de teſtimonio
bone recoꝛdationis. hylareſcit. & qꝛ qꝺ metu
at ñ habꝫ. ideo om̃e qꝺ ẽca ipm ẽ blãdũ videt.

## DE MERITORVM DISCVS=SIONE. DIS. VI.

POſt citatiouẽ pemptoꝛiã erit ĩ iudi=
cio meritoꝝ diſcuſſio. Circa quam
cõſiderãda ſunt ſex. Primo ꝙ erit
ibi occultoꝛũ diſcuſſio. Secundo ꝙ
fiet ibi diſcuſſoꝝ publicatio. Tertio publicato
rum atteſtatio. Quarto atteſtatoꝝ diſceptatõ
Quinto quare in diſceptatõe ſola opa miſeri=
coꝛdie memoꝛant᷑. Sexto ꝙ multum eſt vtilis
iudicii memoꝛia. ¶ Primo igit᷑ fiet ibi ocul=
toꝝ diſcuſſio. ſicut deſcribẽ dignatus eſt ipſe
iudex. Math. xxv. Cum venerit filius hoĩs in
maieſtate ſua. id eſt in diuinitate. Cuius vir=
tute tanq̃ꝫ ex ſũma auctoꝛitate repꝛobos iudi=
cabit. in ea tñ foꝛma in qua iudicatus fuit. id
eſt humiliatus apparebit oĩbus tam bonis q̃ꝫ
malis. & in ea iudiciũ exercebit. vt dictum eſt
Et om̃s angeli eius cum eo. Nec ſolũ angeli.
ſed etiã om̃s ſancti. Sicut dicit᷑ yſa. iii. Dñs ad
iudicium veniet cum ſenioꝛibus populi & ꝓ̇n
cipibus. Per ſenioꝛes intelligens & deſignãs
patriarchas. ꝓphetas. et ap̃los. qui maioꝛes &
excellentioꝛes ſunt in populo. ꝑ ꝓ̇ncipes ſigni
ficans angelos. Tunc ſedebit in ſede maieſta=
tis ſue. In ſede notat᷑ excellẽtia iudiciarie pote
ſtatis. quã tunc manifeſtũ erit eũ hr̃e ſuꝑ eccle
ſiam. ꝑ̃s. Deus ſedet ſuꝑ ſedẽ ſanctam ſuam.
Et yſa. vi. Vidi dñm ſedentẽ ſuꝑ ſoliũ excelſũ
et eleuatum. & plena erat oĩs terra maieſtate
eius &c̃. Et cõgregabunt᷑ tanq̃ꝫ citati et obedi
entes citationi. añ eũ tanq̃ꝫ añ iudiceꝫ ſuum
pro meritis recepturi. Om̃s gentes. ſ. cuiuſli=
bet etatis. ſtatus. cõditionis. ſexus & tempoꝛis
Et ſeꝑabit eos ab inuicẽ. ſcꝫ bonos a malis. bo
nis aſtantibus cum ipo ſurſum ĩ aere. impiis
vero remanẽtibus deoꝛſũ in terra. Sic paſtoꝛ
ſeꝑat oues ab edis. Per oues ſignificant᷑ electi
tanq̃ꝫ mundi. fructuoſi. ſimplices. innocẽtes.
hũiles. patientes. Per edos repꝛobi deſignant᷑
tanq̃ꝫ infecũdi. fedi et fetidi. Deus em̃ qui eſt
inſpectoꝛ intimus occultoꝝ. ſciet videbit & ag
noſcet oĩa ſecreta coꝛdiũ. & nihil eũ latebit. &
om̃ia que latuerũt in coꝛdibus ſinguloꝝ. ante
ipoꝝ oc̃los reuocabit. vt & ipe iudex videat. &
qui fecit. Vñ. ꝑ̃s. Arguam te et ſtatuã cõtra fa
ciẽ tuã. Hac igit᷑ diuiſione ſic facta iuſtis cir=
ca iudicẽ in aere ad dexterã collocatis. impiis
ũo in ĩfimis remanẽtibꝰ. & a ſiniſtris ſũmꝰ iu
dex. qui ſolus nouit & videt occulta coꝛdium
omnia que latuerũt in coꝛdibus ſinguloꝝ. añ
ipoꝛum oculos reuocabit. vt reddãt de om̃ibꝰ
rationẽ. Et circa hoc cõſiderare debes cui ratio
ſit reddenda. Require ſuꝑ̃ de iudicis q̃litate.
Item q̃ꝫ ſubito. Reqre ſuꝑ̃. Item cum q̃nto pi
culo. qꝛ qui deficiet. amittet & ſe et ſua & oĩa
bona. Inſuꝑ eterno carceri adiudicabit᷑. & ſup
pliciis infinitis. Qui aũt bene reddiderit rõeꝫ
regnũ cõſequet᷑ eternũ. Item de quibus rõ ſit
reddenda. quia de oĩbus cogitationibus. Iob.
xxii. Ipe cõſiderat vias meas. Gloſa. Sic deus
vias vniuſcuiuſqꝫ cõſiderat. ſic greſſus dinu=
merat. vt nec miũtiſſime cogitatões eius iudi=
cio ac ũba tenuiſſima q̃ apud nos vſu viluerũt
ĩdiſcuſſa remaneãt. Saꝑ̃. vi. Interrogabit opa
vr̃a. & cogitationes vr̃as ſcrutabit᷑. It̃ de oĩbꝰ
verbis. Math. xii. De om̃i verbo ocioſo qꝺ lo=
cuti fuerit hoĩes reddent rationẽ ĩ die iudicii
Item de om̃ibus opibus bonis. qua intentõne
diſcretione. vtilitate et deuotione facta ſunt.
Eccẽs. xii. Cũcta que fiunt adducet deus ad
iudiciũ. & ꝓ om̃i errato. ſiue bonũ ſiue malũ
ſit. Dicit᷑ ꝙ quidã comes pictauenſis fuit qui
voluit expiri oĩa officia. Et ad vltimũ dixit. ꝙ
officiũ qꝺ ipe aliis om̃ibꝰ ꝑ̃poneret eſſet offi
ciũ mercatoꝝ in nũdinis qbꝰ t̃dit᷑ qꝺ ipi volũt
& valde ſplẽdide viuũt. Sꝫ hoc ſolũ ĩ illo offi=
cio erat odibile ꝙ in fine oĩa eis cõputabunt᷑.
etiã minima. que qui nõ ſolueret captus detine=
bat᷑ pro ſolutione. ſic fiet ĩ iudicio. ¶ Special'r
aũt de decẽ habebimus ibi reddẽ rationẽ. Pri=
mo de ſpiritu. Secundo de ſpũalibus. Tertio

de coꝛpoꝛe· Quarto de coꝛpoꝛalibus· Quinto
de temꝑe· Sexto de temꝑalibus· Septimo de
omībꝰ opibus bonis& malis·Octauo de omiſ
ſionibus·Nono de bñficiis gñalibus et ſpāli
bus·Decimo de officiis & artificiis ſinguloꝝ
Hoc eſt quod dicit̄·Math·xviii·De hoīe rege
qui voluit rōem ponere cū ſeruis·Cum aūt ce
piſſet ratiōnē·oblatus eſt ei vnus qui debebat
decē milia·Iſte vnus· totiꝰ eccleſie ſignat vni
tatē·cuius eſt vna fides·vnū baptiſma· Eph·
iiii·Vnum ouile·& vnus paſtoꝛ·Ioh··x·

¶ Primo igit̄ rñdere debemꝰ de ſpū rationali
ſcꝫ aīma·quō eam ſeruauimꝰ· Eſt em̄ p̄cioſus
thaurus·& ideo ſollicite ſ̄uandus·ii·coꝝ·iiii·
Habemus theſaurū iſtum p̄cioſū ī vaſis ficti
libus·id eſt coꝛpoꝛibꝰ·De hoc deut·iiii·Cuſto
di temetip̄m·& aīam tuā ſollicite·Ipa em̄ aīa
eſt p̄cioſa margarita·cuius p̄cioſitatē oſtendit
celeſtis negociatoꝛ· vendēs om̄ia que habuit·
et dās pro ea habēda·Math·xiii·Dedit enim
carnē pro ea ad lacerandū·vt de eius vulneri=
bus curaret̄·Sanguinē ad fūdendū·vt ꝑ illū
mūdificaret̄·Vitam ad occidendū·vt per hoc
viuificaret̄· Aīam ad deducendū in infernuꝫ
vt per hoc aīa hoīs de inferno liberaret̄·Berñ
Ve mihi ſi talentū tradituꝫ mihi negligenter
ſeruauero p̄cioſo ſanguine agni incōtamīati·
magis app̄ciatū· Si em̄ ſtillas ſanguinis dñi
in vaſe aliquo repoſitas haberem·diligens cu
ſtos ꝓculdubio exiſterē·ty·vi·Depoſitū tuuꝫ
cuſtodi· Quidaꝫ frater p̄dicatoꝛ optime rñdit
cuidā militi· cū in p̄ncipio oꝛdinis ignoꝛaret̄
p̄dicatoꝝ oꝛdo et habitus·cū quererꝫ cuiuſmo
di hō eſſet·ait·Ego ſum quidā pauꝑ medicus
collectoꝛ herbaꝝ et radicū·Cū quererꝫ de qua
terra eſſet·ait·De terra coꝛruptionis.cuiꝰ oēs
fōtes ſunt fetidi et corrupti·Et cū dicerꝫ ei ꝙ
ſe exponeret·ait·Vere de terra de qua dixi ſū
dñs·Et quidā rex dedit mihi filiā ſuā ꝯiugem
tali cōditione·vt ſub pena moꝛtis eā ſeruarem
incoꝛruptā·Cū aūt intraſſet terrā meā paulatī
a coꝛruptione eius infecta lepꝛoſa efficit̄·Ego
aūt timens ſentētiā p̄ris eius ꝑ mundū diſcur
ro·et radices & herbas et fructus colligo qui=
bus poſſit curari·Terra infecta·caro hūana ē
cuius fontes fetidi· rex p̄r puelle deus eſt· aīa
puella·ſponſus eius hō·radices et aromata·ꝗ
debet querere hō ad curandū ſūt virtutes·lep̄
peccatū eſt· Herbe ſūt verba ſancta· fructus
opa bona·per hec curat̄ aīma·De hac materia
habes ſup̄ de timoꝛe hūano·

¶ Secundum de
quo rñdere debemus ſunt bona ſpūalia tante
bonitatis·& p̄cioſitatis ꝙ faciūt bonā aīam&
p̄cioſam·vt ſunt bona naturalia aīe·ſicut me=
moꝛia·& cetere vires et potentie·Bona acqui=
ſita vt ſciētia·ars·et politice virtutes·Et bona
gratie·vt bona ſeu dona gratie & theologice
virtutes·Sic em̄ p̄cioſa ē gratia·vt de aliis bo=
nis taceamus·ꝙ ſine hac homo nihil eſt.inihil
valet·nihil ei ad ſalutē pꝛodeſt· Vñ a p̄cioſita
te dicit̄ caritas· Dicit̄ em̄ coꝝ· iii· Si linguis
hoīm loquar &c̄·Sine hac nihil ē homī bonū
quia ipa anime bonitas ſimiliter eſt homī bo
ſum ·ſine ſe bono·Vñ·ii·coꝝ·xv·Gratia dei
um id quod ſum ·ꝓuer·xxii· Sup̄ argentum
et aurū gratia bona·Et vt dicit̄ ſap̄·vii·Diui
tias nihil eſſe dixi ad compationeꝫ illius &c̄ ·
Patet theſauri huiꝰ p̄cioſitas et bonitas·quia
plus valet ad infernalis ignis extinctionē·ad
peccatoꝝ ablutionē·& ad aīarum decoꝛatōeꝫ·
et fecūdationē vna gutta lacrimaꝝ huic celeſti
balſamo·gratie adiuncta et mixta· q̈ꝫ omnes
aque de mūdo·Ideo p̄cioſius eſt ſeruandꝰ iſte
liquoꝛ in quo inungunt̄ reges celeſtes· q̈ꝫ ille
liquoꝛ quo inūgunt̄ reges frācie ·ꝗ non ap=
poꝛtat̄ ꝑ aliā colūbam·niſi ꝑ ipm ſpm̄ſanctū·
Cōtra·Hūc liquoꝛē effūdunt fatui·vt dicitur
Eccī·xx·Gratie fatuoꝝ effundent̄·Et co·vi·
Hoꝛtamur vos ne in vanū grāꝫ dei recipiatis
p̄mo pe·iiii·Vnuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiam
ī alterutrū amminiſtrātes· ſicut boni diſpēſato=
res &c̄·

¶ Tertiū eſt coꝛpus de quo rñdere de
bemus quō illud cuſtodiuimꝰ·Eſt em̄ caſtruꝫ
quod tenemꝰ a deo in feodū·qōqꝫ tm̄ amamꝰ
ꝙ pꝛo toto mundo illud nō daremus· Vñ in
curia illa tanq̈ꝫ ꝓditoꝛ peſſimꝰ ꝯdēnabit̄·ꝗ do
minum ab eo expulit ·et aduerſario dyabolo
illud reddidit ꝓuer·v·Ne des alienis honoꝛē
tuū·qui eſt vt ſis caſtellanꝰ ſūmi regis·& an=
nos tuos crudeli &c̄·Poſt·Et gemas in nouiſ
ſimis·Illud caſtrū debemus cuſtodire munde
et caſte & ſancte·quia templū eſt dei viui·ſcꝫ
ſpūſſancti·p̄mo coꝝ·vi·An neſcitis qꝛ coꝛpo=
ra vr̄a templū ſūt ſpūſſācti·

¶ Itē triplici iure
debemus ſ̄uire deo de coꝛpe & de oībꝰ mēbris
Primo· qꝛ totū coꝛpus cū membꝛis ſuis et de
ſuo fecit·Scd̄o·quia coꝛpus ſuū·& oīa mēbra
ſua tam p̄cioſa pro nobis expoſuit·& de oībꝰ
nobis in tā duro ſeruitio ſeruiuit· Tertio· qꝛ
tantā remuneratōeꝫ coꝛpi·et oībus mēbꝛis eiꝰ
ꝓmittit·ꝙ ꝓ illa remuneratōe glioſa deberet
de om̄ibus mēbꝛis ſuis homo toto temꝑe vite
ſue iudeo vel ſarraceno ſ̄uire·Ideo dicit apoꝰ·
p̄mo coꝝ·vi·Coꝛpus nō foꝛnicationi debet̄·ſꝫ
dño·Anſelmus·Dñe quia totū me feciſti·to=
tū me debeo amoꝛi tuo·& qꝛ totū me redemi
ſti totū me debeo amoꝛi tuo· & qꝛ tanta mihi
ꝓmiſiſti·totū me debeo amoꝛi tuo·

¶ Quartū
de quo debemus ei rñdere ſūt bona coꝛpoꝛalia
Et ſunt q̈ſi quinqꝫ talenta que nobis tradidit
deus·de q̄bus exigit rōeꝫ· ſ·coꝛpis foꝛtitudo·
pulcritudo·iuenilitas·ſanitas·leuitas·de qui=
bus ſi bñ ſeruierimus·alia quqꝫ lucrabimur·
ſcꝫ coꝛpis gloꝛificatōeꝫ·vt det nob̄ foꝛtitudinē
ſine debilitate·pulcritudinē ſine defoꝛmitate·
iuuētutē ſine ſenectute·agilitatē ſine difficul
tate·ſanitatē et vitā ſine infirmitate·& moriē
di poſſibilitate·Illis dicet dñs·ꝗ tūc dicēt illō
Math·xxv·Dñe qnqꝫ talēta t̄didiſti mihi &c̄
Euge ſ̄ue bone& fidelis intra in gaudiū dñi
tui·

¶ Quintū de quo debemꝰ reddē rōem eſt
tempus qō dedit nob̄ deus ad agendā p̄niam
Apoc·ii·Dedit ei dñs tempus p̄nie et nō vult
penitē·Iob·xxiiii·Dedit ei deꝰ locū vel tempꝰ

penitētie·ac ipe abutiẽ eo·Anſelmus de medi=
tatione ad cōcitandū timoꝛē·O lignū aridum
et inutile eternis ignibus dignū ꝗd rñdeb in
illa die cum exigeẽ a te vſqꝫ ad ictū oculi oṁe
tempus viuendi tibi impenſū ꝗliter a te fue=
rit expenſū· Tūc quippe cōdemnabiẽ quicꝗd
fuerit inuentū opis & ocii ſermonis et ſilētii
vſqꝫ ad minimā cogitationē·etiā ꝙ vixiſti ſi nō
fuerit ad dei volūtatē directū·Bern· Non eſt
tibi tempꝰ vite impenſū qͦ nō exigaẽ a te ꝗ=
liter ſit expenſū·Idē·Nihil ꝓcioſius tpe·ſꝫ heu
hodie nihil vilius reputaẽ·Idē·Sic nō ꝑibit ca
pillus de capite·ſic nec ꝑibit momētuꝫ de tpe·
qn ſcꝫ a te requiraẽ ratio illius· Naꝫ inter oīa
creata videẽ nihil fere acceptabiliꝰ tpe·qꝛ i vno
momēto poſſent peccatoꝛes lucrari pluſꝗꝫ va=
leāt infiniti mūdi· ſ·aīas ſuas·In modico tpe
ſibi dato ad penitendū poſſūt hoīes facere tā=
tam pñiaꝫ ꝙ futura ſupplicia euitarēt·& eter=
na bona obtinerēt·Siſr dānati qui ſūt ī infer
no ſi dareẽ eis hora tpis ad penitendū· ſic
daẽ nobis in pñti· poſſent tantā pñiam in ea
agere·ꝙ ineternuꝫ nō ꝑirent·Ideo dꝛ·ii·coꝝ·
vi·Ecce nūc tempus acceptabile &c̄·ſcꝫ ad mi=
ſericoꝛdiā obtinēdā·ad grām inueniendā· ad
gloꝛiā ꝓmerendā·Ideo dicit apoꝰ·Gal̄·vi·Dū
tempus habemꝰ opemur bonū·qꝛ tempus qͦ
modo habemꝰ pꝛo nobis erit ꝯtra nos·Treñ·
ꝑmo·Vocauit aduerſū me tempus· Vſurarii
qui ita large mō vendūt tempus qui iā ſūt in
inferno vellent emiſſe vnū momentū tpis
de mille mūdis ſi haberēt ꝓ pñia agenda·vt
hic habere poſſent·De hac materia infra de in
ferno de agg̃uatione boni amiſſi·¶Sexto de
bonis tpalibus·Ecc̄es·xii·In bonis ſit coꝛ tuū
et ſcito ꝙ pꝛo oīibꝰ his adducet te deus ad iu
diciū·ꝓ deliciis·diuiciis·honoꝛibus·De diui=
ciis dicitur·Iob·xx·Diuitias quas deuoꝛauit
euomet·&de ventre eius extꝫhet eas deꝰ·Apo·
xvii·Quantū fuit in deliciis·& quantū gloꝛi
ficauit ſe·tantū date ei toꝛmentū & luctum·
Ideo diciẽ villico·Luc̄·xv·Redde rationē vil=
licationis tue·iam eñ nō poteris villicare·Et
nota ꝙ diuitie bonoꝝ erūt ꝓ eis in iudicio·tā
ꝗꝫ aduocati coꝝ·ꝑs·Beatus hō qui mi·& cō·
diſ·ſer·ſ·in iu·&c̄· Diuitie autē maloꝝ erunt
tanꝗꝫ aduocati cōtra eos·Iac̄·v·Argentum&
āurū vrm erugīauit·& rubigo coꝝ erit vob
in teſtimoniuꝫ· Et poſt·Theſaurizaſtis vobis
irā in nouiſſimis diebus·Itē abac̄·ii·Ve q con
gregat malā auariciā domui ſue·vt ſit ī excel=
ſo nidus eius·Et poſt·Lapis de pariete clama
bit & lignū qͦ ē inter iūcturas edificioꝝ·Cō=
tra·bene erogata ꝓ hoīe bñ allegabūt tho·iiii
Quō potueris eſto miſericoꝛs·Et poſt·Premi
um bonū tibi theſaurizas in die neceſſitatis·
qm̄ elemſina ab oī pc̄to et a moꝛte liberat· &
nō patieẽ aīam ire in tenebras·Fiducia ē coꝛā
dño elemoſina Vñ refert·Ioħ·elemoſinariꝰ·
ꝙ cū paupes eſſent in quadā ciuitata ad ſoleꝫ
inceperūt dr̄e qui eſſent boni elemoſinarii·&
qui nō·Et cū dicerent·ꝙ quidā diues erat ibi
petrus noīe·cuius elemoſinā nullus eoꝝ vn=
quā recepat·vnus eoꝝ firmauit ꝙ ab eo ex=
toꝛqueret eliam·qui vadens ad oſtiū eius tam
ſepe et impꝛobe petiuit ꝙ ille tedio affectꝰ pꝛo
iecit ei panē ſiligineū·ſūptū de maſſa que de
furno appoꝛtabaẽ·quē paup gaudens defert
aliis et lucratꝰ eſt qͦ firmauerat·Demū dictꝰ
diues egrotās rapiẽ ad iudiciū·ī quo videt oīa
facta ſua appēdi in vna lāce ſtatere·& teterri=
mos ſpūs oīa facta ſua ei impꝛoperātes·& eū
accuſātes· Ex oppoſito vidit quoſdā albos &
lucidos dolētes·quia nihil inueniebāt boni in
factis ſuis·qͦ in alia pte libre ponerēt·Tunc
quidā appoꝛtauit ſiligineū panē ꝗꝫ paupi de=
derat·& poſuit in alia parte libre·& cō ponde
rauit mala·Tūc dictum eſt ei·reuerte et auge
ad ſiliquā iſtā·alioꝗu nō euades manus hoꝝ
Qui extunc factus eſt abſtinēs·pius et miſeri
coꝛs· Et cū iret ad theloneū occurrit ei quidā
nauta nafragus nudus rogans vt ei veſtē da
ret·qui exuta veſte ſua dedit ei·quā ille vendi
dit nō audēs eā poꝛtare·ꝓpter ꝓcioſitatē·Qͦ
audiēs petrꝰ flebat ſe indignū·vt veſte ſua ve
ſtiretur paup·Cui ī nocte apparuit dñs·grās
agens indutus veſte ſua·de hoc ꝙ ſic afflictuꝫ
miſeria in frigoꝛe veſtierat·Poſt hoc cepit ha=
nelare ad pauptatē dicens btos eſſe pauperes
Vendidit aūt cūcta ſua·deditqꝫ paupibus ex
cepto vno ſuo ſuo ꝗꝫ emerat ꝗdragita aureis
quē vocās iuramentū eius accepit ꝙ eiꝰ ꝓcep=
tis obedirꝫ·Tunc ꝓcepit ei ꝙ eū ad nundinas
ducerꝫ et vēderet·& ꝓciū paupibus daret·Iu=
rans ꝙ ſi hoc nō facerꝫ eū ipe barbaris vende
ret·& ſi eum venderꝫ·eū liberꝝ faceret·Obhoc
cōpulſus ſuus duxit eū in irlm·vēdidit eum
cuidā argētario·cui ſuiuit in coꝗna multis an
nis· A ſuis eiꝰ ſepe verberatꝰ & vitupatus &
afflictus·ipe in oībus deo grās agebat·orōni
inſiſtens·& laboꝛi·Dñs aūt eius vidēs eiꝰ pa=
tientiā & deuotionē· dicebat ei ꝙ abiret liber
qñ vellet·qui hoc nolebat·Cū affligereẽ autē
a ſeruis dñi ſui·quidā argētarii cōſtantinopo
litani agnouerūt eū·q vidēs ſe nō poſſe latē·
venit ad poꝛtitoꝛē domus ſurdū et mutū·ꝓci
piens vt apit & curareẽ·qͦ ita factum eſt·Ille
aūt fugiēs ñ inueniẽ·ſꝫ viſo miraculo penitēt
ſui de iniuria illata·¶Septio debemus redd ē
rationē de oībus opibus bonis et malis·ecc̄es·
xii·Cūcta que fiunt ſub ſole adducet deus ad
iudiciū·et ꝓ oṁi errato·Ro·xiiii·Oṁes ſtabi=
mus ante tribunal xp̄i·Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ nr̄m
ꝓ ſe rationē reddet·ii·coꝝ·v·Oṁs nos mani
feſtari opoꝛtet añ tribunal xp̄i·Et poſt·Vt re
cipiat vnuſquiſqꝫ ꝓut geſſit in coꝛpe ſiue boñ
ſiue malū·Yſa·xlvi·Ego aūt opa eoꝝ & cogi
tationes eoꝝ venio vt iudicē·ꝑs· Cum accepo
tempus·Ego iuſtitias iudicabo·Dñs eñ iudi=
cabit et maīfeſtabit qua intentōe et affectōne
attētione·& in quo ſtatu opa facta ſūt·Berñ·
Si iudicabit dñs iuſtitias·quō ergo in iuſtiti=
as·Cognoſceẽ eñ dñs iudicia faciēs qui nunc
ignoꝛaẽ·iniurias patiens· ¶Octauo·r eddere

debemus rationē de cōmiſſionibꝰ et obmiſſi=
onibus maxime a p̄latis hoc requireretur. Simi
liter et de remiſſionibꝰ peccatoꝝ. quas nobis
dñs fec̄. Math. viii. hoc ibi notat̄. Sil'e eſt reg
num celoꝝ hoī regi. &c̄. Et poſt. Serue neq̄ȝ
om̄e debitum dimiſi tibi. qm̄ rogaſti me &c̄.
Hanc ratōeȝ deberēt timere maxime p̄lati qui
bus maxime deus iſtas tres q̄ſtiones faciet. ſ.
quō intrauer̄t ad eccleſiaſtica bñficia & curas
aīaꝝ. Math. xxii. Amice quō huc intraſti nō
hñs veſtē nuptialē. Scd̄o quō cuſtodierūt. Iere
xiii. Vbi eſt grex qui datus eſt tibi pecꝰ incli=
tum tuū. Eiuſdē. l. Grex ꝑditus factus eſt. po
pulus meus paſtoꝛes ſeduxerūt eū. Hoc dicet
dñs in iuditio. Idē. xxxiii. Ad hūc tranſibunt
greges ad manū iniuriātis. Tunc dicet verus
Ioſeph. i. xp̄s illō Geñ. xliii. Nō videbitis faciē
meā. niſi adduxeritis fr̄em vr̄m mīmū. Eze.
xxxiii. Sanguinē impii de manu ſpeculatoꝛis
requirā. Hoc debet eis eſſe terribile. Sil'r quod
dicit̄. Eze. xxxiiii. fere ꝑ totū. Ve paſtoꝛibus
iſrl'. Et poſt. Quō ꝑierat requirā &c̄. Tertō quō
rexerūt ſe et alios req̄ret dñs. Cōtra hos Gre.
in omel'. Deſignauit &c̄. dic̄ p̄latis. Ecce de ce
lo iam iudex venit &c̄. Ecce de nr̄o negocio
fructū requirit. quale ſcȝ lucrū aīaꝝ de noſtra
negociatione ei mōſtrabimus. Ponamꝰ ergo
ante oculos illius tante diſcrictōnis diē ī quo
iudex veniet et rationem cum ſeruis. quibus
talenta tradidit ponet. Ecce in maieſtate terri
bili inter angeloꝝ & archangeloꝝ choꝛos ī il=
lo tanto examīe electoꝝ pariter & reproboꝛū
oīm multitudo videbit̄. Vnicuiq̄ȝ quiſq̄ȝ q̄p
ſit opatus oſtendet̄. Ibi petrus cū iudea cōuer
ſa. quā poſt ſe traxit apparebit. Ibi paulꝰ ꝯuer
ſum vt ita dicam mundū ducēs. Ibi andreas
achaiā. Ibi Iohes aſyā. thomas indyā. iꝰſpectu
ſui iudicis cōuerſam adducet. Ibi om̄es dñici
gregis arietes cū aīaꝝ lucris apparebūt. q̄ ſā=
ctis ſuis p̄dicationibꝰ deo poſt ſe ſubditū gre
gem trahūt. Cum igit̄ tot paſtoꝛes cū gregibꝰ
ſuis añ eterni paſtoꝛis oculos venerint. quid
nos dicturi ſumus. qui ad dñm nr̄m poſt ne
gociū vacui redimus. qui paſtoꝛis nomen ha=
buimus. & oues quas ex nutrimēto nr̄o debe
amus oñdere nō habemus. Item requiret dñs
quō pr̄ et mater filiū vel filiam ſeruauit. quō
familiā. quō magiſter diſcipulū. ſocius ſociū.
vicinus vicinuȝ. Ecci. xvii. Vnicuiq̄ȝ mādauit
de ꝓximo ſuo. Item requiret̄ ratio de cōmiſſis
p̄ceptis et traditis. & eoꝝ tranſgreſſionibus.
Cum beatus Berñ. veniēs paryſius ſcolas lo=
gice intraſſet cogitās quō aliquos ſcolares lu
crari ibi poſſet quos monachos faceret. finita
diſputatione rogans eū magiſter q̄ꝑ determi=
naret ait. Nobis deus facit hoc argumentum
rñdere. deus ꝓponet nobis legem. et eius mā=
data. dicēs. Hec mādata & hāc legē dedi vob.
aſſuit trāſgreſſiōeȝ. ꝯcludit dānatōȝ. Sic ergo
argumētat̄ hoī. Legē tibi ēdidi. tu p̄uaricatoꝛ
fuiſti ergo dānatōeȝ ꝓmeruiſti a iuſto iudice
ergo dānaberis. It cū idē audiret ſepe ibi dici.

rationale. moꝛtale. ait. Cōſiderāti hoc. duplex
occurrit mihi fructus. quia rationale moꝛtale
humiliat. & moꝛtale rationale confoꝛtat.
¶ Nono requiret̄ ratio de bñficiis gñalibus.
et particularibus & ſpecialibus Iob. ix. Si vo=
lueris iudicio cōtendē nō eſt qui rñdeat vnuȝ
pꝛo mille. ſ. bñficiis ſuſceptis. Idē. xxxi. Quid
faciā cū venerit ad iudiciū. Et cū queſierit. q̄d
rñdebo illi. Nūquid nō in vtero fecit me &c̄.
Yſa. xliii. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas
ꝓpter me. & peccatoꝝ tuoꝝ nō recoꝛdaboꝛ. re
duc me in memoꝛia iudicemur ſimul. Narra
ſi quid habes. vt iuſtificeris. Quis em̄ digne
poſſit rñdere ei de bñficiis gñalibꝰ creationis
et paſſionis &c̄. ¶ Decimo req̄ret̄ rō de diuer
ſis artificiis & officiis hoīm. Vñ in. p̄s. Deus
deoꝝ doꝰ. lo. eſt & vo. t. &c̄. Primo de officō
p̄dicationis. q. de digniſſimo requiret dicens
p̄s. Peccatoꝛi dixit deꝰ quare tu enarras iuſti
tias meas. O pc̄toꝛ id ē p̄dicatoꝛ enarras teip̄m
iudicādo. qñ es in notoꝛio peccato contra q̄ō
p̄dicas Secūdo. de offitio ſacerdotali. vñ & aſ
ſumis o tu ſacerdos. teſtimoniuȝ. canonis. vel
dñici coꝛpoꝛis & ſanguinis ꝑ os tuū pollutuȝ
dicit glo. Tertio de officio p̄ncipatuū. ſcl'ariū
cū dicet. Tu ūo odiſti diſcipl'nā. Iere. v. Ibo ad
optimates ipī magis cōfregerūt iugū. id ē di=
ſcipl'nā ſacre doctrine ñ obediendo. vel peni
tētie eā nō faciēdo. vel abiiciēdo. Proieciſti ſer
mones meos retroꝛſū. Contra clericos qui ſa
cram ſcripturā vel p̄dicationē reiiciūt pꝛopter
alias ſcientias. Si videbas furē &c̄. hoc contra
ꝓpoſitos et p̄latos malis cōſentiētes. vel nō cō
coꝛdes bonis. Os tuū abūdauit malitia. hoc cō
tra adulatoꝛes mala laudātes vel cōtra deum
blaſphemātes. vt ſūt tabernarii et luſoꝛes. Et
lingua tua. cōcīnabat dolos. id eſt cōponebat.
Hoc cōtra negotiatoꝛes et aduocatos et teſtes
falſos. Sedēs &c̄. hoc cōtra falſos iudices & de
tractoꝛes et accuſatoꝛes. Et aduerſus filium
mr̄is tue. &c̄. Hoc eſt ꝯtra hēticos vel ſuo exē=
plo coꝛrūpētes alios. Exiſtimaſti inique &c̄. hoc
eſt cōtra iuſtitiā pro aliquo coꝛrūpentes. vl' cō
tra ypocritas. Arguā te et. ſtatuā cōtra faciem
tuā &c̄. hoc eſt cōtra peccata occultātes. Intelli
gite hec qui obliuiſcimī dm̄. hoc cōtra ignoꝛā
tes & in ꝓſperis viuētes. Sacrificiū laudis &c̄
hoc cōtra ingratos & p̄ſumētes. Vñ. illic iter
quo oñdam illi ſalutare dei.

## ¶ DE DISCVSSORVM PVBLI=CATIONE. ¶ DIS. VII.

Cōo fiet ibi diſcuſſoꝝ publicatio.
quia iudex nō ſolū vnicuiq̄ȝ ſecre=
ta ſua facinoꝛa reuelabit. verūetiaȝ
om̄ibus aliis angelis & hoībus bo
nis et malis. amicis & inimicis. ſicut ait ꝑ ꝓ=
phetā. Eze. xvii. Ecce ego cōgregabo oēs quos
dilexeras. & vniūſos quos oderas. & nudabo
ignoīam tuā coꝛā eis. ſoph. iii. Mane iudiciū
ſuū dabit in luce. & nō abſcondet̄. Itē. reuela=
bo pudēda coꝛā facie tua. & oñdam gentibus
nuditatem tuam. et regnis ignominiā tuam

Singula verba diligẽter attẽde· & diſcretionis
libra põdera qd impoztẽt· Tũc replebunẽ ipſi
pudoze cõfuſionis ·timoze dãnationis·doloze
turbationis·ſtupoze admirationis· Pudoze q̃=
dem cõfuſionis·quia quilibꝫ honeſtus homo
erubeſcit·etiã ſua videẽ pudẽda ·magis aũt ve=
recũdaẽ videre aliena ·ſed incompabiliter plus
hozret ab aliis videri ſua· Quantũ ad ṗmum
dicit· Reuelabo pudenda cozã facie tua · vt in
teiṗo ṗmitus erubeſcas· Poſtea ſubdit· Et oſtẽ
dam gentibus nuditatẽ tuã· Attẽde q̃nta vere
cundia ſuffũdereẽ honeſta mulier & pudica ·
ſi cozã hoĩbus totius regni in ſuaꝫ ignomini=
am nudareẽ· Reuera ṗnimia cõfuſione defice
ret·et ſi multa ſpecioſitate niteret· Magis aũt
ſi defozmis eſſet et hozrida· & propter hoc in
ludibrium haberetur· Adhuc autem longe ma
gis hozreret·ſi multa feda et enozmia in ſecre
to cozdis eius iacentia ·cozã omibus vulgaren
tur· Quanto igiẽ incompabilius·imo ineffa=
bilius quelibꝫ aĩma cõfundeẽ qñ cozpus eius
omĩ defozmitate turpius· & omĩ fetoze feten=
tius·oĩbus oñdetur· Adhuc lõge vehementiꝰ·
quia cũcta eius hozrẽda flagitia omĩbꝰ repro=
bis hoĩbus et demonibus nudabunẽ· Adhuc
etiam hozribilius· quia ab omĩbus bonis an=
gelis & hoĩbꝰ videbunẽ· ſꝫ ineſtimabiliẽ intole
rabilius ſe videri ab ipo ſũmo iudice cõfundẽ
tur· Cogitet vnuſquiſqꝫ ſi põt· quãta tũc erit
cõfuſio in cozdibus impiozꝝ· & q̃m inexcogita
bile ex hac extrema cõfuſione tozmentũ· Con
fundenẽ at impii ſicẽ fur qui in furto depᵬenſꝰ
cum re furtiua cozam omĩbus ſuſpendiẽ· Ie·
ii· Quõ cõfundiẽ fur qñ depᵬẽditur· ſi cõfun
denẽ· Item vt homicida qñ ꝓpter homicidiuꝫ
cozã omĩbus ad patibulũ trahiẽ· Itẽ vt adulter
et adultera· depᵬenſi· qui cozã oĩbꝰ nudi fuſti
ganẽ· Eze· xvii· Congregabo omſ quos dilexi
ſti· & vniũſos quos oderis· & nudabo igno=
miniã tuã cozã eis· & videbũt omeꝫ turpitudi
nem tuam· & iudicabo te iudiciis adulterozũ
et effũdentiũ ſanguinẽ· De hac cõfuſione ad=
ulteri et adultere habeẽ Ecci· xxvi· Itẽ cõfun=
denẽ vt cõfictus de ꝓditione· cuius ꝓdicio ex
heredatio in nũdinis acclamaẽ· Eze· v· Dabo
te in deſertũ & inobprobziũ cũctis gentibꝰ &c̃
Item cõfundenẽ vt ille qui ꝓpter leprã a con=
ſoztio ſonozꝝ et cõciuium expelliẽ· Math· xiii·
Exibunt angeli et ſepabunt malos de medio
iuſtozꝝ &c̃· Itẽ cõfundenẽ vt ille qui excoĩcatꝰ
eſt· et ab eccleſia eiiciẽ· & a nuptiis excluditur
Math· xxv· Neſcio vos diciẽ fatuis virginibꝰ
Et Math· xxii· Quõ huc intraſti nõ hñs veſtẽ
nuptialẽ· &c̃· Item cõfundenẽ· vt qui cozã hoĩ
bus ṗpetua infamia et indelebili damnaẽ· Ie·
xx· Confundenẽ vehemẽter· quia nõ intellex
erũt obprobriũ ſẽpiternũ· qȯ nunq̃ꝫ delebitur
Et· xxiii· eiuſdẽ· Dabo vos in obpzobziũ ſempi
ternum· & ignominiã ſempiternã· qȯ nunq̃ꝫ
obliuione delebiẽ· Cõfuſionẽ et dolozẽ eozum
oñdit illud quod legiẽ in vitis pr̃m· Narrauit
quidã ſenex· ꝙ cũ vellet cõuerti ad religionem
et impediret eũ mr̃ ſua· dicebat ꝙ vellet ſalua
re aĩam ſuã· nec acquieuit ei· Factus aũt mo=
nachus negligẽter agebat· Moztua aũt matre
et eo egrotante in extaſi poſitus rapiẽ ad iudi
cium inter iudicãdos· vbi vidit mr̃em ſuã· di=
centẽ ſibi· Quid eſt fili qȯ veniſti nobiſcũ hic
iudicandus· vbi ſunt verba que dicebas· volo
ſaluare aĩam meã· qui confuſus obmutuit· &
erubuit· audiuitqꝫ vocẽ dicentem· vt adhuc re
ducereẽ· et alius de eius cenobio morereẽ· qȯ
ita factũ eſt· Et cõualuit· & cogitauit de viſi=
one· & incluſit ſe· & aſſidue flebat ãnos quos
negligenter egerat· & cum multi diſſuaderẽt
ei tantũ fletũ ne leſionẽ patereẽ· nõ acquieſce=
bat eis· ſꝫ dicebat ſi impropiuꝫ mr̃is mee ferre
nõ potui· quõ ferre potero impropium xp̃i &
angelozꝝ· et ſcõꝝ oĩm· Itẽ ibidẽ· Quidã intro=
gauit ſenẽ· Vñ abba mihi hoc· Coz meũ durũ
ñ timet deũ· & quõ timebo· Dixit ei ſenex· pu
to ꝙ ſi hõ in cozde ſuo teneat increpationem·
poſſideat timozẽ· Dicit ei fr̃· Quid eſt increpa
tio· rñdit vt in omĩ re increpet homo aĩaꝫ ſuã
et ꝙ cogitet ꝙ deo hoc debꝫ occurrẽ & increpa
tionẽ eius et ſanctozꝝ ſuſtinẽ· Itẽ quidã ſenex
videns quendã ridentẽ· dixit ei· Cozam celo &
terra reddituri ſumus rationẽ totius vite nr̃e
& tu rides· Itẽ dicebat abbas euagrius· Illud di
uinũ ac timendũ & terribile iudiciũ ymagina
re rediit ad memoziã repoſitã peccatozibꝰ cõ=
fuſionẽ· quã paſſuri ſunt in conſpectu dei &
xp̃i eiꝰ· & cozã angelis et archangelis poteſta
tibus et vniuerſis hoĩbus· Scdõ turbabuntur
timoze dãnationis· Sap̃· v· Turbabunẽ timo=
re hozribili· Quõ em̃ nõ timerẽt qñ viderit ꝑ=
emptorie ſe citatos· oĩa peccata ſua clare ↄſpi=
cient· & ſeꝑ eis nõ egiſſe pñiam recognoſcẽt·
ſet ue damnationis maĩfeſta ſigna videbunt
Yſa· ii· Ingredienẽ fiſſuras petrazꝝ· & in cauer
nis ſaxozꝝ a facie timozis dei & glozia maieſta
tis eius· cũ ſurrexerit ꝑcutere terrã· Itẽ in ciui
tate biſũtina talis diciẽ eſſe cõſuetudo· ꝙ cum
venit ibi impatoz· omſ vſurarii ſui ſunt ad re
dimendũ et capiendũ· Vñ eo veniente ibi· ab
ſcondũt ſe in latrinis· Quid ergo faciẽt cũ ve=
nerit ad iudicandũ deus· Iero· in epl̃is· Si tan
ta cura ꝑtimeſciẽ iudiciũ pulueris· q̃ intentio=
ne cogitandũ eſt· qua fozmidine ṗuidendum
ſit tante iudicium maieſtatis· Si balthaſar rex
adeo timuit articulos manus quos vidit ſcri=
bentes in pariete· mane techel· phares· nũauit
appendit· diuiſũ eſt· ſicut diciẽ dañ· v· Qȯ vt
vidit facies eius mutata eſt· & cogitatões eius
ꝑturbabãt eũ· & cõpages renũ eius ſoluebanẽ
et genua eius collidebanẽ· q̃ntoplus timebũt
videntes illũ qui nũabit bona et mala· appen=
det ſingulozum merita· diuidet bona et mala
Hũc etiã timozẽ q̃ꝫ habebũt mali ĩ iudicio· oñ
dit timoz quẽ habebũt amici dei & habuerũt
de ſola huiꝰ meditatione· Math· xxiiii· Nam
virtutes celozꝝ mouebunẽ· Iob· xxvi· Colũne
celi cõtremiſcũt· Intellige· Nõ timoze penali·
ſꝫ admiratõe· Ideo dauid dicebat· Dñe ne in

furore tuo arguas me. &c. Iob. xxi. Quid faci
am cū ſurrexerit ad iudicādū de⁹ &c. Si qſie
rit qd rńdebo ei. Idē. xiiii. Quis mihi hoc tribu
at vt ī inferno ꝓtegas me &c. In vitis pr̄m ab
bas Amon rogatus vt dr̄et verbū edificatōis
ait. Talē deb; hō facē cogitationē ſuam. qualē
latrones & iniqui. qui ſūt in carcē iudicandi.
qui querūt frequēter. vbi eſt iudex qñ veniet
et maloꝝ ſuoꝝ cōſcii flent. Ita monachus ani
mā ſuā deb; obiurgare. et dr̄e. ve mihi quō ha
beo aſtare añ tribunal xp̄i. & maloꝝ meorum
reddē rōem. Si hoc meditatus fueris. poteris
ſaluus eſſe. Itē Iero. quotiēs diei iudicii recolo
totis viſcerib⁹ cōtremiſco. Narrat petrus alfō
ſus. ꝙ quidam ſanctus heremita hec habebat
ſcripta ꝑ oculis. & ea frequēter in oratōe & me
ditatione ruminabat dicens. O aīa mea ſcias
et recognoſcas qd oparis dū p̄tas eſt in manu
tua anteq̄; mouearis de loco tuo. anteq̄; veni
as ad locū in quo eſt iuſtitia. & ad portā iudi
cii in quo leges oīa q̄ feciſti in rotulo cōſciētie
Vbi angeli a dextris et a ſiniſtris cōſiliu; tuū
denudabūt qñ añ deū veniet iudiciū tuu; in
vna lance iudicii librabit̄ oīe bonū tuū. in al
tera oīe malū tuū. vbi oēs fratres et amici
tui te deſerēt. redemptionē nullā tibi inueniēt
te obliuioni tradēt. Memento ergo modo dū
potes creatoris tui. Hoc ſepe recolēs fremebat
tremens & flebat. eccēs. xi. Memiſſe deb; hō
tenebroſi tempis &c. Itē. xii. Memēto homo
creatoris tui anteq̄; veniat tempus afflictio-
nis &c. Itē erūt ſtupentes ex horrore mirabili
um viſoꝝ et inſolitoꝝ. & ꝑ ſtupore deficiētes.
et obmuteſcētes. p̄s. Oīs iniq̄tas oppilabit
os ſuū. Yſa. xiii. Vnuſquiſq; ad ꝓximū ſuum
ſtupebit. Nō ſolū ſtupebūt in viſione malorū
ſ; etiā in viſione bonoꝝ. Sap. v. Videntes tur
babunt̄ timore horribili et mirabunt̄ in ſubi-
tatione inſperate ſalutis. Gemētes &c. Et poſt
Ecce quō cōputati ſunt inter ſanctos &c. Si
heſter ita timuit in viſione vni⁹ hoīs q̄; vidē
cōſueuerat. ꝙ pene exaīmata eſt. vt habetur.
heſter. xv. qñ &c. Illa autem cū rediſſet a caſu
requiſita ab aſuero quid hr̄et. ait. Vidi te dñe
quaſi angelū dei. & cōturbatū eſt cor meū pre
timore gl̄ie tue. Valde em̄ admirabilis es dñe
& facies tua plena gr̄aꝝ. Quid erit peccatori
bus in viſione feritatis tante maieſtatis. Item
ſi Ieħ. apo. i. Et dañ. eiuſdē. x. remanſerūt. q.
mortui ad viſionē vnius angeli. ſilr̄ etiā cuſto
des ſepulcri. Matħ. vlt. quid erit timoris pec-
catoribus cū viderit cōtra ſe ſūmū iudicē ī ſū-
ma feritate cū tot milibus angeloꝝ. & ſancto
rū. Itē erūt incōſalabilr̄ merētes vt dicit criſo⁹
Ex anguſtia oīm nihil eis ibi relinquet̄. niſi lu
ctus. qō patet ꝑ ſuppoſita exempla. de cōfuta
to a mr̄e. & de exēplo latronis et heremite. &
de rege & tibicinibus. Tertio torq̄būt̄ dolore
inuidentie. pn̄ie quidē ſ; infructuoſe. quia de
peccatis ſuis dolebūt nō amore diuine reuerē-
tie. ſ; timore dānationis. quā ſibi ſciēt et ſenti
ent iminē. Iere. xlviii. Erit cor fortiū moab. q.

mulieris parturiētis. Et eiuſdē. lxix. Diſſoluta
eſt damaſcus. id eſt aīa peccatrix que eſt ſacc⁹
ſanguinis. id eſt peccati. timor apphendit eam
et dolores & anguſtie q̄ſi parturiētē. Yſa. xiii.
Vlulate quia ꝓpe eſt dies dñi. ꝓpter hoc oēs
manus diſſoluētur. & oīe cor hoīs cōtabeſc;
et cōteret̄. torſiones et dolores eos tenebūt. q.
parturientes dolebūt &c. Sap. v. Intra ſe peni
tentiā agentes. & ꝑ anguſtia ſpūs gementes.
Iſta pn̄ia nō erit fructuoſa. ſic̄ nec antiochi.
De quo. ii. Machħ. ix. Hec eſt pn̄ia latronis vi
tormentoꝝ violēter extorta. & ideo minime fru
ctuoſa. Torq̄bunt̄ dolore inuidentie. Vidētes
em̄ gl̄iam beatoꝝ inuidebūt. quā tñ obtinere
nō poterūt. p̄s. Peccator videbit et iraſcet̄. dē-
tibus ſuis fremet et tabeſc; deſide. pecca. pibit.
Quarto mouebunt̄ ſtupore admiratōis. nam
in illa tanta cōgregatione mirabilia et ſtupen
da videbūt. quia qui boni et iuſti mundano
iudicio videbunt̄. inuenient̄ reprobi. & q̄ vi-
les et deſpicabiles iudicant̄. cōtemnunt̄. deii-
ciunt̄. vel tanq̄; fatui derident̄. tūc fulgebunt
ſicut ſol. Sap. v. Mirabunt̄ in ſubitatione in-
ſperate ſalutis &c. Sequit̄. Hii ſūt quos aliqñ
habuimus inderiſū & in ſilitudinē impro perii
nos inſenſati vitam illoꝝ eſtimabamus inſa-
niā. et finē illoꝝ ſine honore. Ecce quō cōputa
ti ſunt inter filios dei. & inter ſanctos ſors il-
loꝝ eſt. yſa. xiii. Vnuſquiſq; ad ꝓximum ſu-
um ſtupebit.

## DE PROMVLGATORVM ATTESTATIONE. DIS. VIII

Tertio adhuc ad augmentū miſerie
reproboꝝ fiet ibi ꝓmulgatoꝝ atte-
ſtatio. Erūt aūt ibi multa accuſan
tia et teſtimoniū ꝑhibentia contra
malos. Primo quidē oīs mūdi creatura. Scōo
ſacra ſcriptura. Tertio interna ꝯſciētia. Quar
to opa ꝓpria. Quinto hoīes iuſti. Sexto etiam
infideles. Septimo ipi demōes. Octauo oēs
ſācti. Nono ſācti angeli. Decimo etiā ipe de⁹
Primo ſiquidē accuſabūt impios & contra
ipos teſtificabunt̄ oēs creature ſenſibiles q̄-
rum vſu vel obſequio ſūt abuſi. Greg. Si que
ris quis te accuſet. Dico ꝙ totus mūdus. Iob.
xx. Reuelabūt celi iniquitatē eius. id ē impii.
et terra cōſurget aduerſus eum. et aptum erit
germē domus eius in die furoris dñi. p̄s. Ad-
uocauit celū deſurſū. & terrā diſcernē populū
ſuū. Itē deut. xxxii. Inuocabo ꝯtra vos celū &
terrā. id eſt oēs creaturas que ſūt ī celo & in
terra. Scōo cōtra ipios teſtificabit̄ ſcriptu-
ra ſac̄. quā ideo reuelauit dñs & doceri voluit
et cōſcribi. vt eā audiētes. legentes meditātes.
ſm eam viuerēt. in ipa et ꝑ ipam diſcerēt quid
agendū. qd cauendū. qd timendū. quid ſpan
dum. que oīa ī ſcriptura ſacra docent̄. Vnde
Io. v. Scripture teſtimoniū ꝑhibēt de me. Hoc
dicebat xp̄s de ſeipo. Et ſicut teſtimoniū ꝑhi-
bent xp̄o et ſanctis. ita teſtimoniū ꝑhibēt cō-
tra malos. ſicut ibidē dicit̄. Eſt q̄ accuſat vos
Moyſes. id eſt lex accuſabit quidā impios qui
eā audire vel diſcē noluerūt. vel audita retinē

vel exequi contēpſerūt· ¶ Tertio contra ipos
teſtificabit̃ interioꝛ cōſcientia· Sicut ait apoꝰ·
Ro·ii· Teſtimoniū illis ꝑhibente cōſciētia ipo
rum cogitationū accuſantiū· aut etiā defendē
tiū i die cū iudicabit dn̄s occulta hoim· Vnuſ
quiſqꝫ em̄ librū condemnatōis ſue poꝛtabit· &
aptum coꝛā oīmibus demōſtrabit· qui oīmibus
aliis euidētioꝛ et irrefragabilioꝛ teſtis erit· cū-
ctiſqꝫ et ipo iudice tacentibꝰ· id eſt ſi tacerent·
qn̄imo ſi ꝓ ipo teſtimoniū ꝑhibere poſſent &
vellēt· ipm̄ impiū nihilominus condemnabit·
De libꝛis hmōi dicit̃ Dan̄·vii· Iudiciū ſedit &
libri apti ſunt· Et apoc̄·xx· Vidi moꝛtuos ma
gnos & puſillos ſtantes an̄ tronū· & libri apti
ſunt· et alius liber aptus eſt· qui eſt liber vite ·
et iudicati ſūt moꝛtui ex his que ſcripta erant
in libris ſm̄ opa ipoꝝ· Ideo ſup illō Iere·xvii·
Pctm̄ iuda ſcriptū ē ſti·fer·&c̄· dic̄ bn̄· Vide-
bit̃ i iudicio ſuo· & nudabit̃ pectoꝛis mei ꝯſciē
tia & de apto coꝛde videbunt̃ lr̄e peccatorum
meoꝝ· que ſcripte ſūt ſtilo ferreo· vngue ada
mantino· atqꝫ vniuerſa multitudo aſtantium
leget in pectoꝛe meo ſignatas ymagines pec-
catoꝝ meoꝝ· ¶ Quarto teſtimoniū ꝑhibebūt
opa ꝓpria· Ecc̄i·xi· In fine opis denudatio op
um eius· Apo·xiiii· Scribe· beati moꝛtui qui i
dn̄o &c̄· Et pꝰ· Opa em̄ illoꝝ ſecūt̃ illos· Ber·
Opa bonoꝝ ſecunt̃ eos· ſꝫ opa maloꝝ eos pſe-
cunt̃· ps· Cognoſcet̃ dn̄s iudicia faciens i opi
bus manuū ſuaꝝ cōꝑhenſus ē peccatoꝛ vt he
ricius· De quo dicūt naturales qn̄ venit ad po
ma onerat ſe pomis infixis in eius aculeis &
cum venit oꝛtulanus & credit fugere· nō pōt
onus excutere· ſꝫ capit̃ cū furto· Ita mali capiē-
tur i peccatis ſuis· Itē vt ſymia que dicit̃ habē
duos fetus· vnū quē tenerrime diligit· & aliū
quē minus· Primū vult hr̄e ſemp p̄ oculis· ali
um retro· ſꝫ adueniēte venatoꝛe dilectū· vt di-
cit̃ accipit intra brachia· minꝰ dilectum ꝓiicit
retro ſup hūeros· Cum aūt appropinquante ve
natoꝛe vult minus dilectū ꝓiicere· Ille ita ad-
heret ei ꝙ nō pōt eū eiicere· Et ideo neceſſe ha
bet dilectū ꝓiicere· & capit̃ ſub onere minꝰ di
lecti· cū nō poſſit fugere· Sic hō i ope peccati
duo habꝫ voluptatē ſcꝫ quā ſemp vult p̄ oculis
hr̄e· & defoꝛmitatē & vilitateꝫ & penalitatē· q
retro habet· nō cogitans de his· & ideo cū his
oīmi reiecta voluptate in iudicō capiet̃· & i in-
ferni carcerē ꝓiiciet̃· ¶ Quinto teſtimonium
ꝑhibebūt hoīes iuſti quos cōtemnētes deriſert
paupes· quos oppſſerūt tempalr̄· leſerūt coꝛpa-
liter· vel ſpūaliter g̃uauerūt· vel ad peccatum
traxerūt· impedierūt a bono verbis· moꝛibꝰ &
exemplis· occaſionē ruine vl̄ ſcādali p̄buerunt
pacem eoꝝ & coꝛdis ſabbatū turbauerūt· De-
niqꝫ creatoꝛē eoꝝ et dn̄m offenderūt· Ibi ſpeci
aliter ſubditi cōtra ſupioꝛes ſuos teſtimoniuꝫ
ꝑhibebūt· Sap̄·vi· Audite reges & intelligite·
Diſcite iudices finiū terre· Et poſt· Data ē vo
bis a dn̄o p̄tas et virtus ab altiſſimo qui inter
rogabit opa vr̄a & cogitatōes vr̄as ſcrutabit̃·
qm̄ cū eſſetis miſtri regni eiꝰ· n̄ rc̄e iudicaſtis
Et poſt· Hoꝛrēde & cito apparebit vobis· qm̄
iudiciū duriſſimum in his qui p̄ſunt fiet &c̄·
Quare hoc· Bern̄· reſpondet· dicēs· Venient
venient an̄ tribunal xp̄i allegatio dura clamoꝛ
pupilloꝝ & viduaꝝ· quarum vixere ſtipēdiis
nec diluere peccata· Cōtra hos dicit· Greġ· ſu-
per illud euāgeliū· Luc̄· deſignauit dn̄s· & ali
os ſeptuagītaduos diſcipulos · Veīet veniet ꝑ
fecto· nec lōge eſt illa dies in qua paſtoꝛ paſto
rum appareat· & vniuſcuiuſqꝫ facta i publicū
deducat· vt qui mō ſubditoꝝ culpas ꝑ p̄poſi-
tos vlciſcit̃· tunc p̄poſitoꝝ mala ꝑ ſemetipſuꝫ
ſeuiens damnꝫ· Vn̄ dn̄s ponit exemplū de vi
dua et iudice iniquitatis· Luc̄·xviii· Et poſtea
ſubiungit· Deus aūt nō faciet vindictā electo
rum ſuoꝝ clamantiū ad ſe die ac nocte· & pa
tientiā habebit in illis· dico vobis· quia cito fa
ciet vindictā illoꝝ· ¶ Sexto et pagani & eth
nici qui fidē ſuſcepunt xp̄ianos malos accuſa-
būt· Sicut dicit dn̄s· Math·xii· Viri niniuite
ſurgēt in iudicio cū g̃nratione iſta· & condēna
būt eā &c̄· Qui penitentiā egerūt in p̄dicatōe
Ione· et ecce pluſq̃ꝫ ionas hic· quia xp̄s aut mi
ſtri eiꝰ p̄dicāt euangeliū regni· quos moderni
xp̄iani nolūt audire· vl̄ ſi audiūt pn̄iam non
agūt· Illi autē audierūt Ionā· et ſtatim pn̄iam
egerūt· Itē regina auſtri ſurget in iudicio cū
g̃nratione iſta· que venit a finibus terre audi-
re ſapiētiā ſalomonis &c̄· que mulier de remo
tis partibus cū multis ſūptibus et comitatu ·
et laboꝛe venit· ¶ Septimo accuſabūt eos etiā
ipi demones qui eoꝝ ſcelera viderūt· quoꝝ ꝑ-
ſuaſiōibꝰ acq̄eſt & cōſiliis adheſerūt· Apoc̄·xii·
Dicit̃ accuſatoꝛ fr̄m q̄ accuſat eos an̄ ꝯſpectū
dei die ac nocte· Zach·iii· Sathā ſtabat a dex
tris magni ihu ſacerdotis vt aduerſaret̃ ei· Itē
augꝰ· Aſtabūt oīs an̄ tribunal xp̄i· vt referat
vnuſquiſqꝫ qō geſſit i coꝛpoꝛe ſuo· ſiue bonū
ſit ſiue malū· Preſto erit dyabolꝰ· & recitabūt̃
verba ꝓfeſſionis nr̄e· & obiiciet nobis in facie
quicquid fecimus· & in qua die peccauimꝰ· &
in quo loco· & quid opis tunc tpis facē debe-
bamus· Et ſi tales q̄les ꝓbare nitit̃ inuēti fueri
mus exultabit ille aduerſarius in aſpectu iudi
cis ſe ſupioꝛē nobis eſſe clamās· agens talē cau
ſam apud talē iudicē· Habet em̄ tūc dicere ipe
dyabolus· Equiſſime iudex iudica iſtū eſſe me
um ob culpā· qui tuus noluit eſſe per gratiam
tuus ꝑ naturā· meus eſt ꝑ malitiā· tuus ē ꝑ cō
paſſionē· meꝰ eſt ꝑ obſeruatōeꝫ· mihi obediēs·
tibi inobediens· Cuidam ep̄o g̃uiter egrotāti
apparuit dyabolꝰ dicēs· ꝙ citabat eum ſūmus
papa ꝑ eū· & aſſignabat ei diē· quā ei noīauit
in qua vt dicebat opoꝛtebat eū rōem reddē de
admīſtratione ſua· Cui die aſſignata viſū eſt
ꝙ ipe traheret̃ in cauſa coꝛā papa· & ꝙ dyabo
lus qui ei apparuerat cōtra eum de eo petebat
ius at a papa de admiſtrationibꝰ ſuis q̄lit̃ ad-
miſtrauerat in officio p̄oꝛatꝰ qō an̄ habuerat
et qualr̄ in officio abbatis· et q̄uo in officio ep̄i
Fuerat em̄ nig̃ p̄oꝛ· abbas albꝰ· & tūc erat ep̄s
Cum autem requireret̃ de officio p̄oꝛatus· &

neſciret de eo rōeꝫ reddē· q̄rit̄ ratio de abbatis
officio· in qua reſpōſione magis deficiebat· &
maxime poſt in rn̄ſione ep̄atus· Cū aūt in ea
oīno deficeret & peteret aliā diē ſibi aſſigna=
ri· allegans ꝙ n̄ fuerat ī rn̄ſione dicta p̄medi
tat⁹· aſſignat̄ ei alia dies pemptoria· illi valde
ꝓxima· ī qua debebat iudex ꝓcedere ad ſentē
tiam diffinitiuā· Cū aūt anxius ꝑ hoc eiularꝫ
fortiter· ad clamorē eius cōuenit familia eius·
Cum aūt dicta hec indicaſſet pluribus· die ſe=
quenti apparuit ei dyabolus· qui p̄us ei appa=
ruerat· vrgens eū ad reddendā rationē· veniē
dum corā ſūmo iudice· Qui cū ſe nōdum pa=
ratū clamaret· & eius aſpectū horreret· & dya
bolus eū magis purgeret· inuitis om̄ib⁹ aſtā
tibus ſurrexit de lecto in quo iacebat volēs fu
gere & demonē effugere· Cum aūt fugeret cū
impetu impegit in colūnam petēs inducias·
& eilſo ī ea capite cecidit & expirauit· Itē cum
quidā religioſus in quadā ciuitate p̄dicaſſet·
& quidā qui affuerāt p̄dicotionē eius cōmen=
darēt· Audiens hoc quidā demoniacus qui li
gatus tenebat̄ ibi ait· imo poti⁹ dyabolus ꝑ eū
loquebat̄· O hoīes iſte frater nihil dixit ppl̄o
ad cōpationē hui⁹· qđ ego p̄dicarē· ſi populo
mihi loqui ꝑmitteret̄· Si aūt ppl̄m cōuocaue=
ritis· ꝓmitto vobis ꝙ veritatem p̄dicabo· & in
nullo mentiar· & ꝙ in pace me habebo· nullū
oīno ledens· Cum aūt ſuaſu aliquoꝝ popul⁹
aduocatus veniſſet· incepit retexere hyſtorias
multas· & ō caſu ſuo et hoīs· & quō m̄ltos mi
ſerat deus in mundū p̄dicatores· ꝓphetas· fili
um ſuū· apl̄os· martyres· ꝯfeſſores· p̄dicatores
et minores· Et ne aliq̄d omittat deus de cōtin
gentibus· noueritis ait me eſſe dyabolū· q̄ vo=
bis cōpellor veritatē p̄dicare· vt de⁹ magis ha=
beat in die iudicii q̄d vob̄ īproperet· & ego vn̄
vos magis accuſem· et obiiciat̄ vobis ꝑ ipos dy
abolos veritatē vobis p̄dicatā fuiſſe· & vt vere
dyabolū me ſciatis· ecce egredior· & exiuit cū
magno ſonitu ab obſeſſo· partē domus ſecum
ferens. ¶ Octauo accuſabūt eos ſp̄aliter om̄s
ſancti quoꝝ piurauerūt noīa· fregerūt vota·
violauerūt feſta· ꝓphanauerūt impie loca ſcā
blaſphemiis et nephādis opibus impugnaue=
rūt· Vn̄ apoč· vi· clamāt ſancti· Vſquequo do
mine ſanctus et verus nō vindicas· et iudicas
ſanguinē nr̄m de his qui habitāt ī terra· et da
te ſunt illis ſingule ſtole albe· Et dictū eſt illis
adhuc ſuſtinere modicū tempus donec implea
tur numer⁹ fr̄m vr̄oꝝ· ¶ In theutonia quidā
archidyconus ambiens ep̄atum inſidiabatur
ep̄o ſuo· bono viro & ſeni quō eū occideret·
Et cū cōſueuiſſet dictus ep̄s venire ad matuti
nas et p̄uenire alios ad ſalutandā beatā virgi
nē· & itrare ꝑ quandā portā veterē· collocauit
de nocte erchidyaconus lapidē ſuꝑ portam di
ctam· & veniens ep̄s vt cōſueuerat et apiens
portā· lapide cadente et excerebrat̄ & moritur
Archidyacon⁹ cū multo labore obtinet ep̄atū
Cūqꝫ cōfirmatus gaudens obtinerꝫ· & facerꝫ
cōuiuiū receptionis ſue· quidā p̄nceps ſeruiēs
in menſa corā eo flexis genibus· ſubito rapit̄
an̄ tribunal ſūmi iudicis· & videt ibi beatā vir
ginē mariā· cū magna multitudine ſanctoꝝ·
et angeloꝝ adducentē dictū ep̄m portantē ce=
rebrū ſuū in manibus ſuis· & dixit bt̄a virgo
fili adhuc recēte ſanguine et vulneribus & ce
rebro huius mei militis cuius hec ſūt vulnera
hic ſanguis· hoc cerebrū· crudelis et ꝓditor ho
micida gaudet ſe obtinere pontificalē ei⁹ dig=
nitatē· Rn̄dit dn̄s· Quē mittā· & q̄s ibit ꝓ no
bis· Tunc beata virgo ait· Ecce hic ſeruitor ſu⁹
Cui dn̄s p̄cepit ſub pena mortis vt citet dn̄m
ſuū pemptorie· vt cito veniat corā eo· de tā ne
phando crimie rn̄ſurū· & ei cauſaꝫ corā oībus
exp̄mat· qui ſtatim rediens turbat⁹ infremuit
tremuitqꝫ· & cultellū quē tenebat ad ſeruiēdū
ꝓiecit· amariſſime flēs· Rogatus ab om̄ib⁹ &
etiā ab ipo ep̄o cauſam pandit· qua audita· epi
ſcopus ſubita morte ꝑcuſſus ibi corā omibus
mortuus eſt· ¶ Ad idem facit exemplū valde
terribile quod legit̄ in geſtis frācoꝝ· qđ refert
Greg̊· turon̄· ſcđo libro· c· xxii· & · xxiii· De iu
dicio duoꝝ neqꝫ p̄ſbiteroꝝ· qui cōſpirauer̄t cō
tra ſanctu ſydoniū vndecimū a luernoꝝ ep̄m
quoꝝ alter egeſtiones emiſit ſubito ad modū
arrii· et viſus eſt a ſūmo iudice· a ſancto ſydo
nio accuſatus dānari· vinciri· & ī imis carceris
detrudi anguſtiis· Alius aūt mortuo bt̄o ſydo
nio ambicioſe & violēter occupaſſet ep̄atum·
cū inuitaſſet ciues ꝑ pincernaꝫ· citatus a ſūmo
iudice cadente de manu eius calice ſtatim ex=
pirauit· Itē in ciuitate turon̄· hō quidā conſue
uerat venire ad matutinas maioris eccleſie· &
cum viſum fuiſſꝫ ei ꝙ fuiſſꝫ pulſatū venit an̄
horaꝫ· inueniens portas ap̄tas· intrat et orat
retro colūnam· videt lumē maximū intrare ꝑ
eccleſiā· et angelos apportātes tronū lucidum
et iudicē ſūmum ſedentē in illo trono et an=
gelos aſſiſtentes ei· Tunc venit bt̄s martin⁹
cū multitudine ſocioꝝ accuſantiuꝫ quendam
archiep̄m illius eccleſie de multis flagiciis· &
ꝙ tam indignus auderet occupare cathedraꝫ
beati martini· citat̄· adeſt· indutus pontificali
bus ſedens in cathedra· accuſat̄ de om̄ib⁹ ma=
liciis ſuis· neſcit q̄d rn̄deat· Tūc dn̄s q̄ſi indi=
gnatus pede ſuo ad accuſationē ſācti martini
et alioꝝ illū ꝑcuſſit· et eū cū ſede euertit· et p⁹
viſio receſſit· Ille autē q̄ hoc viderat ad domū
ep̄i cucurrit· familiā excitat· rogās vt uiderent
quid circa dn̄m ſuū ageret̄· q̄ inquirētes eum
ſubito mortuū inuenerūt· Ecc̄i· x· Sedes du=
cum ſupboꝝ deſtruxit dn̄s· et ſedere fecit mi=
tes pro eis· ¶ Nono cōtra impios angeli ſācti
teſtimoniū ꝑhibebūt ſub quoꝝ cuſtodia pec=
cauerūt· quoꝝ doctrinā· monitōes· et conſilia
necnō intereeſſiones· et auxilia· rep̄hen ſiones
et om̄e caritatiuū miſteriū cōtempſer̄e· Vnde
ait origenes· Vnuſquiſqꝫ angeloꝝ ī extremo
iudicio aderit· ꝑducens illos quib⁹ p̄fuit quos
adiuuit· quos inſtruxerit· pro quib⁹ ſemꝑ faci
em p̄ris vidit· Vn̄ tot teſtibus et tātis multi=
plicatis· cōtra miſeros om̄i fide digniſſimis·

et omni exceptione maioꝛibꝰ nõ habebit eoꝝ
aliquis quid valeat rñdere. Sꝫ dicere poterit il
ud Iob. x. Inſtauras teſtes tuos cõtra me. Itẽ
ꝙ angeli accuſant peccatoꝛes oñdit̃ in viſione
Eulogii heremite. de quo dicit̃ in vitis pr̃m ali
quibus Qꝛ cũ aliqñ veniſſet de heremo ad ꝓx
imã ciuitatẽ ad vendendũ cophmos quos fece
rat. nec inueniret hoſpitiũ in ciuitate p̃dicta.
collegit ſe in angulo quodã iuxta viã vbi oꝛa⸗
bat. facta nocte ꝓfunda. venit hõ ad eũ cũ la⸗
terna. querẽs quid ibi faceret. Qõ ab eo audi⸗
ens. ducit cũ ad hoſpitiũ. cũ maxima hylarita
te et caritate eũ ſuſcipiẽs et tractãs. ei largiter
miſtrans. Qui admirans caritatẽ dicti hoĩs
adiurauit eũ vt ei diceret vitã ſuã. qui refert ſe
eſſe latomũ. et ꝙ lucrũ ſuũ diuideret in tres
partes. De vna ipe & familia ſua viuebat. Se
cũda in oblationes et alias elemoſinas eroga⸗
bat. Tertiã in hoſpitalitatẽ viroꝝ religioſoꝛuꝫ
reſeruabat. Cũ aũt rediſſet ad cellã ſuam cogi
tans q̃ꝫ bonus eſſet diſpẽſatoꝛ hoſpes ſuꝰ. aie
bat apud ſe ꝙ magnũ damnũ eſſet. quia ñ ha
bebat magnã pecuniã ad diſpendendũ. Roga
uit dñm vt eius pecuniã multiplicaret. Cum ĩ
hoc ꝑſeueraret. mittit̃ ei angelus dicẽs. ꝙ foꝛ
ſitan melioꝛ eſſet ei mediocris ſubſtãtia. q̃ꝫ ni
mie diuitie. Cũ heremita ñ acquieſcẽt. q̃rit an
gelus ſi vellet fide iubere ꝓ eo ꝙ bñ vteret̃. da
tis diuitiis fide iubꝫ heremita. Cũ aũt ĩ mane
latomus iuiſſet ad quendã murũ antiquũ di⸗
ruendũ. inuenit caueã plenã aureis denariis.
poꝛtat ad domũ ſuã. fugit cũ auro ꝯſtantino
polim. acquirit cum muneribꝰ gr̃am impato
ris. fit baiulus eius. Et poſt quaſi dñs terreſa
ctus opp̃mebat paupes terre. rapit̃ heremita
ad iudiciũ. videt et audit angelos q̃rimonias
afferentes dño de dicto latomo a diuerſis an
gelis et ꝑ diũſis malitiis accuſat̃. dic̃ iudex. vt
pro eo fideiuſſoꝛ rñdebat. Cũ aũt ille ſtupens
ac tremẽs nõ audiret̃ a quoq̃ꝫ. & neſcirꝫ quo
ſe verteret. audit angelos clamãtes occurrite
auguſta venit. Intelligens hanc eſſe beatã vir
ginẽ. ꝓſternit ſe ad pedes eius. qui p̃cibus eiꝰ
obtinet vt mittat̃ cõſtãtinopolim ad eũ reuo⸗
candũ. Qui cũ vadens ibi multotiẽs attẽptãs
ei loqui & ſe ingerens verberatus fuiſſꝫ a ſer⸗
uis ſuis. q̃ſi ad moꝛtẽ cũ nõ poſſet ei loqui re⸗
dit ad cellã ſuã. affligẽs ſe et rogans beatam
virginem. Qui rapitur vt prius. & audit que
et p̃us. etiã et plures et g̃uioꝛes accuſationes.
venit beata virgo vt p̃us allegãdo ꝓ eo apud
iudicem. Impetrat ei ꝙ liberet̃ a fideiuſſione.
Moꝛit̃ impatoꝛ. alius ſubſtituit̃. Qui cũ vellꝫ
cape dictum baiulũ fugit ĩ bargia. paup redit
ad locũ ſuũ & officiũ. et ad pñiam & aſſueta
opa pietatis. Cum dictus heremita veniret ad
ciuitatẽ cum quodã diſcipulo ſuo. ĩ angulo in
quo p̃us latitans oꝛabat. tunc dictus latomꝰ
cũ laterna veniẽs recepit eũ vt p̃us. Ipe autẽ
incompabiliter gaudens refert oĩa facta di
ſcipulo ſuo. q̃ p̃us dicta ſũt. ¶ Decimo ad cu
mulũ dãnationis eoꝝ contra ipos teſtificabit̃
ex abundanti etiã ipe iudex. ſicut ipe dicit p
prophetã. Iere. xxix. Ego ſũ iudex et teſtis dic̃
dñs. Vñ egregie ait ꝓſper libro de vita con⸗
templatiua. Cum ad illud vltimũ iudiciũ ve⸗
nerimus ab eo iudice iudicãdi. qui nec occul⸗
tatione criminũ valli põt nec ad impunitateꝫ
prouidendã muneris alicuius oblatione coꝛ⸗
rũpi. cũ cepint oĩm ſecreta reuelari. & nõ ſolũ
actꝰ vel verba. ſꝫ etiã ipe cogitatões oñdi. qd fa
ciemus ſub tanti iudicis maieſtate. quid excu
ſationis oñdere poterimus. qua nos defenſio
nis arte purgabimus. Que nobis ſubuẽtura
pñia quã geſtare carne cõtempſimꝰ. que nos
defẽſura ſunt opa bona que in hac vita nõ fe⸗
cimus. ad quos apl̃os ibimꝰ. ad quos alios ſã
ctos cõfugituri ſumus. quoꝝ exempla ſimul
et verba cõtempſimus. An foꝛte aliquos fragi
litas coꝛpis excuſabit. Sed excuſationẽ eoꝝ re
clamabũt oĩa exempla ſanctoꝝ. qui fragili
tatẽ carnis in carne vincentes. qõ fecerunt vti
q̃ꝫ poſſe fieri docuert̃. Maxime qꝛ nec ipi pec⸗
cato ſua virtute. ſꝫ dei miſerãtis auxilio reſtite
rũt. qui ſe nõ querẽtibꝰ vt querat̃. atq̃ꝫ vt ĩ eũ
credat̃. oñdit. & in ſe credẽtes ne a peccato vi⸗
cant̃. inuicta ꝓtectatione defendit. Quid er⸗
go rñſuri ſunt impii. ſi eis dñs dicat. Si potui
ſtis. cur non reſtitiſtis deſideriis peccatoꝝ. Si
nõ potuiſtis. q̃re meũ cõtra peccata nõ queſi⸗
uiſtis auxiliũ. Aut vulnerati. quare ñ adhibu
iſtis vulneri vr̃o remediũ. Nunq̃d adhuc ob⸗
muteſcẽtibus. et quid excuſationis referãt nõ
habentibus. dicet. ligate eos manibus & pedi⸗
bus. & mittite in tenebras exterioꝛes. Ibi erit
fletus et ſtridoꝛ dentium.

## DE ATTESTATORVM DISCEPTATIONE. ¶ DIS. IX.

QVarto fiet ibi ab ipo iudice diſcep⸗
tatio. Non ſolũ em̃ erit ibi occulto
rum ꝑſcrutatio. ꝑſcrutatoꝝ. publi⸗
catio. publicatoꝝ atteſtatio. quoꝝ
p̃mum erit graue. ꝑm̃ g̃uius. tertium grauiſſi
mum. q̃rtum ad deſolationis et miſerie eoꝛuꝫ
tumulũ fiet eis obiurgatio ab oꝛe ipiꝰ iudicis
quod erit ineffabil̃r ſupgrauiſſimũ. Ioelis. iii.
Cõgregabo oẽs gẽtes. & ducã eas in vallem
Ioſaphat. & diſceptabo cũ eis. Ipe nanq̃ꝫ quã⸗
to benignioꝛ fuit in peccata nr̃a diſſimulãdo
lõganimioꝛ ad pñiam expectando. ꝓmptioꝛ
ad indulgendũ. ꝓnioꝛ ad gr̃am cõferendum
tanto tunc erit ſeuerioꝛ ad increpandũ. g̃uioꝛ
ad audiendũ. & implacabilioꝛ ad puniendũ.
Vñ ait yſa. xxiiii. Tacui ſemp. ſilui. patiẽs fui
quaſi parturiẽs loquar. O quis faciem eius po
terit ſuſtinere. quis interp̃tationes audire. q̇s
tonitruũ magnitudinis eius intueri. Ait Iob.
O q̃ꝫ amara. q̃ꝫ hoꝛrẽda. q̃ꝫ medullaꝝ coꝛdis pe
netratiua erit vox illa. Ait em̃ apl̃s hebre. iiii.
Viuus eſt ſermo dei et efficax & penetrabilioꝛ
oĩ gladio ancipiti. ꝑtingẽs vſq̃ꝫ ad diuiſio⸗
nem aĩe ac ſpũs. cõpagũ quoq̃ꝫ ac medulla⸗
rũ et diſcrutatoꝛ cogitationũ coꝛdis. oĩa em̃
nuda et apta ſũt oculis eiꝰ. Sed ſicut ipe met

ait. Math. xxv. Ante increpationes reproboꝝ.
premittet laudes & ꝑconia beatoꝝ. Tūc dicet
rex his qui a dextris eius erūt. Venite benedi
cti pr̄is mei. poſſidete ꝑparatum vobis regnū a
cōſtitutione mūdi. Eſuriui eñ. et dediſtis mi=
hi mādućare. ſitiui et dediſtis mihi bibere &c̄.
Poſtmodū increpationes ꝓferꝫ impioꝝ dicēs.
Eſuriui et non dediſtis mihi manducare &c̄.
Hoc aūt ſciendū ꝙ iudex improꝑabit eis non
ſolū mala q̄ fecerit & locuti fuerit. aut etiā co
gitauerint. verūetiā bona que omiſerint. aut
neglexerint. Sed et bñficioꝝ ſuoꝝ oīm īmen
ſam multitudinē que ingrate ſuſceperint. quibꝰ
abuſi fuerint. que neglexerint. cōtempſerint.
aut abiecerit caſtigationes. medelas. atqꝫ innu
mera remedia quibus curari debuerit. & non
ſunt curati. Creaui vos inquiet ad ymagineꝫ
& ſimilitudinē meā. & vos eam neqter ꝓpha
naſtis. angeloꝝ meoꝝ cuſtodiā dedi vobis. &
vos eam contemnētes. monitis eoꝝ cōtraria
opari minime timuiſtis. Pr̄iarchas. ꝓpheras.
et apl̄os miſi vobis ad cōmonē faciendū vos.
quos audiere renuiſtis. inſup cū in forma dei
eſſeꝫ. hanc ſerui formā ꝓpter vos in munduꝫ
veniens accepi. in qua triginta tribꝰ annis vo
bis ſeruiens. ſalutē vr̄am curioſe ꝓcurari non
renui opando. diſcurrēdo. ꝑdicādo. ieiunādo.
in orōnibus ꝑnoctādo. ſuſtinēs in factis meis
obſeruatores. in dictis cōtradictores & mur=
muratores. In hac quoqꝫ forma pro vobis tra
ditus fui. venditus et ligatus. cōſputus. vela=
tus facie. colaphis ceſus. flagellatus. ſpinis co
ronatus. mēdaciter accuſatus. morte turpiſſi=
ma cōdemnatus. crucifixus. cū impiis deputa
tus. deriſus ab omībus. felle et aceto potatus.
mortuus lanceatus. Paradyſū vobis apperui.
gr̄am meā obtuli. ſꝑ iuuare vos paratus fui.
regni mei gl̄iam repromiſi. nō cogi vos. ſꝫ lib
tatē ſpūs vobis dedi. amorē ſolūmō & volūta
tem bonā a vobis requiſiui. Quid vltra debui
vobis facere & nō feci. Dicite mihi peccatores
paſſibiles et mortales. qd paſſi eſtis ꝓpter me
creatorē et ſaluatorē vr̄m. qui cū impaſſibilis.
et īmortalis eſſem. paſſibilis et mortalis ꝓpter
vos factus ſum. Immo paſſionē & et mortem
ſuſtinui. Deniqꝫ ad eoꝝ cōfuſionē amplꝰ cō=
mulandā. & vt ꝓrſus inexcuſabiles videātur
oñdet eis xp̄s. ſue bñdicte paſſionis inſignia.
videlicꝫ. crucē. clauos. lāceam. ſpōgiam. & arū
dinē. Inſup er reſeruatas in ſuo gl̄oſo corpore
cicatrices. Vñ. Math. xxiiii. Tunc apparebit
ſignū filii hoīs in celo. Criſoꝰ. Non erit tūc de
fenſionis locus. vbi videbūt xp̄m exhibentē te
ſtimoīa ſeu inſignia ſue paſſiōis. Idō retinuit
dñs cicatrices vt eas peccatoribꝰ in iudicio oñ
dat. & exprobet eis que ſuſtinuit. Augꝰ i libro
de ſymbolo ſup illud. Inde venturus iudicare
viuos et mortuos. Fortaſſe i corꝑe ſuo dñs ci=
catrices ſeruauit. vt vulnera cordiū diſcipuloꝝ
ſanaret. & vt in iudicio hoſtibus exprobraret
vt ꝯuincēs eos dicat. Ecce hoīem quē crucifix=
iſtis. Ecce deū et hoīem i quē credere noluiſtis

Videte vulnera que infixiſtis. agnoſcite latꝰ
quod pupigiſtis. quoniā propter vos aptum
eſt. nec tñ intrare voluiſtis. qui nō eſtis redēp
ti precio ſanguinis mei. Diſcedite ergo male
dicti a me &c̄. Eeſtimet ergo vnuſquiſqꝫ vt pe
niteat & viuat. curet vt ꝑcio ſanguis redimat̄
ne ſi inuentus nō fuerit. i numero redēptorū
ſit de numero ꝑditorū. Iero. Quid facies. aut
quid dices o peccator hō. cū ꝯtra te loquet̄ cōſci
entia ꝓpria. accuſabūt el̄a. cū armabit̄ cōtra te
oīs creatura. crux xp̄i cōtra te ꝑorabit. xp̄s per
vulnera ſua cōtra te allegabit. cicatrices cōtra
te loquent̄. claui de te cōquerent̄. ¶ Sꝫ quare
i diſceptatōe diuini iudicii ſola opa miſericor
die & nō aliaꝝ virtutū opa memorant̄. tam i
cōmendatione bonoꝝ q̄ꝫ in obiurgatione ma
loꝝ ſciendū. ꝙ hoc nō eſt. quia de ſolis illis iu
diciū teneat̄. ſed vt ſe ꝓnū ad remunerādum
oñdat. magis opa miſericordie q̄ꝫ iuſtitie vel
alterius virtutis cōmemorat. Si eñ opa tā fa=
cilia. et ad que ratio naturalis inclinat. tanto
ꝑmio remunerabit. q̄ntomagis ea que ſūt dif
ficiliora. Itē vt oñdat ꝙ quicūqꝫ ſaluabit̄ ma=
gis ex dei miſericordia q̄ꝫ ex ſuis meritis ſalua
bit̄. & ei ſoli qui miſericordiā fecit. miſericor
dia cōcedet̄. In redargutione maloꝝ ſimiliter
ſola īmiſericors auaritia memorat̄. Primo
vt oñdat̄. ꝙ impii nō ſūt digni miſericordia.
qui miſericordiā ñ fecerūt. Quia ſicut ait Iac̄.
ii. Iudiciū ſine miſericordia fiet illis. qui nō fe
cerint miſericordiā. Itē vt cum cumulū diuine
miſericordie ſuſceperint. iuſte de tanta ingra=
titudine arguent̄. qui vel minima miſericordie
opa nō fecerūt. Item opa miſericordie omiſſa
aggrauant rigorē iuſtitie. Penſandū eſt autē
ꝙ ſi damnat̄. qui ſua nō dedit. q̄nto iuſtius q̄
rapuit aliena. Vtrū autē illa diſceptatio voca=
lis erit vel mentalis tantū. Reſpōdent aliqui
ꝙ erit mentalis tantum. quia ſi ſinguli iudi=
carent̄ uocaliter. longiſſimū tempus require
ret. Alii dicūt ꝙ erit mentalis & uocalis. quia
xp̄s iudicabit interius ut deus. ideo iudicium
erit mētale. Et iudicabit ut hō & in forma ho
minis. ideo erit uocale. Quia tam fiet mō di=
uino eo ꝙ vniuſcuiuſqꝫ cōſciētia accuſabit ſe i
particulari de ſingulis. & fiet mō hūano. quia
oīs in generali iudicabuntur iudicio vocali.
ideo nō oportebit ꝙ longo tempꝫ ꝓtendant̄.
¶ Sciendum ꝙ timor iudicii et eiꝰ memoria
utilis eſt ad multa. ſicut docet Criſoꝰ dicens.
Hic dei timor eſt q̄ nocētes corrigit. fugat cri=
mina. innocentiā ſeruat. ꝑpetē tribuit faculta=
tem. Ideo ſicut ait greḡ. in moꝝ. Iuſti ꝑdictaꝫ
cōfuſionē & ignominiā euadere cupientes. &
examē illud diſtrictiſſimū ꝑuenire uolentes.
iudiciū ſuū quotidie introrſus agūt. quid deo
quid ꝓximo debeant ſolerter aſpiciūt. atqꝫ ad
agenda bona ſe vehemēter accēdūt. & de ꝑpet̄
tis malis diſtricte redarguūt. Vnde bene dici
tur ꝓuer. xii. Cogitationes iuſtoꝝ iudicia. Ibi
quippe debet vniuſcuiuſqꝫ mens et cauſas ſu=
as apud dñm et cauſas dñi contra ſe ſollicita

inquiſitione diſcutere. Debet eñ caute pẽſare
vel que bona a deo ꝑcepit. vel que mala bonis
illius peruerſe viuendo rependit. Quod electi
quotidie facere nõ ceſſant. Accedũt eñ ad ſe=
cretariũ iudicis intra ſinũ cordis. Cõſiderant
q̃ʒ diſtricte qñqʒ feriat. qui diu patienter expe
ctat. Metuũt in his que ſe egiſſe meminerũt.
et puniũt flendo quod ſe male ꝑpetraſſe intel=
ligunt. timent ſubtilia dei iudicia etiaʒ de his
que in ſemetipſis fortaſſe intelligere nõ poſſũt
Vident eñ in dei diuinitate. qḋ ipſi ꝑ huma=
nitatẽ non vident. Cõſiderãt districtũ iudicẽ
qui quo tardius venit. eo ſeuerius ꝑcutit. Sã=
ctoꝝ etenĩ pr̃m cõuentũ cũ eo pariter contem
plant̃. eorũqʒ uel exempla uel dicta ſe cõtem=
pſiſſe reprehẽdũt. Atqʒ ĩ hoc ſecreto interioris
iudicis ipſa mẽtis ſue diſcuſſione conſtricti pe
nitendo feriũt. quod ſuperbiendo cõmiſerunt.
Ibi nanqʒ aduerſuʒ ſe quicq̃d in ſe impugnat
enumerãt. Ibi añ oculos ſuos oĩe quod defle
ant. coaceruãt. Ibi quicq̃d ꝑ iram diſtricti iudi
cis feriri vel infligi poſſit intuent̃. Ibi tot pa=
tiunt̃ ſupplicia. quot pati timẽt. Nec deeſt in
hoc iudicio mẽte cõcepto oĩe miſteriũ quod
punire reos ſuos plenius debeat. Nã cõſcien=
tia accuſat. ratio iudicat. timor ligat. dolor ex
cruciat. Quod etiam iudiciũ eo certius punit
quo interiꝰ ſeuit. quia videlicet ab exterioribꝰ
nõ accedit. Vnuſquiſqʒ eñ cum cauſam huiꝰ
examĩs ꝯtra ſe aggredi ceperit. ipſe eſt actor q̃
exhibet. ipſe reꝰ qui exhibet̃. odit ſe qualẽ fuiſ=
ſe ſe meminit. & ipſe eſt qui ſemeipſm inſequit̃
illum qui fuit. Quia ergo nũc in ꝑtate nr̃a eſt
internũ mentis nr̃e ꝯtra nos ſubire iudicium
recognoſcẽdo accuſemus noſmetipſos quales
fuimus. penitẽdo torqueamus. nõ ceſſemꝰ dũ
licet iudicare quod fecimꝰ. Quia ſicut dic̃ apl̃s
ꝓmo coꝝ. xi. Si noſmetipſos iudicaremus. nõ
utiqʒ iudicaremur. Reproboꝝ nanqʒ ꝓprium
eſſe ſolet ſemꝑ praua agere. & nunq̃ʒ que ege
runt. retractare. Oĩe eñ quod faciũt ceca mẽ
te ꝑtranſeũt. ſtatũqʒ ſuũ niſi cum puniri fue=
rint. nõ agnoſcũt. At cõtra. Electoꝝ eſt actus
ſuos ab ipſo cogitatõis fonte diſcutere. et oĩe
quod turbidũ ꝓferũt excitare. Hec greg̃. Item
in uitis patrũ legit̃. ꝙ cum Appoloniꝰ abbas
mitteret̃ a domino ad ꝑ̃dicandũ in egyptum
cum eſſet diſſenſio in quadã ciuitate inter du
os viros. & altera pars nollet flecti ad pacem
ꝓpter cõfidentiã. cuiuſdã latronis ſui ſignife
ri. qui erat multũ fortis. rogauit ipſm ſanctũ
ꝙ ipſe humiliaret ſe ad pacẽ. ꝓmittẽs ei ꝙ ipſe
rogaret dñm pro eo. vt dimittẽt ei peccata ſua
tunc ipſe ſe ꝓſtrauit. & alii pacẽ faciũt. Duxit
eum ſecũ ad heremũ. & rogat pro eo dominũ
Tunc vterqʒ rapit̃ ad iudicium. & videt dñm
iudicantẽ ſanctos. & angelos aſſiſtẽtes & ado
rantes. diſcuſſis actibꝰ latronis & vita & ma
nifeſtatis. & dãnatione quã merebat̃ oſtenſa
orauit ſanctꝰ appollonius. & dictũ eſt ei. Licʒ
nulla ſit cõuentio xp̃i ad belial. lucis ad tene=
bras. concedo tñ dicit dñs ei iſtũ tibi. Qui ar=
tiſſimã penitentiã egit. factus monachus ſan
ctus. Itẽ in quadã maxĩa abbatia ciſtercienſis
ordinis. quidã fuit cõuerſus multũ cõtempla=
tiuus. qui cũ eſſet in orõne. viſum fuit ei aſta=
re ante oculos ſuos diuinũ iudiciũ. & angl̃os
aſſiſtentes multum accuſare peccata. & facta
enormia duoꝝ magnoꝝ hominũ. quoꝝ alter
magnus comes fuit. alter magnus ꝑ̃latus. Cũ
aũt dñs quaſi g̃uiter ferre videret̃ mala eoꝝ.
et grauiſſimas dãnationes eis adiudicareʒ. af=
fuerũt aliqui in illa curia rogãtes dominum
pro eis. Ad quoꝝ ꝑ̃ces dñs diſtulit ſentẽtiam
mortis. & dãnationis quã eis parauerat. ꝑ̃ci=
piens cõuerſo ꝙ eos moneri faceret ꝑ abbateʒ
ſuũ. Cõuerſus aũt abbati retulit viſa et audi=
ta. facta. et noĩa illoꝝ quos ipſe ꝓ̇us nõ noue=
rat. Cum autẽ ꝑ viros magnos moniti eſſent
ꝓcurante abbate. & viſio eis eſſet relata. lay=
cus vitã emẽdauit. timuit. & penitentiã egit.
cõfeſſor ſuus ei ciliciũ tradidit. quo ipſe cũ fuiſ
ſet delicatiſſimus ad carnẽ vtebat̃. & magnas
elemoſinas & penitẽtias faciebat. & ĩ bona cõ
feſſione et in magna deuotione cũ oĩni ſacra
mentoruʒ ſuſceptione ad dñm migrauit poſt
plures annos. pñie peracte. Clericus aũt admo=
nitus vel paruipendit. vel aliquibus ei tribula
tionibus inſurgẽtibus a propoſito ſi bonũ ex
hoc ꝯceperat pedẽ retraxit. ad vindictã iniuri
arũ hanelãs. Cũ aũt oĩa ſucceſſiſſent ei ꝓſꝑe.
et ad votũ. cõpleuit deſideriũ aĩmi ſui. ſubito
cum nõ ſperaret. ſublatus eſt de medio in no=
cte feſtinus et letus. & ſanus intrans lectum
In mane mortuꝰ a ſuis ĩ lecto ſuo inuẽtꝰ eſt.

## DE SENTENTIE PROLATIONE. DIS. X.

Post citationẽ peremptoriã mortuoꝝ.
et diſceptationẽ diſcuſſoriã merito=
rum. reſtat audire ſententiã ſingu
lorum. Ad hoc eñ fiunt citationes
et meritoꝝ diſcuſſiones in iudiciis. vt a iudice
ſententia proferatur. & vnicuiqʒ ſcḋm merita re
pendat̃. Ait eñ ſapiens. prou̇. xxvi. Iudicium
determinat cauſas. Nimirũ iudicialis ſentẽtia
reformat pacem in litigiis. imponit finem in
flagitiis. certitudinẽ ꝑ̃bet in dubiis. Audiatur
ergo ſententia ſũmi et eterni iudicis cum reue
rẽtia et tremore. audiat̃ cum indigẽtia & amo
re. Hoc aũt debemus aduertere ꝙ extrema iu
dicis nr̃i ſentẽtia bypertita eſt. vt ſcḋm differẽtiã
meritorum in iudicatis inuenta. fiat differẽs
retributio ꝑ̃miorũ vel inflictio tormentorum
Primo nanqʒ deſcribit̃ ſententia delectabilis
deſiderabilis et amabilis in honorẽ et gloriaʒ
beatoꝝ. cũ dicit̃. Venite benedicti &c̃. Math.
xxv. Secundo ꝓfertur ſentẽtia terribilis. hor
ribilis ac intolerabilis in dolorẽ et exterminiũ
reproboꝝ. Et recte ꝓmo ꝓfertur ſententia de
glorificatione beatoꝝ. Nam ſũmi iudicis bo=
nitatẽ magnificã et largitatẽ munificam ma=
gis decet ꝯferre ſtipendia. q̃ʒ inferre ſupplicia
Dicit ergo. Venite benedicti &c̃. Et ſunt hic
q̃tuor attẽdenda totis ꝑ̃cordiis & totis niſibꝰ

appetenda·videlicet electorum commendatio
gracioſa·cum dicit·benedicti patris mei·Secū
do inuitatio amoroſa·Venite·Tertio inueſti
tio fructuoſa·paſſidete·Quarto poſſeſſio glo
rioſa·Preparatū vobis regnū ¶ Primo ſiqui
dem electi ab ipo iudice cōmēdant̄· cum dicit
benedicti·O cōmendatio gaudioſa et amabi=
lis·dulcoroſa & honorabilis·a iudice qui non
mentit̄· ñ blandit̄·nec fallit̄ cōmendari· Vñ
dicet eis illud·p̄s·Benedicti vos a dño qui fe
cit celum et terrā·Secundo cōmendati curiali
ter inuitant̄·cum addit·Venite·O inuitatori
um gratioſum·amaroſum & gaudioſū·inuita
toriū nulla dedignatione ſpernendū·nulla pi
gritia negligendū·nulla obliuione delendum
ſed omni affectione appetendū·& tota inten
tione querenduꝫ· Vos inqꝫ qui fuiſtis hūiles
ſerui mei·mihi humiliter obſequendo·milites
ſtrenui·pro me viriliter ſuſtinēdo·fideles ami
ci·ſinceriter diligendo·fratres kariſſimi·mihi
cōformiter viuendo·Venite inqꝫ vt reficiami
vt honoremini·vt mihi vniamini·ſicut mem=
bra capiti·ſicut rami ſtipiti·ſicut amici amico
dilectiſſimo·ſicut ſponſa ſponſo dulciſſimo ·
Vñ Math·xxii·Curialiter nos inuitat ad nu
ptias·dicēs·Om̄ia parata ſūt·veīte ad nuptias
Et apoc·vlt·Et ſponſus & ſpōſa dicūt veni·&
qui audit dicat veni·q·d·Et xp̄s ſpōſus·& to
ta celeſtis curia amicabil'r inuitat ad nuptias
cuiuſlibꝫ nr̄m·dicens·veni·Et qui iſtā inuita
tionē audit·nō debet eſſe cōtētus ꝙ ſolus ve
niat·ſꝫ aliis dicat·veni· ¶ Tertio inuitati actu
aliter inueſtiunt̄·cū dicit·poſſidete·id eſt in he
reditatis vr̄e vobis frequēter ꝓmiſſe·diu dila
te·ardenter cōcupite·humiliter requiſite·poſ=
ſeſſionē actualē intrate·ingredimi et poſſide=
te eam· Vñ cuilibet amico ſuo dicet domin⁹
in morte illud de vtero·Incipe poſſidere terrā
¶ Quarto inueſtiti introducūtur· cum dicit̄
regnum quod vobis paratum eſt a cōſtitutio
ne mūdi·Hec ē poſſeſſio gl'ioſa·ideo cōueniē=
ter regni noīe deſignat̄·De quo dicit̄·ſapiē·
iiii· Accipient regnū decoris· et dyadema ſpēi
de manu dñi·Vñ in iudicio dicꝫ eis vos eſtis
qui ꝑmanſiſtis mecū in temptationibus meis
et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa=
ter meus regnū·vt edatis et bibatis ſup men=
ſam meam in regno meo·Luc·xxii· De hui⁹
regni adeptione recognitionē faciunt omnes
ſancti·& grās agunt xp̄o·dicētes illud Apo ċ
v·Redemiſti nos dñe in ſanguine tuo·ex om̄i
tribu et lingua·& populo·et natione· & feci=
ſti nos deo nr̄o regnū et ſacerdotes·& regna=
bim⁹ ſup terrā·O q̄m glorioſū eſt regnū ī quo
cum xp̄o regnāt omnes ſancti· ¶ Sed hec in
generali dicta ſufficiant·quia in ſpeciali dicē
plura ꝓponimus·cum agemus de gloria bea
toꝝ ¶ Sequit̄ ſententia de cōdemnatione re=
proboꝝ·cum dicit·Ite maledicti in ignē eter=
num qui paratus eſt dyabolo et angelis eius ·
Vbi ꝑmo deſcribit̄ impioꝝ exprobratō·Male
dicti·Secundo ipoꝝ cōdemnatio·Ite in ignē
eternum &c̄· ¶ Primo igitur ponit̄ exprobra
tio ignominioſa·Quāti q̄ppe honoris eſt et ꝑ
conii a ſūmo iudice cōmendari·tante cōfuſio=
nis eſt·et obprobrii ab ipo exprobrari·De hac
maledictione dicit̄·eccī·xli·Ve vobis impiis·
qui dereliquiſtis legē altiſſimi q̄m ſi nati fue
ritis·in maledictione naſcemini·& ſi mortui
fueritis·in maledictione erit pars vr̄a·O quā
ineſtimabilis & intolerabilis erit cōfuſio ī cor
dibus·ſūme ſupbis et tumidis impioꝝ ab ore
tanti iudicis·in cōſpectu multitudinis infini
te maledictionis iacula ſuſtinere· inflatus ve=
nire·ſp̄us hominis adhuc in carne viuētis pl⁹
eligeret & tolerabilius ſuſtineret·valde graui
ſenſibili pena torqueri·q̄ꝫ maledictionibus &
obprobriis obiurgari· ¶ Poſt maledictionem
profert̄ cōdemnatio ad penam· Et primo ad
penā damni· Ite· Secundo ad penam ſenſus
cum addit· In ignē eternū &c̄· Hec ē duplex
pena reprobis ꝑparata·ſ·ſeparatio a dei et ſan
ctoꝝ conſortio·& cruciatus eternus in infer=
no·Hec ſunt ſecuris & ignis de quibus dicit̄·
Math·vii·Omnis arbor que non facit fructu
bonū excidet̄ & in ignem mittet̄· Quarū pe=
narum priorem aſſerit ibi criſo⁹ eſſe tormētis
om̄ibus grauiorē· Horrendū eſt inquit illud
gehenne ſuppliciū·& res intolerabilis·Tamē
ſi decē milia gehēnas ponat aliquis·nihil tale
dicturus eſt·quale eſt ab illius beate glorie ꝓ=
pelli honore·& xp̄o exoſuꝫ eſſe· His ergo qui
regno celoꝝ iudicabuntur indigni·ſicut dicit
greġ·Nazanzenus· erit hec grauior om̄i pena
ꝙ ꝓiicientur a deo·& pudor atqꝫ cōfuſio con
ſcientie coꝝ· cuius finis vel remedium nuſq̄ꝫ
inuenietur·Item beat⁹ greġ·in omelia de vir
ginibus·ait·O ſi ſape poſſꝫ quis palato cordis
quid admirationis habeat·ecce ſponſus venit
quid dulcedinis·que parate erāt·intrauerunt
cum eo ad nuptias·quid amaritudis·& clau=
ſa eſt ianua·Ianuā em̄ glorioſi regni aditum
intellexit·qui poſt iudiciū nulli patebit· Tūc
ſiquidē apparebit illius ſeueritas magna·cui⁹
uunc eſt miſericordia·Nemo ſcit quā diſtricte
iudicat·& q̄ꝫ ſeuere punit·Illud iudiciū timēs·
p̄s·dicebat· Non intres in iudiciū cum ſeruo
tuo domine·quia nō iuſtificabit̄ in conſpectu
tuo om̄is viuens·Multi nūc iuſti creduntur·
et ſe bonos arbitrant̄·qui tūc reprobi inuenīē
tur·Multa nūc bona et meritoria reputantur
que tñ ad examen diuini iudicii deducta ma=
nifeſte patebunt eſſe peccata· Multaqꝫ nunc
leuia iudicant̄·que appēſa libra iuſtitie īpor=
tabiliter grauia videbunt̄·Vñ ꝑma pe·iiii·Si
iuſtus vix ſaluat̄·impius & peccator vbi pare
bunt·O examē horrendū·O tremendū iudi=
cium· O ſententia diffinitiua modis omnib⁹
metuenda·locis om̄ibus meditanda·momen
tis omnibus expectanda·ac totis virib⁹ decli=
nanda· Tunc em̄ quis eam audebit audire ·
quis eam poterit expectare·pōſtremo quis eā
poterit ſuſtinere·Illa cum ꝓlata fuerit·nulla
potētia poterit infirmari·nulla ſapīa reuocari

nulla prece·nullove pꝛecio mitigari·nec ab ea
ad alium iudicem poterit appellari·Bern̄·Ve
niet qui male iudicata reiudicabit· male iura=
ta cōfutabit·qui faciet iudiciū iniuriam patiē
tibus·& qui iudicabit in iuſtitia paupes·et ar=
guet in equitate pꝛo manſuetis terre· Veniet
ꝓcerto qui per ꝓphetam minatur·Cuꝫ accepo
tempꝰ·ego iuſtitias iudicabo· Quid faciet de
iniuſtis iudiciis·qui etiam iuſtitias iudicabit
Venit inq̄ꝫ dies iudicii vbi plus valebūt pura
coꝛda·q̄ꝫ aſtuta verba·et cōſcientia bona· q̄m
marſupia plena·quando quidē iudex ille nec
falletur verbis·nec flectet̄ donis·Hoc aūt pē=
ſandum eſt ꝙ iudex ille iuſtiſſimus nulli par=
cet·nulli deferꝫ·nullūqꝫ palpabit·Nō em̄ ſub
trahet pſonaꝫ cuiuſq̄ꝫ·qui eſt omniū dn̄atoꝛ·
nec vllius verebit̄ magnitudinē·q̄m puſillum
et magnū ipſe fecit· & equaliter cura eſt illi de
omnibus·Hoc tn̄ ſaluo ꝙ exiguo ꝯcedet̄ mi
ſericoꝛdia·potentes aūt potenter toꝛmēta pa=
tiētur·Foꝛtioꝛibus em̄ foꝛtioꝛ inſtat cruciatus
Zelus et furoꝛ viri non parcet in die vindicte
nec acquieſcet cuiuſq̄ꝫ ꝓcibus·nec recipiet pro
redemptione dona plurima·ꝓuer·vi·Eya fra
tres kariſſimi timeamꝰ illam ſententiā· cauea
muſqꝫ totis niſibus ne incidamus in eam· qꝛ
hoꝛrendum eſt incidere in manus dei viuētis
Heb̄·x·Curramus ad curiā miſericoꝛdie cōdo
nantis·anteq̄ꝫ cōueniamur ad curiam iuſtitie
punientis·Secundū cōſiliū apl'i heb̄·iiii·Ade
amus cum fiducia ad tronum gloꝛie·vt miſe
ricoꝛdiam cōſequamur·& gratiā inueniamus
in auxilio opptuno·Vn̄ beatꝰ aug̃·ait·Miſe=
ricoꝛdie tempꝰ modo eſt·iuſtitie tempus poſt
erit·Vn̄ miſericoꝛdie tempus vocat mō auer=
ſos·donat peccata cōuerſis· patiens eſt ſuper
peccatoꝛes donec conuertant̄·q̄ncunqꝫ ꝯuerſi
fuerint·ꝑterita obliuiſcit̄·futura ꝓmittit·hoꝛ
tat̄ pigros·cōſolatur afflictos·docꝫ ſtudioſos
adiuuat dimicantes·nemīnē deſerit laboꝛan=
tem & clamantē ad ſe·donat vn̄ ſibi ſacrificet̄
ipſe tribuit vn̄ placetur· Magnū miſericoꝛdie
tempus nō vos tranſeat fratres·nō vos tran=
ſeat·vēturū eſt iudiciū·Erit tunc penitētia· ſꝫ
infructuoſa·Sap̄·v·Intra ſe penitentiā agen=
tes·& pꝛe anguſtia ſpiritus gementes· Tunc
iudex a ſeueritate ſua flecti nō poterit·nec eiꝰ
ſententia īmutari valebit· Nūc aūt pronꝰ ad
miſericoꝛdiam incompabiliter plus deſiderat
gratiam ſuā dare·q̄ꝫ nos recipe· plus peccata
nr̄a remittere·q̄ꝫ nos dimittere·vel de illis pe=
nitere velimus·Si aūt aliq̄n iuſte peccatis no
ſtris iraſcit̄·& tanq̄ꝫ pius pater filios deliquē=
tes punire voluerit·nihilominus tn̄ multa fa
cilitate placat̄·Legimus enim ꝙ moyſes filios
iſrl' punire nitentē detinuit·Aaron iam puni=
entē compeſcuit·Dauid angelū ꝑcutientē·po=
pulum humilitate placauit·Ezechias ſententi=
am de moꝛte ſua reuocari·lacrimis īpetrauit·
Niniuitaꝝ penitētia ſententiā de exterminio
ciuitatis iam ꝓmulgatam·reuocari ꝓmeruit·
Quid plura·Ante tempus deficiet· q̄ꝫ omnia
exempla hmōi enumerare poſſimus·q̄m quo
tidie infinitis modis dei miſericoꝛdiā experi=
mur·Nouit deus mutare ſententiaꝫ·ſi tu no=
ueris emendare delictū·ait ambro· Caueamꝰ
tamē fr̄es kariſſimi ne diuina clementia abu=
tentes·& impunitatē nobis fatua ſecuritate &
ꝑſumptuoſa fidutia ꝓmittētes in peccatoꝛum
ſoꝛdibus maneamus·& dei miſericoꝛdiā in ſe
ueritatē iuſtitie cōuertamus·Nam q̄nto miſe
ricoꝛdia dei nobis eſt largiꝰ ꝑparata·tanto di
ſtrictius & implacabilius ſeuiet iuſtitia eius·
peruerſis nr̄is opibus· & ingratitudine ꝓuo=
cata·Sicut ait apoꝰ·ro·ii·An diuitias bonita
tis eius patientie et lōganimitatis cōtemnis·
An ignoꝛas ꝙ benignitas dei ad penitentiaꝫ
te adducit·Secundū duritiā aūt tuā & coꝛ im
penitens·theſaurizas tibi iram in die ire·& re
uelationis iuſti iudicii dei·

## DE SENTENTIE EXECVTIONE·DIS· XI·

Poſt citationē cūctoꝛum·& congre=
gationē citatoꝝ·poſt diſceptatōeꝫ
et diſcuſſionē plenariā meritoꝛum
poſt ꝓlatam ſententiā ſm̄ exigen
tiam diſcuſſoꝝ·iam nō reſtat aliud niſi actu
alis executō iudicial' ſentētie·vt recipiat vnuſ=
quiſqꝫ penā vel ꝑmiū pro ſuoꝛuꝫ qualitate fa
ctoꝛum·Non em̄ eſtimandū eſt ꝙ ī illa curia
ſūmi regis ita fiat·ſicut fit in aliquibus curiis
ꝑncipum mundanoꝝ·In quibꝰ aut veritas n̄
inquirit̄· aut inquiſita tacetur· & ſub aceruo
pecunie ſepelit̄·aut ſententia nō ꝓfertur·aut
ſaltem in tempa multa differt̄·Sed nō ſic im
pii·non ſic faciet iuſtus iudex·de quo ſcriptū
eſt yſa·xvi·Sedebit iudicans et querens iudi=
cium· & velociter reddens quod iuſtum eſt·
Bene velociter reddet vnicuiqꝫ quod iuſtū eſt
quia ꝓfecto īmediate poſt ꝓlatam ſententiā·
et bonos cum iubilo ducet in gloꝛiā·& repro=
bos a facie ſua ꝓiectos ſimul deuoluet & pre=
cipitabit pariter ī gehennā·Sicut dicit̄·Mat·
xxv·Ibūt hii in ſuppliciū eternū·ſ· reprobi·Iu
ſti aūt in vitam eternā· In diſceptatione fuit
oꝛdo cōtrarius·quia iudicis ſūme boni ꝓpꝛiuꝫ
eſt prius recoꝛdari bona facta bonoꝝ·q̄ꝫ ma=
la facta maloꝝ·Poſtmodū vero in exitu vtro
rūqꝫ ꝑus nomīat penā maloꝝ·vt nos prius q̄
timoꝛis ſunt mala deuitare diſcamꝰ·Poſtmo
dum vero que ſunt honoꝛis bona apperē ſtu=
deamus·vel quia repꝛobi ex cōdigno damna=
tionis ſue ſupplicia meruerīt·electi vero gloꝛi
am ex dei miſericoꝛdia potiꝰ q̄ꝫ ex meritis ob
tinebunt· Item quia pꝛius volet purgare mū
dum·repꝛobos expellēdo·omneſqꝫ mūdi toti
us feces ac fetoꝛes·ac elementoꝝ omniū pur=
gamenta cū eis in baratrū deuoluēdo·vt illis
eiectis mundus pulcer & mundus remaneat
ad cōſolationē electoꝝ in nouā pulcritudineꝫ
innouādus·ſicut infra declarabit̄·¶ Hoc aūt
ſciendum eſt ꝙ ignis ille cōflagrationis quo
mūdi facies purgabit̄·vt dictum eſt·faciē iu=
dicis antecedet·ſic ait·ꝑs·Ignis ante ipm̄ ꝓce
det·et cōcomitabitur· ſicut ait Idem·Ignis in

conſpectu eius exardeſcet. Et ſequit̃. quia pꝛo
lata ſententia cõtra malos. Ite maledicti in ig
nem eternũ. Ille tempalis ignis iuſſu iudicis
quaſi flatu potenti repentino et rapido ſimul
inuoluens reprobos. demerget pariter in infer
num. O quantus luctus omniũ. quantus vlu
latus & gemitus. q̃nta doloꝛis acerbitas. q̃n=
ta & q̃m ineffabilis calamitas reproboꝝ ĩ actu
ali & eterna ſepatione a gl'ia. & a glorioſo cõ=
ſoꝛtio bonoꝝ. quã tũc quidẽ videbũt. vt ſciãt
que & q̃nta pdiderũt. eam nunq̃ꝫ imppetuũ
aſpecturi. ſꝫ ineſtimabil'r plus dolebũt de tam
vili eiectione & ſepatione ppetua a conſoꝛtio
et aſpectu diuino. tanq̃ꝫ videlicet de irrecupa=
bili amiſſione ſũmi boni. Et aduerte ꝙ cũ de
us magis ſit intimus anime q̃ꝫ ipſamꝫ ſibiipſi
ac totum bonum anime magis ſit ipe q̃ꝫ ipſa
ſibi doloꝛẽ incompabiliter acrioꝛeꝫ ſentiet aĩa
cuiuſlibet in ſepatione ſui a deo. q̃ꝫ ſi ipa diſcĩ
deret̃. & a ſeipa violenter ſi eſſet poſſibile ſeca
retur. ac plus vellet totum bonum ſuum per=
dere. q̃ꝫ bonũ diuinũ. Hoc eſt plus appetet ñ
eſſe ſimplciter. q̃ꝫ ſic eſſe. Rurſus cũ de amiſſi
one alicuius boni tantꝰ debeat eſſe doloꝛ. q̃n=
tum eſt de eius adeptione gaudium. pꝛofecto
iam ineffabilis. & ineſtimabilis erit doloꝛ in
reprobis de eterna a deo ſepatione. q̃ntũ inef
fabile & ĩeſtimabile gaudiũ erit ĩ btĩs de etna
dei viſione. De quo gaudio dic̃ apoꝰ. i. coꝝ. iii
Quod oculus nõ vidit. nec auris audiuit. nec
in coꝛ hoĩs aſcendit. que pparauit deus his q̃
diligunt eum. Deniq̃ꝫ cum deus ſit ſũmũ. im
menſum. & infinitũ bonum. de eius amiſſio
ne debet eſſe ſũmus doloꝛ in reprobis. & eſſet
immenſus & infinitus ſi aliquid infinitũ poſ
ſet eſſe in creatura. ſed hoc eſſe non poteſt. ſꝫ
eſt in eis q̃ntum põt ipoꝛum capacitas cõtinẽ
Dyabolus ergo cum toto coꝛpe ſuo. id ẽ mul=
titudine innumerabili omniũ reproboꝝ ſubi=
to demergetur et pcipitabit̃ in infernũ. ſic̃ ait
greg'. in moꝝ. exponẽs illud Iob. Cunctis vi=
dẽtibus pcipitabit̃. quia eterno iudice tũc ter=
ribiliter apparẽte. aſtantibus legionibus ange
loꝝ. aſſiſtente cuncto miniſterio celeſtiũ pote=
ſtatum. atq̃ꝫ electis omnibus ad hoc ſpectacu
lum deductis. iſta belua crudelis & foꝛtis. id
eſt dyabolus in medium captiua deducitur &
cum ſuo coꝛpoꝛe. id eſt reprobis oĩbus. eternis
gehẽne incẽdiis mancipatur. cum dicitur. Ite
maledicti in ignem eternum. O quale ſpecta
culum illud erit. quãdo hec ĩmaniſſima beſtia
electoꝛum oculis oñdetur. que hic tempe belli
nimis illos terrere potuerat. ſi videret̃. Sꝫ oc=
culto ac iuſto dei cõſilio hoc agitur. vt et nũc
per eius gratiam nõ viſa vincatur a pugnan=
tibus. & tunc a letis victoꝛibꝰ iam captiua vi=
deatur. Tunc aũt iuſti diuino adiutoꝛio quã=
tum debitoꝛes ſunt plenius recognoſcunt qñ
tam foꝛtem beſtiã viderint. quantam infirmi
vicerunt. & in hoſtis ſui ĩmanitate conſpiciũt
quantũ debeant gratie defenſoꝛis ſui. Redeũt
enĩ de hoc prelio tunc milites noſtri virtutum
trophea deferẽtes. et receptis coꝛpoꝛibus cum
iam in illo iudicio celeſtis regni introitũ ſoꝛti
untur. prius ĩmaniſſimas vires huius antiqui
ſerpentis aſpiciũt. ne vile eſtimẽt qd̃ euaſert.

## DE IUDICIUM SUBSEQUENTIBUS.

PEracto iudicio. natura
humana in ſuo termino conſtituetur.
& ideo eſſe incoꝛruptibile ſoꝛtiet̃. Quia
vero oĩa coꝛpoꝛalia quodãmodo ſũt ppter
hominẽ. cõueniens erit vt ſtatus oĩm reꝝ coꝛ=
poꝛabilium immutetur vt cõgruant hominũ
ſtatui. qui tunc erunt.

Quia igitur multiplicatio hominũ eſt pro
pter complendũ numerũ electoꝝ qui pꝛecipue
ſunt de intentione diuina. reprobi vero. quia
auertũt ſe a voluntate diuina. nec ponunt̃ in
numerũ in oꝛdine vniuerſi. ideo cõpleto nũo
electoꝝ ceſſabit hoĩm multiplicatio. & ſic ceſ=
ſabit gñatio et coꝛruptio hoĩs. & p conſequẽs
ceſſabit in oĩbus creaturis. Et quia motus ce
li eſt cauſa gñationis & coꝛruptionis in iſtis
inferioꝛibus. ideo etiã motꝰ celi ceſſabit. Quo
ceſſante generatione etiã & coꝛruptione ceſſã
te. creature incoꝛruptibiles & que aptitudineꝫ
hñt ad ppetuitatẽ poſt iudiciũ remanebũt.

Sciendũ eſt autẽ ꝙ quedaꝫ creature habẽt
aptitudinẽ ad ppetuitatẽ ſm totum et ſecun=
dum partem. vt coꝛpoꝛa celeſtia. quedã ſm to
tum. ſed non ſecundum partem. vt elementa
que ſecundũ partem ſunt coꝛruptibilia. quia
propter cõtrarias qualitates eſt in eis mutua
actio et paſſio. & p cõſequens gñatio et coꝛ=
ruptio in cõfiniis coꝝ. & ideo in cõfiniis ſuis
coꝛruptibilia ſunt. ceſſante autẽ motu celi nõ
erit in eis mutua actio et paſſio. ideo nec coꝛ=
ruptio. Et ideo elementa poſt iudiciũ rema=
nebunt. Quedam autẽ creature coꝛruptibiles
ſunt ſm totum et nõ ſm partẽ. vt homo. Naꝫ
aĩa rationalis eſt incoꝛruptibilis. cõpoſitũ aũt
coꝛruptibile. Oĩes igit̃ creature que quoquo
modo habẽt aptitudinẽ ad ppetuitatẽ. remane
bunt in illo vltimo ſtatu mundi. deo ſua vir=
tute ſupplẽte. quod eis ex infirmitate ſua deẽ
Bruta igit̃ animalia & plante et coꝛpoꝛa mix
ta que ſm totum et ſm partem ſunt coꝛrupti
bilia nullo modo in illo incoꝛruptionis ſtatu
remanere debebunt. ſic intelligendum eſt ver
bum apoſtoli. pma coꝝ. vii. Preteriit figura
huius mundi. quia videlicet ſpẽs huius mũdi
que nunc eſt ceſſabit. ſed ſubſtantia remane=
bit. ſic etiam intelligit̃ illud. Iob. xiiii. Homo
cum doꝛmierit non reſurget donec atteratur
celum. id eſt donec iſta diſpoſitio celi ceſſet.
que cum mouetur. in aliis motum cauſat.

Sicut ait augꝰ. Iudicatis his qui non fiunt
inuenti in libꝛo vite & in eternũ ignem miſſis
figura huius mundi igniũ mũdanoꝛum con
flagratione purgabit̃. ſicut facto mundanoꝝ
aquaꝝ diluuio. Qua ſiquidem cõflagratione
coꝛruptibilia elemẽtoꝝ q̃litates ardẽdo penitꝰ
interibũt q̃ coꝛpoꝛibus nr̃is coꝛruptibilibꝰ cõ=
gruebant. atq̃ꝫ ipa coꝝ ſubſtãtia q̃litates illas

habebit· que coꝛpoꝛibus imoꝛtalibus mirabili
mutatione côueniât· vt videlicet mundus in
melius inouatus· apte accômendet hominibus
etiam carne i melius inouata· Vñ vidit Iohã
nes ſedentẽ in trono a cuius conſpectu fugit·
celum et terra et mare iam non eſt· quia peri
bunt hec ſm exterioꝛẽ faciẽ· non ſm ſubſtan=
tiam· Añ iudiciuȝ quidẽ fiet eoꝝ purgatio ab
infectione & coꝛruptione quã ex peccatis ho=
minũ côtraxerũt· Et quia ignis iter alia elemẽ
ta maxime eſt actiuus· & coꝛruptibilium con
ſumptiuus· & ſoꝛdiũ purgatiuus· ideo côſũp=
tio eoꝝ que poſt iudiciũ remanere non debẽt
et purgatio totius mundi côueniẽtiſſime fiet
p ignẽ· Ceterũ· quia genꝰ humanũ non ſolũ
a coꝛruptôe liberabit· ſȝ i electis gloꝛia veſtiet
Creatura aũt coꝛpal' ſm ꝯgruentiã ſtatꝰ finali
ter diſponet· Ideo quelibȝ creatura coꝛpoꝛalis
nõ ſolũ purgabit· vt dictũ eſt· verũetiã inno=
uato homine· innouabit· & homie gloꝛificato
etiã ſuo mõ q̃ndam claritatis gloꝛiã côſeque=
tur· Vñ apoc· xxi· Vidi celum nouũ et terraȝ
nouã· Et yſa· lxv· Ecce creo celos nouos & ter
ram nouam· & non erunt in memoꝛia pꝛoꝛa·
et non aſcendent ſuper coꝛ &c̃·

Conſideremus ſi placet faciem et pulcritu
dinem huius mundi in melius innouati· Et
ſciendũ ẽ· ꝙ terra nõ erit gibboſa· vl' mõtuoſa
ſȝ ad figurã ſpicã reducet· Et qꝛ ñ erit amplꝰ
hoim habitatio ſup terrã· tota circũdabit aq̃s·
vt i elementũ aq̃ foꝛmã ſpicam habeat· Sic &
aer et ignis ſpericã foꝛmã habebunt· & ſe mu
tuo côtinebũt· nec erũt in côuiniis côfuſa vel
pmixta· quia ceſſabit i eo actio & paſſio vt di
ctũ ẽ· Suppoſito igit ꝙ in elemẽtoꝝ purgati
one quicquid groſſius ponderoſius· & ampli
us tenebroſuȝ erat in terra deſcẽderit infra in
regionẽ inferni· In aqua frigiduȝ glaciale· &
oĩs ſalſedo· et amritudo & fluxibilitas· In ae=
re groſſities· om̃is mobilitas & om̃is pegrine
impſſionis receptio· In igne vero ardoꝛ & ſic=
citas fuerint ſepata· terra in ſupioꝛi ſui parte
erit vt criſtallus· aque multoplus pſpicue ſub
tiles· & pure q̃ȝ ſint mõ· Et foꝛte ſic erũt ſimi=
les celo aqueo· Aer vero purioꝛ clarioꝛ rarioꝛ·
et ignis· Similr' i aere nõ fient impſſiones ali
que· vtpote nubes et venti· ros et pruina· ni=
ues et grandines· fulgura et coꝛruſcationes·
tonitrua & tempeſtates· nec aliq̃ hmõi· ſȝ ppe=
tua ſerenitas· claritas· et tempies ſempiterna·
In igne vero qui nunc vſqȝ ad diẽ iudicii cali
dus eſt & lucidus poſt illã innouationẽ mũdi
vt ait baſilius in examerõ· lux ſepabitur a ca=
loꝛe· Ait em̃· In retributionibꝰ delictoꝝ ratio
nos ſecretioꝛ docet partiendã eſſe ignis natu=
ram· cuius lux ad illuminando.s uſtos deputa
bit· ardoꝛ aũt pficiet ad impios côcremandos
Vñ ait· ps· Vox dñi intercidentis flãmam ig
nis· Hec ergo credit eſſe facies huius mundi·
Coꝛpoꝛa vero celeſtia mirabili claritate fulge=
bũt· Poꝛro iuxta verbũ yſa· xxx· Erit lux lune
ſicut lux ſolis· & lux ſolis ſepteplr' ſicut lux

ſeptem dierum· Certius aũt firmamẽti facies
luminoſa creditur eſſe· ſicut nunc ſunt ſtelle·
Stellarũ vero claritas in ſeptuplũ maioꝛ erit·
Dicit aũt yſidõ· ꝙ nec ſol nec luna poſtea ad
occaſũ ſunt ventura· ſȝ in loco i quo creati ſũt
ſine fine manebũt· Vñ dicit abac· iii· Sol &
luna ſteterũt in habitaculo ſuo· ſol in puncto
oꝛientis· & luna in pũcto occidentis· Vñ dicit
yſa· lx· Non occidit vltra ſol tuus· Non ergo
erunt amplius diei noctiſqȝ viciſſitudo· ſȝ erit
vna dies· nõ hñs veſperã· côtinua· ſemp clara
que nota eſt domino· Hec aũt claritas & pul=
critudo mirabilis ñ erit ad neceſſitatẽ· qꝛ etiã
om̃s ſancti fulgebunt ſicut ſol· Sicut ait dñs
Math· xiii· Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno
patris eoꝝ· Propter quod dicitur yſa· lx· Nõ
erit tibi ſol ad lucendũ· ſcȝ ad neceſſitatẽ· erit
tñ ad vniuerſi decoꝛẽ· côſolationẽ et delectatõ
nem ſanctoꝝ· et creatoꝛis laudẽ· gloꝛiã· et ho=
noꝛem· Vñde yſa· lxv· Poſt illud· Ecce creo ce
los nouos et terrã nouã· Subdit· Exultabitis
et gaudebitis vſqȝ in ſempiternũ in his q̃ ego
creo· Hec de finali iudicio & de ſtatu mũdi
poſt iudiciũ ad pſens in generali & groſſo ru
diqȝ modo dicta ſufficiãt· Nũc nõ reſtat niſi
in ſpeciali dicere de ſuppliciis repꝛoboꝝ & gl'ia
beatoꝝ· Et pꝛius dicemus fauente domino de
ſuppliciis repꝛoboꝝ·

## PARS· III·

## DE SVPPLICIIS REPROBORVM

DE numero nouiſſimoꝝ q̃tuoꝛ
propoſitoꝝ· ſupius duobus ex
peditis exilr' & breuiter termĩa
tis· oꝛdine côſequenti cũ adiu=
toꝛio grẽ ihu xpi iam nr̃e ꝯſi=
derationis oculos côuertamꝰ
ad tertiũ nouiſſimoꝝ· id eſt infernũ put inſpi
rãte deo poterimus intuendũ et aliq̃liter oſtẽ=
dendũ ſupplicia dãnatoꝝ· Circa hoc aũt tria
côſideranda occurrunt· Primo oſtẽdendũ eſt
ꝙ infernus ſit· Scdõ vbi ſit· Tertio quid ſit·
id eſt que· quales et quante ſint pene inferni·

## QꝪ INFERNVS SIT· ET DE SITV EIVS· DISTICTIO PRIMA

CIrca pmum ſcȝ· ꝙ infernus ſit pꝛo
bat auctoꝛitatibꝰ ſcripture ſacre tã
noui q̃ȝ veteris teſtamẽti· ſanctoꝝ
teſtimoniis· rationibus et exemplis
Pꝛimo quidẽ auctoꝛitatibꝰ uete· teſta· Ait em̃
pñarcha Iacob· Geñ· xlii· Deducetis canos me
os cũ doloꝛe ad inferos· Et nũi· xvi· dic moy
ſes de choꝛe dathã & abyrõ· Deſcẽdẽt viuẽtes
ad infernũ· Itẽ· i· Reg̃· ii· Dñs moꝛtificat & vi
uificat· deducit ad inferos et reducit· Itẽ Iob·
vii· Qui deſcẽderit ad inferos nõ aſcendet· ps·
Doloꝛes inferni circũderũt me· Idem in eodẽ
Pericula inferni inuenerũt me· Silr' et alii p=
phete in locis innũis· Silr' & apl'i inter articu
los fidei hũc articulũ poſuerũt· Deſcendit ad
inferna· Itẽ paulus Eph· iiii· Qd aſcẽdit quid
eſt niſi qꝛ & deſcẽdit pmũ in inferioꝛes partes
terre· Et btẽs petrus· ii· pe· ii· rudẽtibus inferni
detractos in tartaꝝ &c̃· Et apoc· xx· Infernꝰ

et moꝛs dederũt moꝛtuos ſuos·ſed qđ ē oībus
efficacius teſtimoniũ prime veritatis·que dic̃
oꝛe pꝛopꝛio·Luc̃ xvi·Moꝛtuus eſt diues·& ſe
pultus eſt in inferno·qui aũt nõ receperint te
ſtimoniũ ſanctoꝝ et xp̄i nouerĩt ſe eſſe iudeis
aut paganis deterioꝛes & infidelioꝛes·qui in=
fernũ eſſe crediderunt·& in libris ſuis de hoc
ſcripta multa reliquerũt Item hoc oñdit ratio
ſi ſcripta aut humana teſtificatio ceſſaret·Cui
libet eñ bñ diſpoſito oñdit hec humana ratõ
quēlibet regē debē habere aulā regiā ad ami=
cos et ſodales retinendũ·delectandũ·et ſecre=
ta ſua eis cõmuīcādũ ·Et ille debꝫ eſſe ī domo
regis pulcherrimus·& honeſtiſſimꝰ locus·Ali
us locus aſt magis infimus et minus decens·
Vbi fiunt a ſeruis neceſſaria domus·vt eſt a
coquina·ſtabulũ· Item alius eſt locus infimꝰ
abiectiſſimus vt carcer·Primus locꝰ eſt cõmē
ſalium regis et amiciſſimoꝝ·Secundus ſeruo
rum & iumentoꝝ·Tertius eſt reoꝛum·Ergo
cum rex regũ deus ſit et oīm maximus & iu=
ſtiſſimus habet iſta tria edificia·Primũ eſt ce
lum·quod eſt habitaculũ amiciſſimoꝝ·vbi re
creant̃ paſcunt̃ et cõſolant̃ cũ eo·Secundꝰ eſt
mundus iſte ſtabulũ iumentoꝝ·ſcꝫ coꝛpoꝛum
& officia ſeruoꝝ laboꝛantiũ·Tertius eſt infer
nus vbi rei & iudicati artāt̃·De hoc yſa·xxiiii
Cõgregabunt̃ ſicut in cõgregatione vniꝰ fal
cis·& claudent̃ in carcere ꝑpetuo ·Et·xlvi·c·
Et ſapiē·xviii·Digni erant carere luce & pati
carcerē tenebraꝝ·Et dñs Math·v·Iudex tra=
det te miſtro vt in carcerē mittaris·Itē nõ ſolũ
hoc probat̃ ꝑ viuos·ſꝫ et per moꝛtuos·qui reſu
ſcitati hoc dixerũt·Vt patet heb·xi·Recepere
mulieres de reſurrectione moꝛtuos ſuos·Hoc
etiam patet in miraculis ſanctoꝝ· & in vitis
pr̃m·et dyal·greg·

Circa ſcḋm ſcꝫ vbi ſit infernus·Sciendũ
ꝙ ſub terra ſicut ſcriptura ſac̃ teſtat̃·
ps·Introibũt ī inferioꝛa terre·Idē ſb
ſtantia mea in inferioꝛibus terre·Ideꝫ·Eruiſti
animā meā ex inferno inferioꝛi·Itē Iob·xvii
in fine·In ꝓfundiſſimũ inferni deſcendēt oīa
mea·Item eph·iiii·Qꝫ aũt aſcendit qd eſt &c̃·
Item apoc·x·Nemo poterat apire librũ neqꝫ
in celo neqꝫ in terra neqꝫ ſubtus terram·Item
nũi·xvi·De abſoꝛbtione·choꝛe·Diſrupta ē ter
ra·ſub pedibus eoꝝ·& apiens os ſuũ deuoꝛa=
uit eos· deſcēderũtqꝫ viui ī infernũ opti humo
ps·Liberaſti aīm meā ex īferno inferioꝛi·Qđ
videt̃ velle probare·Greg·dyal·xliiii·De hac
re nihil temere diffinire audeo·Nõnulli nāqꝫ
in terraꝝ quadā parte infernũ eſſe putauerũt
Alii vero hunc ſup terrā eſſe eſtimant·Et poſt
exponēs verbũ apli ſupdictũ·dicit·Sub terra
aīe exute ſunt·in inferno exiſtentes &c̃·Poſt
cõcludit·Cum ergo ad ſoluendũ librũ nullus
ſub terra dignus inuentus dicit̃·qd obſtet nõ
video vt ſub terra infernus eſſe credat̃·Aug·
tñ dicit·ignis inferni cuiuſmõi ſit vel in qua
parte mũdi nemīnē penitus arbitroꝛ ſcire niſi
cui ſpũs dei reuelauerit

Circa tertiũ ſcꝫ de penis & ſuppliciis dā
natoꝝ tam hominũ q̃ꝫ demonum in
inferno cõſiderāda ſũt q̃tuoꝛ·Primo
quidē de cõditionibus hmõi penaꝝ·Secũdo
de vtilitate meditatõis eaꝝ·id eſt ad qđ et q̃n
tum ſit vtile de penis hmõi meditari·Tertio
mouent̃ alique queſtiones circa ꝯditiones hu
iuſmõi penaꝝ·& ſoluunt̃·Quarto ponuntur
alique viſiones ſiue reuelationes ad meditan=
dum vtiles et ſciendũ·¶Circa p̄mũ ſciendũ·
ꝙ ſicut ex diuerſis ſcripture ſacre locis et ex li=
bris ſanctoꝝ inſtruimur·in inferno credēda
ſunt firmiſſime·cogitanda ꝓfunde frequētiſ
ſime meditanda ac vehemētiſſime foꝛmidan=
da ſuppliciorꝝ·ac miſeriaꝝ diuerſitas innũabi
lis·acerbitas intolerabilis·& eternitas intermi
nabiles·Nam ibi eſt doloꝝ & miſeriaꝝ diuer
ſitas·tam innumerabilis ꝙ nec lingua poſſet
exp̄mere·nec intellectus cõpꝛehendē·nec mēs
hoīs cogitare·Sicut etiā quidā gētilis ait·Nõ
mihi ſi centũ lingue ſint·oꝛaqꝫ centũ·Ferrea
vox·oīs ſcelerũ cõpꝛehēdē foꝛmas·Oīa pe=
naꝝ ꝑcurrere noīa poſſem·Sicut eñ oculꝰ ñ
vidit·nec auris audiuit·nec in coꝛ hoīs aſcēdit
que p̄parauit deus his qui diligũt eũ·ſic ꝓfe=
cto debemus agnoſcere ꝙ hũanus oculꝰ nũq̃ꝫ
vidit·nec auris hoīs viatoꝛis audiuit·nec ī coꝛ
hoīs aſceddit·q̃nta ſint mala que p̄parauit de
us his qui offenderũt eũ·Licet aũt innũabilia
ſint et ineffabilia·nõ tñ oīno tacere volumꝰ
nec ſilentio coopire debemus·ſꝫ de innũabili=
bus aliqua numerare·& de ineffabilibꝰ pauca
et breuiter effari ſtudebimus·vt nobis & aliis
cogitandi materiā p̄beamus·¶Eſt igit̃ ſcien=
dũ ꝙ ibi erit pena duplex·videlicet pena dāni
et pena ſenſus·Pena dāni nihil aliud eſt q̃ꝫ
eterna carētia diuine viſionis ꝓpter demerita
ꝓpria·Eterna dico ad differentiā pene purga
toꝛii·que non eſt eterna·Propter demerita ꝓ=
pꝛia dico ad differentiā pene pueroꝝ qui ſine
purgatione ab oꝛiginali peccato deceſſerũt·q
& ſi ꝑpetuo diuina careāt viſione·nõ tñ pro=
pter aliqđ actuale vel ꝑſonale peccatum·Pena
ſenſus multiplex eſt·Nam quedā ꝑtinent ad
ſenſum interioꝛē·quedā ad exterioꝛē·id ē que
dam ad coꝛpꝰ·quedā ad aīam·ſicut enũando
patebit·¶Primo quidē eſt ibi penaꝝ diuerſi
ſitas·ſicut ex pluribꝰ ſcripture ſacre locis·et ſan
ctoꝝ verbꝭ et ſcriptis ſalubꝛiter edocemur·Deu·
xxxii·Cõgregabo ſup eos mala·id ē oīa gn̄a
toꝛmentoꝝ·& ſagittas meas·id ē penas pũgi
tiuas·penetratiuas·& afflictiuas cõplebo ī eis
qꝛ ſeptē ſagitte que hic infixe ſunt ꝓpter pecca
tum·ſcꝫ fames·ſitis·caloꝛ et frigus·laſſitudo·
infirmitas·& moꝛs·ibi ꝑfecte cõplebunt̃·Vñ
ibidē ſbdit̃·Cõſumēt̃ fame et deuoꝛabũt eos
aues moꝛſu amariſſimo·Dētes beſt·imittā in
in eos &c̃·Itē eccĩ·xxix·Ignis grando fames
et moꝛs oīa hec ad vindictā creata ſũt &c̃·Itē
eiuſdē·lx·Furoꝛ zelus & tumultus fluctuatio
& timoꝛ moꝛtis·iracũdia ꝑſeuerās et cõtentio
Sequit̃·Et ſup peccatoꝛes ſeptuplũ·Pluet ſup

peccatores laqueos dicit. pſ. Quia ſicut gutte
pluuie ſũt innũabiles. ſic et pene maloꝝ. Seq
tur. Ignis. ſulphur. ſpũs ꝓcellaꝝ. pars calicis
eoꝝ. nõ totũ. Greg. Erit in inferno frigus in=
ſupabile. Ignis inextinguibilis. vermis imor=
talis. fetor intolerabil̄. tenebre palpabiles. fla=
gella cedentiũ. horrida viſio demonũ. cõfuſio
peccatoꝝ. deſperatio oĩm bonoꝝ. Itẽ aug. Ve
illis quibus ꝑparatˀ dolor vermiũ. ardor flam
marũ. ſitis ſine extinctione. ſtridor dentiũ. la
chryme oculorum. tenebre exteriores ſine luce
pena intermĩabilis. Vbi nõ eſt vllus honor. ſi
ue agnitio ꝓximi. ſꝫ ꝯtinuus dolor & gemitꝰ.
Vbi mors appetitˀ. & non dabitˀ. Vbi nõ ẽ ho
nor ſeruoꝝ et regis. nec dñs ſup ſeruum. nec
mr̃ diligit filiũ. aut filiam. nec filius honorat
pr̃em. vbi ẽ oĩe malũ. & oĩs indignatio. & fe=
tor & amaritudo abũdat. Ad idẽ declarãdũ
faciũt que infra dñr de viſionibus oſtenſis.
Ad aĩam nempe ꝑtinet. Timoris ꝑturbatio
Pudoris cõfuſio. Vehementia doloris. Corro
ſio odii et rancoris. ire. triſticie & furoris. Re=
morſus cõſcientie. Excecatio rõnis. Tediũ vi=
te et deſideriũ mortis. Cõſortiũ demonũ. Ser
uitus. Deſpatio et blaſphemia. Ex parte vero
corporis erũt ibi. Acerbitas ardoris. Attrocitas
algoris. Fetoris imenſitas. Fumi obſcuritas.
Tenebre palpabiles. Procelle terribiles. Penu
ria famis. Ariditas ſitis. Attritio verberũ. Cõ
ſtrictio cathenaꝝ. morſus ſerpentũ. Turpitu
do horribilis. Põderoſitas importabilis. imbe
cillitas debilis. Vlulatus et gemitus. Dolores
et torſiones. Amaritudĩes et egritudines. De
his oĩbus & hoꝝ ſingulis licet nõ eodẽ ordi
ne quo enũata ſunt. ſaltẽ breuitˀ ad declaratio
nẽ iſtoꝝ tam ſcripture ſacre ſentẽtias ꝙ̃ʒ ſcõꝝ
teſtimonia ꝓferamus. Licet ſint alia multa q̃
nec ꝓſequi nec enũare poſſemus. hic ſolũ pau
ca de multis. imo de infinitis finita elegi mꝰ
ſuccinctorie declarãda. Primo quidẽ de acer
bitate ardoris. qr iſtud ẽ de quo cõius. & ſcrip
ture ſacre & ſancti loquuntˀ inchoare ꝓponi=
mus. Dicitˀ eñ de impio. Deut. xxxii. Ignis
ſuccenſus eſt in furore meo. & ardebit &c̃. Itẽ
pſ. Sicut ignis qui cõburit ſiluaʒ. & ſic flãma
cõburẽs mõtes ita ꝑſequeris &c̃. Iob. xx. De=
uorabit eũ ignis qui ñ ſuccenditˀ. Sup qd̃ ait
greg. Gehẽne ignis cũ ſit corporeꝰ. & ĩ ſe miſ
ſos reprobos corpaliter exurat. nec hũano ſtu
dio ſuccenditˀ. nec lignis nutritˀ. ſꝫ ſemel creatꝰ
durat inextinguibilis. nec ſuccẽſione indiget.
nec ardore. Sciendũ vero eſt ꝙ reprobi. qr ex
aĩa ſimul et carne peccauerũt. illic in carne paritˀ
et in aĩa cruciantˀ. Vñ bñ p. pſ. dicitˀ. Pones
eos vt clibanũ ignis in tp̃e vultus tui. Dñs in
ira ſua cõturbabit eos. et deuorabit eos ignis.
Clibanus nãqꝫ intrinſecus ardet. is vero qui de
uoratˀ ab igne. ab exteriori parte incipit ꝯcre=
mari. Vt ergo ſacra eloq̃a reprobos ardere in=
terius et exterius demõſtrarẽt. eos ab igne de
uorari. & vt clibanũ poni teſtantˀ. vt et p ignẽ
deuorentˀ in corpe. & p dolorẽ ardeãt in mẽte

¶ De ardore ſimul & frigore dicitˀ. Iob. xxiiii.
Ad calorẽ nimiũ tranſeũt ab aquis niuiũ. Im=
pii nanqꝫ vt acrius torqueantˀ. ad ardorẽ im=
menſum de glaciali frigore ſubito regirantˀ.
¶ De fetore vero dicitˀ yſa. xxxiiii. De cadaue
ribus eoꝝ aſcẽdet fetor. Nullũ eñ ſterquilini=
um vilius. nullũ cadauer fetidius corporibus
impioꝝ. Cogita ergo ꝙ̃ ineffabilis erit fetor
in innũabili multitudine corporũ fetidorum.
¶ De ardore ſimul & fetore dicitˀ. Apoc. xx.
Beſtia et pſeudoꝓphete miſſi ſũt in ſtagnum
ignis et ſulphuris. Vñ ĩ figura huius cũ deus
ſodomã et gomorrã punire decreuiſſet. puni=
uit eos igne & ſulphure. Sic etiã peccatores q̃
et ꝑuerſis deſideriis & fetore carnis arſerunt.
iuſte in igne et ſulphure penas luũt. In men=
tibus etiã nr̃is quotiẽs feda carnis delectatio
dñatˀ. ſulphureo quodã fetore ꝯſpergitˀ. Sicut
ſcriptũ eſt Iob. xx. Aſpgatˀ in tabernaculo eius
ſulphur. & ex carnis delectatione diſponitur
aĩa. vt igne ſulphureo ſuccendatˀ. Vñ nota ꝙ
infernus eſt locus fetidus & ĩmundꝰ. vbi oẽs
ſordes huius mũdi tam ſpũales confluũt ꝙ̃ʒ
etiã corpales poſt iudiciũ cõgregãde creduntˀ.
Vnde eſt quaſi ſentina viliſſima. & latrina
fetidiſſima huius mũdi. pſ. de impiis ait. Vt
lutũ plateaꝝ delebo eos. Qd̃ ſcʒ lutũ p plateas
colligitˀ & in foueã ꝓiicitˀ. ꝓpter hoc vocatur
infernus puteus abyſſi. Et pt̃ dici puteꝰ a pu=
teo putes. id ẽ feteo fetes. Apoc. ix. De fumo
putei obſcuratus eſt aer. Et huic cõpetit qd̃ re
fert greg. dyal̄. xxxvii. Dicit eñ ꝙ quidã mi=
les romanus eductus a corpe & poſtea cito re
diens narrauit ſe vidiſſe pontẽ artũ et altum
ſub quo currebat fluuius nigerrimus & caligi
noſus. nebulã fetoris intolerabilis exalãs. Vl
tra quẽ pontẽ vidit prata virentia florẽtia ſu=
auiſſimi odoris. quo ſatiabantˀ. et reficiebantˀ
deambulãtes illic & habitãtes illic. Diuerſe etˀ
lucis plene erãt mãſiões ibi. Quedã etˀ mire po
tẽtie edificabatˀ domus aureis laterculis. quã vt
vidit alius poſtea edificabũt hoĩes diũſe etatis
et ſexus. Iuxta ripã flumĩs iam dicti erãt ha=
bitacl̄a aliq̃ q̃ tangebantˀ a nebula fetoris. ali=
qua ñ. De hoc põte iniuſti labebantˀ in fluuiũ
Iuſti tranſibãt. Ibi vidit petrũ maiorẽ eccl̄iace
familie multo ferro depſſum & ligatũ. & ĩmer
ſum in flumĩe. Et dictũ eſt ꝙ hoc ideo. quia
plꝰ crudelitatis deſiderio ꝙ̃ʒ obediẽtia vl̄ corri
gẽdi ꝯſiderio plagas ĩferebat. Vidit etˀ ibi quẽ
dam ꝑegrinũ ſacerdoteʒ cũ tanta auctoritate
cũ ꝙ̃nta ſinceritate vixerat tranſeuntẽ. Vidit
etiã ibi ſtephanũ. de quo facta mẽtio in dyal̄.
ſup̃. c. c. cuius pes dũ vellet trãſire lapſus eſt.
et a teterrimis viris ex flumĩe ſurgentibus ex
media parte corporis a ponte eiectus. percox=
as ĩferius trahebatˀ. ab aliis cãdidiſſimis & ſpe
cioſiſſimis ſupius p brachia trahebatˀ. Sʒ qd
de eo poſt actum fuerat tranſiens ignorauit.
¶ De ardore fetore et fumo ſimul dicitˀ apoc.
ix. Qꝛ de puteo abyſſi fumus exiuit. & ꝙ̃ſi fu
mus fornacis magne. & occiſa eſt tertia para.

hominum de igne·fumo·et ſulphure·Prima
pars hoīm cōpꝛehēdit bonos·Scōa viuos·Ter
tia moꝛtuos infernali incēdio cruciādos·Item
yſa·xxxiiii·Cōuertent̄ toꝛrētes eius in picem·
et humus eius in ſulphur·& erit terra eius in
picē ardentē et nō extinguet̄ in·ſempiternū
et aſcendet fumus in gn̄atione et gn̄ationem
& deſolabit̄ ī ſecula ſeculoꝝ·Et apoc·xiiii·Fu
mus toꝛmentoꝝ eoꝝ aſcēdet p ſcl'a ſcl'oꝝ·non
habebit requiē die ac nocte·p̄s·Aſcēdit fumꝰ
in ira eius·qꝛ n̄ ceſſāt creſcē ligna & multipli
cari materia incēdii·id ē aīe et pc̄ta·Mirū quō
ibi ſingulis diebus edificāt diuites huius mū
di·qui hic ita fumū timēt & domos fumoſas
refugiunt·¶ De igne·ſulphure·& ꝓcella tem
peſtuoſe iugiter irruēte·et cōſtrictione cathe=
naꝝ ardentiū ꝑpetuo detinēte ait·p̄s·Pluet ſu
per peccatoꝛes laqueos·ignis·ſulphur et ſpūs
ꝓcellaꝝ·pars calicis eoꝝ·In libro quoqꝫ ſapi·
xvii·dicit̄·ꝙ vna cathena tenebraꝝ oīs erāt
colligati·Et Iob·xxxvi·Si in cathenis fuerint
et vinciāt̄ funibꝰ paupꝛtatis·indicabit eis opa
ſua·q̄ſi dr̄et de peccatoꝛibus adhuc in mundo
viuentibus·ſi pſeuerauerīt in peccatis·donec
ligati fuerint in cathenis infernalibꝰ·vbi oīm
egeſtatis inopiā ſuſtinebūt·Ibi ꝓfecto indica=
bit eis malignitatē coꝛdiū·iniquitatē operum
grauitatē quoqꝫ nimiā peccatoꝝ·& inexcogi
tata ſupplicia toꝛmentoꝝ·Indicabit inq̄ꝫ eis·
que pꝛius ꝓuidere neglexerūt·nec credē volu
erunt·De ꝓcella ſpālitér dicit̄ cuidā viro ſcō
fuiſſe diuinitus reuelatū·ꝙ ex mobilitate vel
curſu aeris tanta erit ibi tēpeſtas iugis& im=
petus·ꝙ ſubito quaſi ī ictu oculi reprobos·q·
ab oꝛiēte in occidens vehemēter impellet·& ex
illo motu quidā terribilis ſonus q̄ſi tonitruū
magnū exurget·et hoc eis ineffabilis pena fiet
De tenebris hoꝛrēdis d̄r·Iob·x·Dimitte me·
vt plangā paululū doloꝛē meū anteq̄ꝫ vadaꝫ·
et n̄ reuertar ad terrā tenebroſā·& optā moꝛ=
tis caligine·terrā miſerie & tenebraꝝ &c̄·Hec
auctoꝛitas infra diffuſius exponet̄·Itē cuidaꝫ
in exemplū oīm impioꝝ dicit̄·Math·xxii·Li=
gatis manibus et pedibꝰ eiꝰ ꝓiicite eū in tene
bras exterioꝛes·Quid eſt aūt manibꝰ et pedi
bus alligari·niſi oīm bona actōne &euaſione
ꝓuari·Sicut in tenebꝛas exterioꝛes mitti nihil
aliud erit·q̄ꝫ a deo qui eſt mētiū lumē expelli
Sciendū eſt aūt ꝙ ſūt ibi tenebre multiplices
ſicut īfra declarabit̄·Iſte tenebꝛe ita ſpiſſe ſūt
ꝙ nulla luce poſſūt fugari vel penetrari·Sap̄
xvii·Nulla eīm vis ignis poterat illumīare illā
noctē hoꝛribilē·aut limpide ſyderū flāme·Itē
tante ſūt cōdenſitatis vt nullus de eis ſe mo=
uere videat vl'valeat·Sap̄·xvi·Vna cathena
tenebꝛaꝝ oīes erāt ligati·Vn̄ erunt q̄ſi lapis
in muro·quia nō poterūt ſe mouere ꝓ volūta
te·ſicut nec egyptii·Exo·x·Vir nō eſt motus
de loco ſuo·nec cognouit frēm ſuū ꝓpter te=
nebras hoꝛibiles & palpabiles·Itē tante ama=
ritudinis vt moꝛte ſint amarioꝛes·Iob·x·Ad
terrā te·& op·moꝛ·ca·¶ Itē quidā qui ductꝰ

fuit ad infernū inter alia que vidit et audiuit·
audiuit ī mediis tenebꝛis voces muliebres &
lugubres·&dicētes·Ve·Ve·Ve·q̄ꝫte ſūt ten e
bre·Itē ſunt tales vt aliq̄d ibi luceat ad dāna=
toꝝ maioꝛē cōtriſtationē & nō cōſolationem
Greġ·in moꝝ·Illa vltrix flāma vitioꝝ cōcre=
mationē quidē habet·ſꝫ lumē nō h̄t·illic ignis
ad cōſolationē nō lucet·ſꝫ tn̄ vt magis toꝛq̄at
ad aliq̄d lucet·Nam ſequaces ſuos ſecū in toꝛ
mento repꝛobi viſuri ſūt quoꝝ amoꝛe delique
runt·¶ De egeſtate famis ait greġ·Exponēs
illud iob·vi·Invaſtitate et fame ridebis·ſimul
vaſtitas fameſqꝫ cruciat·quia n̄ ſolū foꝛis toꝛ
menta ſentiūt·ſed etiā intus medie peſte mo=
riunt̄·Vaſtat gehēna qꝛ ꝯcremat·fames inter
ficit·qꝛ faciē ſuā illis redēptoꝛ abſcōdit·Sicut
eīm beati in regno celoꝝ eternal'r et bt̄e de pa=
ne vite ſatiant̄·Sicut ſcriptum eſt Luc·xiiii·
Beatus qui māducabit panē in regno dei·ſic
merito famis media moꝛiunt̄·qui ꝑpetuo pa=
ne vite ꝓuant̄·Vn̄ de impio et maledicto vi=
ro dicit̄·Iere·xvii·Habitabit ī deſerto ab oīm
bono·ſcꝫ delicto in ſiccitate·& terra ſalſugis
ſ·amariſſime ſiccitatis·Bn̄ eſuriūt illi·de qui
bus yſa·ix·Erit ppl's q̄ſi eſca ignis·vir frī ſuo
nō parcet·vnuſq̄ſqꝫ carnē brachii ſui voꝛabit
Bn̄ ſitiēt illi de quibꝰ dicit̄·Fel draconū vinū
eoꝝ·&venenū aſpidū inſanabile·Deut̄·xxxii
p̄s·Ignis·ſulphur·&ſpūs ꝓcellaꝝ pars calicis
eoꝝ·Ideo dicit̄ terra miſerie·quia nihil gignꝫ
niſi miſeriā et penuriā·Qō patꝫ in hoc maxīe
qꝛ amariſſimus moꝛſellus in mūdo quē refu=
giūt ꝓ viribus oīa aīantia erit ibi deſideratiſ
ſimus·ſ·moꝛs·Apoc·ix·Deſiderabūt moꝛi·&
moꝛs fugiet ab eis·¶ De vlulatu et gemitu·
clamoꝛe et eiulatu et fletu dicit̄ Luc·vi·Ve vo
bis diuitibus qui habetis hic ꝯſolationē vr̄am
qꝛ ploꝛabitis et flebitis vos·Iteꝫ yſa·lxv·Ecce
ſerui mei comedent·& vos eſurietis·ecce ſerui
mei bibent·et vos ſitietis·ecce ſui mei letabūt̄
et vos cōfūdemī·ecce ſerui mei laudabūt p̄ ex
ultatōne coꝛdis·&vos clamabitis p̄ doloꝛe coꝛ
dis·&p̄ cōtritione ſpūs vlulabiti s·¶ Quia lo
cus ille plenus eſt fumo·plenus eſt et luctu·
et diuites huius ſeculi ita ſūt coꝛde duri·ꝙ qꝛ
nullā h̄nt hic lachrymā deuotōis vel cōtritōis
ibi inceſſāter flebūt ex vtraqꝫ parte coꝛpoꝛis&
aīe·Itē mala que ꝓmeruerūt·et bona quibus
ſe ꝓuauer̄t·Vn̄ ſic ligna dura·viridia·& quer
cina·que ſine humoꝛe vident̄ eſſe·poſita per
mediū in camino cū cōburunt̄ in vtroqꝫ capi
te fumāt et ſudāt·et aq̄ꝫ ſtillāt·ſic ipi lugebūt
& in aīa et in coꝛpe·& inꝑpetuum·Yſa·lxv·
Iſti fumꝰ ī furoꝛe meo·et ignis ardēs tota die
Magnus eſt fletus in ſenſu illius ignis·quā=
do tantus eſt in ſolo remoto viſu·Apoc·xviii
Plāgent ſuꝑ illā videntes fluuiū eius·& lon
ge ſtantes ꝓpter timoꝛē toꝛmentoꝝ& flentes
& lugentes·Item Math·xiii·Ibi erit fletus&
ſtridoꝛ dentiū·Ieroꝰ·Fumus ab igne veniēs
lachrymas in fletū ꝓuocat·frigus nimiū·den
tes &ſtridoꝛes coartat·plus habꝫ flere q̄ nimꝰ

ibi flebit q̃ꝫ ſit de aqua in quecunqꝫ fluuio vel
mari· que niſi alie aque ſuccederent poſſent
ſiccari· & deficere· ſꝫ infernalis luctus nunq̃ꝫ
Hos ſiccãt lacryme p̃ſentes ipis penitentibus
Vñ in vitis patrũ dicit̃· ꝙ congregati patres
rogauerũt btm̃ arſeniũ vt diceret verbũ edifi=
cationis· qui fleuit dicẽs· ꝓducãt oculi nr̃i la
chrymas· & ↄburãt corda nr̃a hic· ne ↄburãtur
in futuro· Itẽ ibidẽ· Quidã ſenex migrãs poſt
rediit· qui et fleuit incõſolabil'r· dicẽs ſe audi=
uiſſe voces innũas· dicẽtes frequẽter· Ve mihi
Ve mihi· qꝛ ñ fleui· Fletus aũt eſt ibi inutilis
qui hic ita eſt p̃cioſus· Augꝰ. Fruſtra flebunt
ibi p̃ctores· qꝛ malorũ ſuoꝝ veniã ibi ñ ↄſequẽ
tur· De attritõe verbeꝝ nota ꝙ ſicut puer in
ſcolis qñ laſciuus eſt· & nõ repetit lectionẽ &
opportũo tp̃e neſcit eã reddẽ magr̃o ſuo· ver=
beratur egregie· & tam diu verberat̃· donec cor
detenus ſciat eam. Quia igit̃ reprobi lectões
ſuas q̃s de lege dei· de fide· de moribus· de ti=
more dei et amore et hmõi audierũt· neſcient
reddẽ corã magno mg̃ro· ideo duriſſime ver=
berabunt̃· Itẽ ſeruꝰ ſciẽs volũtatẽ dñi ſui & ñ
faciẽs eã plagis vapulabit multis· Luc· xii· Itẽ
ribaldi poſtq̃ꝫ expẽderũt hylariter in taberna
ſi ñ poſſũt ſoluẽ verberant̃· Itẽ qui fac̃ alii in=
iuriã et ñ p̃t ſoluere emendã· flagellat̃· & i car
cerẽ detrudit̃· Frũt igit̃ corpa dãnatorum fla=
gellata attrita cõculcata· & gladio cõmmuta·
p̃s. Multa flagella p̃ctoris· Itẽ· p̃s· gladii anci=
pites in ma· eoꝝ· vt fa· &c̃· Prou· xix· Prepa=
rata ſũt deriſoribus iudicia· & mallei p̃cutien
tes ſtultoꝝ corporibus· Ecc̃i· xxv· Qui tranſ=
gredit̃ dei iuſtitiã ad peccatũ· deꝰ parauit illuꝫ
ad rũpheã detrũcationis eterne· Itẽ ↄculcabũt
eos ſancti· mal'i fine· Calcabitis impios· Iob
xviii· Calcet eum deſup q̃ſi rex interitus· yſa·
xviii· Pedibus conculcabit̃ corona ſupbie·

¶ De vehemẽtia doloris et torſionũ· yſa· xiii·
Om̃e cor hoĩs tabeſcet & ↄteret̃· torſiões et do
lores tenebũt· q̃ſi parturiẽs dolebũt· Greg̃· Tã
ta eſt vis doloris vt alibi ferri nõ poſſit impe=
tus cogitationis· p̃s· Ibi dolores parturientis
De hoc infra vbi agit̃ de acerbitate penarum

¶ De amaritudĩe vero que erit in inferno· ↄ̃r
yſa· xxiiii· Amara erit potio bibentibꝰ illã· Et
deut̃· xxxii· De vinea ſodomoꝝ vinea eoꝝ &
de ſuburbanis gomorre· vua eoꝝ vua fellis &
botrus amariſſimꝰ· fel draconũ vinũ eoꝝ· &
venenũ aſpidũ inſanabile· Itẽ· Iere· ix· Ecce ci=
babo pp̃l'm meũ abſinthio· et dabo ei bibẽ aq̃ꝫ
fellis· De pluribus iſtoꝝ ſimul dicit̃· Deutro·
xxxii· Ignis ſucceſꝰ ẽ i furore meo· & ardebit
vſqꝫ ad inferni nouiſſima· deuorauitqꝫ terraꝫ
cum germĩe ſuo· & montiũ fundamẽta cõbu
ret· cõgregabo ſup eos mala· et ſagittas meas
cõplebo in eis· cõſument̃ fame· & deuorabunt
eos aues morſu amariſſimo· dẽtes beſtiarum
immittã in eos cum furore trahentiũ atqꝫ ſerpẽ=
tiũ·

¶ De turpitudĩe corpoꝝ dãnatoꝝ ait an
ſelmus· ꝙ quilibꝫ coꝝ erit ſceno et omni cada
uere fetidior· & om̃i fulligine turpior· Et ſicut
de ſanctis canimus· ſancti tui dñe florebunt
ſicut lilium· & ſic̃ odor balſami erunt ante te·
et illud· Fulgebunt iuſti ſicut ſol &c̃· ſic de re
probis dici põt ꝙ fetebũt ſicut ſterquiliniũ· &
ſicut cadauer putridũ erũt· Reuera nullus fe=
tor eſt illoꝝ fetori compabilis· nulla turpitu=
do p̃t inueniri coꝝ turpitudĩs ſĩl'is in hoc mũ
do· Si em̃ ignis iſte ſicut dicit augꝰ ĩ libro de
ci· dei· Cum ſit formoſus oĩa que lambit· fere
cẽ lucida & decora deturpat et denigrat q̃nto=
magis ignis inferni· ita turpis et obſcurus cu
ius erũt pabulũ ſepiternũ &c̃· yſa· ix· Erit po
pulus ſicut eſca ignis· Idẽ· xiii· Facies cõbuſte
vultus eoꝝ· Treñ· iiii· Denig̃ta eſt ſup carbo=
nes facies coꝝ· Iocl'· ii· Om̃es vultus redigent̃
in ollam· Naũ· ii· Facies coꝝ q̃ſi nigredo olle
que quantũcunqꝫ ſit pulcra et lucida· cito tñ
fit nigra bulliens ad hũc ignẽ· Itẽꝫ ſi etyopes
ſunt ita nigri a ſolis calore· q̃ntomagis illi ab
illo igne· Itẽ ſi ignis iſte qui dicit̃ ſacer· vel ſã
cti antonii· vel inferni· hic ſic deturpat mẽbra
quãtomagis ille· cũ iſte ñ ſit ñ ſignũ vel vm
bra illius· Iob· xxx· Cutis mea denigrata eſt·
et oſſa mea aruerũt a caumate· Hoc ibi poterit
dicere damnatus·

¶ De põderoſitate vero cor
poꝝ dãnatoꝝ· dicit Anſel· Qꝛ impius in infer
no tanto penaꝝ p̃met̃ põdere· ut nec pedem
vel manũ ul' aliq̃d corpis poſſit mouere· Item
corpus eius ꝓpriũ erit pondus ei grauiſſimũ·
et ſarcina ĩportabilis· quã tñ deponẽ ñ licebit
Exoḋ· xv· Deſcẽderũt in ꝓfundũ q̃ſi lapis· Et
infra· q̃ſi blũbum in aquis vehemẽtibꝰ· Apoc̃
xviii· Suſtulit angelus lapidẽ molarem mag=
num &c̃· Itẽ opp̃ſſi erũt ſuoꝝ pondẽ peccatoꝝ
et cathenarũ & cõpedũ· p̃s· Iniq̃tates mee ſup
greſſe ſunt caput meũ· & ſicut onus g̃ue gra
uate ſũt ſup me· Idẽ· ad alligãdos reges eoꝝ in
cõpedibus &c̃· Itẽ põdere demonũ opp̃munt̃·
Iob· xvii· Calcet ſup eũ q̃ſi rex interitus· p̃s·
Cõculcauerunt me inimici mei tota die· Ecc̃i·
xxii· Sup plũbum q̃d g̃uabit̃· harenã et ſalem
et maſſã ferri· facilius eſt ferre q̃ꝫ impiũ· Hu=
ius impii põdus ferre nõ potuit firmamentũ

¶ De imbecillitate ſiue debilitate dicit Anſel·
ꝙ ſic imbecillis erit quilibet reproboꝝ· ut nec
vermẽ poſſit a ſuis oculis amouẽ· Si em̃ ſic ef
ficit̃ debilis hõ ut ñ poſſit ſurgẽ nec uertere ſe
ab vna infirmitate & dolore· q̃ntomagis ibi
vbi plus patiet̃ q̃ꝫ ſi habeat om̃es· Iob· xx· Oĩs
dolor irruet ſup eũ· yſa· p̃mo· Erit fortitudo
nr̃a ut fauilla ſtupe· Iob· xviii· Deuoret pulcri
tudĩẽ cutis eius· & cõſumat brachia eius· pri
mogenita mors· Si iſta mors ſic deformat· &
reddit impotẽs corpꝰ hũanũ· q̃ntomagis illa
que ẽ ĩ infinitũ· q̃ſi acerbior·

¶ De infirmitate
vero dicit idẽ Anſel· Tãta ſcias egritudĩe iniu
ſtum quẽlibꝫ infirmari· ut ei nullo medicami
ne ualeat ſubueñiri· Sicut autẽ in beatis erit p=
fecta ſanitas tam in ſigulis mẽbris q̃ꝫ in toto
corpore· ſic in corporibus reproboꝝ & in ſin=
gulis eoꝝ mẽbris erit infirmus incurabilis &
dolor incompabilis· ſicut ſcri p̃tum eſt de ipio

Iob·xx·Omnis doloꝛ irruet in eum·Erūt em̄
infirmi om̄i gn̄e·infirmitatis interius et exte
rius·Iob·xx·Artabit̄ ſcꝫ ext̄·& eſtuabit·intra
ſcꝫ·et omnis doloꝛ irruet ſup eū interius·Iob
xxx·Interioꝛa mea efferbuerūt abſqꝫ vlla reqe
Hoc pōt dr̄e dānatus·Si ſic ꝑcutit acriter dy
abolus in pn̄ti ſcm̄ Iob ꝑmiſſus qui aliter nō
poterat niſi q̄ntū deus ſuſtinebat interius vt
ip̄e dicit exterius ꝑcutiens eū vlcere peſſimo a
plāta pedis vſqꝫ ad verticē·& in momēto toꝛ
quebit·ſibi datos ab hoc eterno incēdio & toꝛ
mento·¶De infirmitatib9 quibus ꝑcutientur
patet Deut·xxviii·Percutiet te deus egeſtate
frebre & frigoꝛe·ardoꝛe et eſtu·et aere coꝛrup
to ac rubigine·Et poſt·Percutiet te deus vlcē
egypti·ſcabie et prurigine·amētia et cecitate·
ac furoꝛe mētis·Et poſt·Augebit deus plagas
tuas magnas·& ꝑſeuerātes infirmitates peſſi
mas et ꝑpetuas·& cōuertet in te om̄es afflicti
ones egypti q̄s timuiſti et adherebūt tibi·Ideo
bn̄ dicit̄ de dānato·oīs doloꝛ irruet ſuper eum
Iob·xx·Quia nō ſolū doloꝛ ꝑuriētis·febꝛici
tantis·furētis·& ſic de aliis·imo vt videbitur
dānato omnis non ſucceſſiue vna infirmitas
poſt aliā·ſꝫ inſimul ruet̄·nō lēte aut tempate·
ſꝫ cū impetu ruet̄·et ſup eū vt pond9 oppmēs
non in vno membro tm̄·ſꝫ ſup eum totum·
¶De coꝛroſione vermiū tm̄·Deut·xxxii·Dē
tes beſtiaꝝ immittā in eos cū furoꝛe trahentiū·
atqꝫ ſerpentiū·Yſa·xiiii·Subter te ſternet̄ ti
nea·& opimentū tuū vermes·Et in fine yſa·
Vermis eoꝝ nō moꝛiet̄·Itē ecci·vii·Vindicta
impii vermis & ignis·Eiuſdē·x·Homo cum
moꝛiet̄ hēditabit beſtias·ſerpentes & vermes·
Et·xxxix·Creata ſūt in vindictā impioꝝ·dē
tes beſtiaꝝ·& ſcoꝛpii & ſerpētes·In vitis prm
quidam queſiuit a quodā ſene quid facerꝫ·qꝛ
p̄ accidia non poterat moꝛari in cella ſua·Iſte
rn̄dit·ꝙ ſi cogitaret de vermibus & penis in
ferni·ſi haberꝫ ibi vſqꝫ ad collū vermes pacifi
ce ſuſtineret·Itē in quodā libro·qui intitulat̄
viſio pauli dicit̄·ꝙ vidit in inferno mulieres
nigras indutas pice & ſulphure·& dracones
et ſerpētes toꝛquentes eas & increpātes·& di
centes·Agnoſcite nūc ſaltē peccatū vr̄m·& ha
bebāt coꝛnua ignita·et ſerpentes & vipe circa
colla eaꝝ eas ſuggētes et toꝛquentes·He fue
rant luxurioſe & necatrices pueroꝝ ſuoꝝ·Itē
in paſſione ſymonis et iude dicit̄ ꝙ quidā ma
gi miſerūt cōtra eos multitudinē ſerpentium
qui recipiētes eos et pallia ſua inde implentes
pꝛoiecerūt in eos·qui magos laniātes cōpelle
bāt eos eiulare·& occidiſſent eos niſi apl̄i eos
liberaſſent·in quo poſſumus ꝑpendē moꝛſus
ſerpentū inferni·Deut·viii·Vbi eſt ſerpēs fla
tu adurens·& ſcoꝛpio dypſos·¶De cōſoꝛtio
demonū·Math·xv·Ite maledicti in ignē eter
num·qui paratus eſt dyabolo &c̄·Quā hoꝛrē
da ſit eoꝝ ſocietas·Reqre de cōditionib9 eoꝝ
ſup̄ de purgatoꝛio·¶De tioꝛe·Greg·ſup Iob·
xxiii·In tempoꝛalibus cum pena infligit̄ tioꝛ
quieſcit apud inferos·Pene īflictio ē timoꝛis
augmētatio·Ecci·xl·Fluctuatio eſt ibi timoꝛ
moꝛtis·& iracūdia ꝑſeuerās·Iob·xv·Sonitus
terroꝛis ſemꝑ in aurib9 eius·nō credit ꝙ poſ
ſit reuerti de tenebꝛis ad lucē circūſpectās vn
diqꝫ gladiū·Hoc ō dānato dicit̄·Et poſt·Ter
rebit eū t̄bulatō et āguſtia valō·Et·xviii·eiuſ
dem·Vndiqꝫ terrebūt eū foꝛmidīes·ſicut ſup̄
dictū eſt de criſaurio·qui non poterat ſuſtinē
hoꝛroꝛē teterrimoꝝ demonū·nec effugē quo
cūqꝫ ſe verteret clamans inducias vel vſqꝫ ma
ne·Ad hāc materiā ꝑtinent que ſup̄dicta ſūt
de hoꝛroꝛe inferni vel de hoꝛroꝛe demonum·
¶De ꝯfuſione pudoꝛis·Sciendū ꝙ cum ſint
ſupbiſſimi·erit eis ſūma miſeria·qn̄ ſentiēt ſe
vilipendi·cōculcari et deiici·& inſup eoꝝ hoꝛ
renda flagitia ab oībus videri & coꝛā om̄ibus
denudari·Eze·xvii·Nudabo ignominiā tuā·
et videbūt om̄s turpitudinē tuā·Iob·xx·Re
uelabūt celi iniquitatē eius·& terra cōſurget·
Iere·ii·Sicut fur confundit̄ in furto·ſ·qn̄ res
furtiua ad collū eius in ꝓpaculo vel piloꝛio li
gat̄ & om̄ibus oſ̄dit̄·ita et tu cōfunderis in
inferno·¶De coꝛroſione odii et rancoꝛis·ire
triſtitie & furoris·hic eſt vermis qui nō moꝛi
etur·Yſa·lxvi·prouer·xxv·Sicut tinea in ve
ſtimēto·& vermis in ligno·ſic triſtitia ī coꝛde
Sunt em̄ dānati ſiſes quibuſdā nucibus īdie
que ſūt ad modū hūani capitis·de quaꝝ coꝛti
ce fiūt cyphi ad bibendū optimi·qui intus ſūt
plene diris ſerpētibus·Itē ſūt vt vipē q̄ interio
ra coꝛrodūt iſta genimīa viparū·ira rixa·odi
um furoꝛ·et triſtitia·Ecci·xxxix·Furoꝛ·zelus
tumultus·et iracūdia ꝑſeuerans·¶De ſeruitu
te vero ſcias ꝙ ſeruitute viliſſima et grauiſſi
ma compmenē·& tanqꝫ ſerui neqꝫ ſeruiliter
punient̄·& in viliſſimo carcere ſeruiliter tene
bunt̄·ac in cathenis igneis artabunt̄·Deniqꝫ
ſicut ait anſel·Ad oīa que noluerit impius co
get̄·et ab oībus que voluerit ꝓhibebit̄·Sic ni
hilominus exhonoꝛabit̄·vt in viliſſimū fetoꝛ
rem deiect9·etiā vermiū dominio ſubiiciatur
¶De ira etiā ſcias ꝙ īpii erūt vltra oīm beſti
arū inſaniā iracūdi·& pꝛe nimia impatientia
& furoꝛe continue ꝑturbati·Sicut ait·p̄s·Do
minus in ira ſua cōturbabit eos·et deuoꝛabit
eos ignis·Vn̄ et ex imēſa ꝑturbatione ꝓrum
pent in blaſphemias creatoꝛis·Sicut ſcriptū ē
apoc·xvi·Cōmanducauerūt linguas ſuas pre
doloꝛe·id eſt libēter linguas ſuas ꝑſcinderent
& oīa coꝛpoꝝ ſuoꝝ mēbra ſi poſſent p̄ furoꝛe
nimio lacerarēt·Ecce furoꝛ īpatiētie·Et ſequi
tur ibidē·Et blaſphemauerūt deū celi p̄ doloꝛi
bus·& muneribus ſuis·¶De odio quoqꝫ ſci
as·ꝙ inter impios ſūmum eſt odiū·Odiūt de
um et eius iuſtitiā punientē·nec eos de tantis
cruciatib9 liberantē·nec aliqualr̄ eoꝝ doloꝛes
et ſupplicia vel modicū mitigantē·Odiūt nihi
lominus om̄s alios·odiūt etiā ſemetipſos·Vn̄
ex odio & tedio vite ſue moꝛtē deſiderāt·Sic
dicit̄·Apoc·ix·Querēt hoīes moꝛtē·& nō īue
niēt eam·& deſiderabūt moꝛi·& fugiet moꝛs
ab eis·De odio vero ad deū dicit·p̄s·Superbia

coꝝ qui te oderũt·aſcendit ſemꝑ·Erũt etiã in
odiũ dei et ſanctoꝝ oĩm·Sicut ait anſel·Ma-
lum queqꝫ deus omeſqꝫ ſcĩ ſic habebũt odio
vt nec eũ adiuuet in opꝑe·vel cõpatiat̃ in corde
Ibi etiaꝫ nec amicus amico·nec pater filio·nec
mater filie·nec filii parẽtibus cõpatiuntur·
¶ De diſcordia vero ſcias ꝙ ĩ ſũma diſcordia
ſemꝑ erũt·Sicut ait anſel·Mali in diſcordia
tanta ꝑſiſtent·ut eoꝝ corpus & aĩa ſemꝑ diſ-
ſideãt·Nam et corpus aĩam odio habebit·eo
ꝙ vnq̃ꝫ male cogitauerit·& aĩa corpus eo ꝙ
male cogitata opꝑe cõpleuerit·pro quibus om-
bus torquent̃ ĩ penis·Inter ipos ſimilr̃ eſt ſꝑ
iurgiũ·Quia ſicut ait ſapiẽ·Eccĩ·xli·De patre
impio cõquerunt̃ filii·qꝛ videlicꝫ nõ eos ad ſa
lutẽ neceſſaria docuerũt·nec eos delinquentes
corripuerũt·nec cõpeſcuerũt a malis·nec eis
vtilia monuerũt·Parẽtes vero de filiis·qꝛ pro
pter eos laborauerũt·& ſolliciti fuerũt·ac for
ſitan multa male acquiſierũt·et male acq̃ſita
nõ reſtituerũt·nec de multis poſſeſſis elemoſi
nas erogauerũt·Quidã vidiſſe refert̃ quẽdaꝫ
vſurariũ ſepultũ ĩ inferno·Cũ aũt aĩma filii
defũcti deſcẽdẽt illuc·pr̃ hoc vidẽs eiulãdo cla
mabat·maledicta ſit hora fili in qua te genui
et tu ſis maledictus·qꝛ ꝓpter te feci mala·ꝓ-
pter que hic crucior·Ecõtra filius rñdebat eũ
maledictum eſſe·& horã maledictã in q̃ fue-
rat factus pr̃ ſuus·qꝛ ipe docuerat eũ fenera-
ri·& alienũ ei reliquerat ꝓpter que imꝑpetuũ
torqueret̃·Itẽ yſa·xv·In plateis eius oĩs vlula
tus·Et poſt·expediti moab vlulabũt·aĩa eius
vlulabit ſibi·Et·lxv·Vos clamabitis p̃ dolore
cordis·& pre cõtritione ſpũs vlulabitis·Legit̃
in quodã libro de initiis ordinis ciſtercienſiũ·
ꝙ cum de nouo incepiſſet ordo ciſtercieñ·qui-
dam intrauit ibi·& cum diu temptatus fuiſſꝫ
de exitu ꝓponebat exire·cui apparuerunt ſe-
mel & ſcđo pater ſuus et mater ſua diſuaden-
tes exitum·Itẽ cũ tertio vellet oĩno exire·appa
ruit ei mater multũ triſtis·& querẽs q̃re vellꝫ
hoc·qui cũ dicerꝫ ꝙ nõ poſſet ſuſtinere aſꝑita
tem ordinis·queſiuit mr̃ quõ poſſet ſuſtinere
infernũ·aut eius minimũ tormentũ·& cũ ille
diceret·quis ordo tante duritie cuiꝰ vigilie·q·
ꝑpetue·ſilentiũ amarũ·luctus ferreus·cibꝰ in-
ſipidus &c̃·Intulit mr̃·vis expiri vnũ modi-
cum inferni tormentũ·Et cũ ille dicerꝫ volo·
audiuit tam horribilẽ porcoꝝ grũnitũ ꝙ nul
lum tonitruũ poſſet ei compari·& videbatur
ei ꝙ celũ ſcinderet̃·& ꝙ caderꝫ ſuꝑ caput eius
& cum p̃ timore clamaret et deficeret·cõforta
uit eũ mater·et ceſſauit ſonitus ille·Itẽ mater
ad eũ·vis audire vnũ minimũ paradyſi gaudi-
um·dixit ꝙ ſic·& tũc audiuit voces tãte dul-
cedinis & ſuauitatis ꝙ ſuꝑabãt omeꝫ dulcedi-
nem muſicoꝝ·Et tunc mr̃ ad eũ·ſi vis euadẽ
tormenta inferni·& adipiſci gaudia paradyſi
ꝑſeuera in incepto·Tũc ille firmiter hoc ei ꝓ-
miſit & cõpleuit·¶ De deſolatione manife-
ſtum eſt·quia nec vnus eoꝝ cõpatiet̃ alii·nec
vnus poterit alium cõſolari·nec beati cõpatiẽ
tur eoꝝ miſeriis·quĩmo letabit̃ iuſtꝰ cũ videit
vindictã·Et Iere·xv·Quis miſerebit̃ tui·aut
quis cõtriſtabit̃ ꝓ te·aut quis ibit ad rogan-
dũ ꝓ pace tua·q̃ſi dicẽt nullus·Itẽ nulla ꝓ eis
facta ſuffragia·elemoſine erogate·miſſe cele-
brate·orõnes quecũqꝫ vel pnĩe ſi fierẽt poſſẽt
eis ꝓdeſſe·nec ipi ꝓ ſeipis exaudirent̃ ĩ aliquo
Vñ diues ille epulo·nec guttã aque potuit im
petrare·Luc̃·xvi·Sed qđ ẽ dñe deꝰ miſericor-
die cum nobis p̃cepis pro inimicis nr̃is orare·
Math·v·Orate pro ꝑſequẽtibus & calũniãti
bus vos·quõ non orabimus ſaltẽ ꝓ caris nr̃is
dãnatis·Nimirũ ꝓ inimicis orandũ ẽ eo tem
pore quo poſſũt ad fructuoſã pñiam ꝑuenire
Damnati aũt cũ nõ poſſint ad opꝑa iuſticie re-
uocari·nihil eis ꝑ orõnũ ſuffragia poterit im
petrari·Eadẽ em̃ cauſa eſt vt nõ oret̃ pro dya
bolo et angelis eius eterno ſupplicio deputa-
tis·que nũc etiã cauſa eſt vt nõ orẽt ſancti ꝓ
infidelibus impiiſqꝫ dãnatis·Nam ſi nullum
meritũ cooꝑatũ fuerit in hac vita·fruſtra req̃
runt̃ ſuffragia poſt hãc vitã· De terroribus
et horroribus·de triſtitia et deſꝑatione·iam ſa
tis cito dicemus·Ex p̃dictis patet ꝙ ĩ inferno
erit penarum diuerſitas·

## DE ACERBITATE PENARVM· DIS· II·

POſtq̃ꝫ de multitudĩe penaꝝ infer-
naliũ viſũ eſt aliqualr̃ & ex parte·
cõſequẽter videndũ ẽ de acerbitate
que licet ſimplr̃ ſit inexplicabilis·
tñ ſicut ex verbis ſcripture ſacre et ſanctorũ·
et reuelationibus oñſis diuinitus edocemur·
poſſumus ad huius acerbitatis declaratõeꝫ ex
quatuor manuduci·Primo quidẽ·qꝛ q̃libꝫ pe-
naꝝ eſt in ſũmo g̃du·Scđo quia inceſſãter in
actu ſine interruptione·Tertio ſũme gñalis
ĩ omibꝰ mẽbris ſine exceptione·Quarto quia
ꝓrſus inutilis ſine acquiſitione meriti·& ſine
debiti diminutõe·Primo inq̃ꝫ qꝛ q̃libꝫ pena ĩ
inferno eſt in ſũmo gradu ſine mitigatione·
Nam ſicut dicit anſelmꝰ·& alii ſcĩ doctores
Omia huius mũdi bona vel mala ꝑmixta ſũt
cũ ſuis cõtrariis·nec hñt vltimatũ gradũ ſue
ꝑfectõnis·qñ poſſint augeri vl̃ minui·vel qñ
poſſint plus vel minus hri·ſicut ĩ ſingulis vir
tutibus patꝫ & vitiis·ſingulisqꝫ tam corporis
q̃ꝫ aĩe bonis uel malis·Nec em̃ habet̃ hic gau-
diũ ſine triſtitia uel timore·nec dolor uel tri-
ſtitia ſine ꝯſolatõe·nec ꝑfecta ſanitas ſine eg̃
tudine·uel aliq̃ leſione·nec fortitudo·nec oĩa
hmõi ſine cõtrariis hic habent̃·nec huiꝰ mũdi
bona ſine labore acq̃runt̃·ſine ſollicitudĩe poſ
ſident̃·ſine dolore ꝑduntur·ſine triſtitia relin
quunt̃·nec mala ſimilr̃ huius mũdi eueniũt
ſine pñtia uel poſſibilitate cõtrarii·In celo aũt
ſunt oĩa bona ſimplr̃ imꝑmixta·& ultima-
ta conſũmatione ꝑfecta·In inferno ſimiliter
mala ſũt oĩa·q̃libꝫ eoꝝ imꝑmixtũ ſuo cõtra-
rio·& in ſuo ſũmo·Verbi grã·ſũmus dolor·
ſũmus ardor·ſũma frigiditas·ſũma in cũctis
malis acerbitas·ſũma turpitudo·ſũma debili
tas·ſũma deſolatio·ſumme ſũma calamitas·

Vnde reprobi tormentorum acerbitate immenſa prorſus abſorpti. tantā in penis tolerabūt an guſtiā. vt nihil cogitare valeāt pter penam. ſ3 illuc totus ferel impetus cogitationis vbi ſen ſerint vim doloris. Vñ baruch. iii. dicit. Proie cta ſunt oſſa regū in calore ſolis. & i gelu no ctis mortui ſūt in doloribus peſſimis. Dolori bus dicit pluralr ppter penarum diuerſitatē. peſ ſimis ppter acerbitatē. Itē de his que ſuperius dicta ſunt de ardore ſatis apparet qnta ſit ei9 acerbitas. Et quid ſimiliter ſit de penis aliis ſentiēdū. Acerbitatē em̄ eius maximam ſatis oñdunt verba ſupius poſita. Iob. xx. Deuora bit eū ignis &c. Item ps. Pones eos vt clibañ ignis &c. Sequit. Et deuorabit eos ignis. Idē Sicut ignis qui cōburit ſiluas. & ſicut flāma cōburēs mōtes. ita pſequeris eos &c. Itē Deu. xxxii. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo &c. Yſa. xxxiii. Quis ex vobis habitare poterit cū igne deuorāte. Greg. Tāta erit ibi vehemētia doloris. quod alibi ferri nō poſſit impetus cogita tionis. Idem. Quod hic ſuſpicari nō potuit. illic cruciatui ſentit traditus. Bern. O mors tam dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti. ſi te de ſideratā obtineret. qui te ſolā deſideratā opta būt. tñ te ſolam vehemēter oderūt. Ex his pa tet eius acerbitas. ex eo quod morte acerbior eſt. abſorbens cognitionē. & quod hic eſt inſuſpica bilis. & quod eius comparatione mors pñs eſſet ibi dulcis. Itē patet eius acerbitas. quia ab aq ig nis inextinguibilis eſt. Sap. xvi. Quod. n. mirabi le erat aqua que oīa extinguit plus ignis vale bat. Et poſt. nix aūt & glacies ſuſtinebūt impe tum ignis. & nō tabeſcebāt. Ignis ardebat in grādine. & grādo nō tabeſcebat. exo. ix. Item dicit aug9 in libro de ciui. dei. quod legit in hy ſtoriis romanorum. quod ante bellū ciuile pōpeii & ceſaris. Ita ethna mons igne euomito effer buit. vt quaſi fluuius igneus effluer3 vſq3 ad mare quod ita efferbuit vt ſaxa cōburenē. naues ſoluerenē pice ab eis liquefacta. It ſi ſarraceni vt dicit in hyſtoria trāſmarina de quodā fōte cōficiūt ignē grecū. vt impugnēt p hūc inimi cos ſuos. qui tante acerbitatis eſt quod nō poteſt extingui niſi difficulter p quedā. quante acer bitatis deb3 eſſe ignis ille quem ſūma iuſtitia creauit ad puniendū hoſtes ſuos. Aug. de ci. dei. Oipotēs iuſtitia futurorum pſcia a pma mū di origine gehēnem ignē creauit. qui otrari9 eſt iſti igni qui a deo ſemel ſuccenſus nunq3 extinguit. nec ſtudeo hūano ſuccendit. nec li gnis nutrit ſucceſſione nō indiget. ardore ñ ca ret. conſumptor3 nō habet. & licet ſit corpore us. corporalia quedā & incorporalia torquet. Item ignis iſte ad comparationē illius nō eſt. niſi qſi vmbra vel pictura. In legēda beati. Se baſtiani policarpus ait. Si trāſeuntes dolores aīa hoīs nō ſufferr. qd de illis doloribus actu ra eſt. quibus nullus vnq3 euenit finis. null9 daroīno ſucceſſor. Nam iſti dolores dolorum illorum ymaginē portant. Et qntū diſtat inter ig nem verū & picturā eius. tm̄ diſtat inter illos dolores et iſtos. Itē vis q diffundit p diuerſa minor eſt. q in vnū tendit maior eſt. cū ignis iſte habeat diuerſos effectus p quos diuiditur Ille ignis totā ſuā vim ponit in torquēdo. Itē qnto fortius eſt cōbuſtionis ſubiectū & dura bilius. tanto vehemētior eſt ardor. vñ acri9 ar det in ferro. qm̄ in palea. ſic in aīa eſt acerri mus que eſt imortalis. Item ſi tam acer eſt il lius doloris ſudor. q3 acerb9 eſt iſte dolor. De acerbitate ſudoris ſup de ſcolari ſtillāte guttā ſudoris. Sup de timore ſeruili legit. quod quidā vir ſanctus et religioſus cū eſſet nouitius tra ditus fuit dyabolo multiplr affligendus. qui per dei grām liberatus multa3 conſecutus eſt diſcretionē ſpirituū. multāq3 virtutē contra dyabolū. qui referebat qſi de alio que credidit cōpleta i ipo. ſc3 quod nouerat frēm qui afflict9 fuerat a dyabolo multis modis. & aliqñ fuit raptus ad videndū penas futuras. qui ex ſo lo viſu tormentorum ſine aliquo ſenſu ipſorum tm̄ & tam acerbū habuerat ſudorem. quod nulla pñs pena videbat ei eſſe compabilis illi ſudo ri. Itē ſi oleū inferni eſt tāte violētie. qnte ſūt iſte flāme. Legit in vita beati nicolai. quod cum quidā peregni viſitarēt p mare eccleſiā bti ni colai. apparuit dyabolus in litore maris i ſpe cie magne dñe. dicens. quod volebat facere illam pegrinationē. et linire ſepulchrū & eccleſiā bti nicolai quodam pcioſiſſimo et fragrātiſſimo vnguento quod emerat. & ſecū i pixide ferebat. que rogauit eos vt ipi vnguētū ferrēt. & hoc pro ipa facerēt. q2 habebat impedimentū. nec poterat vlt ire. Qui cū acquieuiſſēt. apparuit eis beatus nicolaus. dicens illud eſſe oleū ifer ni. et quod apta pixide pijceret i mari. quod piectū oms aquas maris qs tāgebat ſuccēdebat. Ite3 aliud exemplū legit in libro petri cluniaceñ. ait em̄ quod in pago pictanie apud li3iniacū fuit quidā ſacerdos multorum ſeruorum ſeruus. qui fa miliaris erat pozis bone vallis ciſterciēſis ordi nis frequētēr eū monebat vt vitā corriger3. & ſclo abrenūtiar3. qui pmittebat ſe aliqñ factu rum. Qui ſubito grauiter egrotās mittit p di cto pore. qui admonitus ab eo nolebat cōplē promiſſu3. ſ3 differebat Qui ſubito clamauit. pater ora p me. quia ecce duo vrſi veniunt ad deuorandū me. qui ad orōem dicti prioris & ſociorum dicit ſe eſſe liberatū. nec ſic liberat9 & admonitus ſtatū mutauit. Et tūc ſubito forti us incepit clamare. ecce ignis occupat me ad deuorandū. & petebat orari p ſe. & oppone bat coopetoriū ſuū igni. Similiter et tunc libe ratus eſt p orōnē. nec tunc ſe correxit. nec pro miſſū cōplere voluit. Tūc factus ac ſi expiraſ ſet rapit ad dei iudiciū. Audit ibi ſententiam contra ſe de malis ſuis. Redit refert viſa & au dita. & ſpem ſalutis iam ab eo preciſam. Et ec ce ait. Duo demones affuerūt portātes vnam maximā ſartagīnē vt frigar in ea ineternum. Et ſciatis inquit quod non inſanio. quia hec ē cu culla. & hec linteamīa quod cum dret gutta vna frixure cecidit ſup manū egri. & deuorauit eā

vſqȝ ad oſſa omnibus videntibus. & ait. Ecce
nunc credite. Ecce nunc demones proiiciunt
me ĩ ſartagine. Et hoc dicẽs expirauit. Vulnꝯ
etiã patebat ſemꝑ. etiam poſt ſepulturam.

¶ Secũdo ad acerbitatis augmentum nulla
erit ibi interpolatio vel ĩterruptio. ſȝ ↄtinuitas
in toꝛmentis. Aliquantulũ ſolatiũ eſt egroto.
qñ aliqua interpolatõis requies eſt in moꝛbo
Augmentũ aũt doloꝛis. eſt cõtinuitas paſſio=
nis. Iudic. aũt. xx. ſcriptũ eſt. Non erat moꝛiẽ
tiũ requies. Qȯ aũt dictũ eſt. oĩa mala ibi eſſe
ſuis contrariis ĩpmixta. non eſt intelligẽdum
ꝙ nõ ſint ibi elementoꝝ cõtrarie q̃litates. ſed
nõ habebũt ibi mutuas actiones. Cũ em̃ qua=
litates elementares nunc inuicem ſe temperẽt
tunc tamen nõ ſe temꝑabũt in aliquo. Nam
ardoꝛ ignis nõ mitigabit frigiditatem aque.
nec ecõuerſo. nec hũiditas aeris. ignis vel ter=
re minuet ſiccitatẽ. Similiter amaritudo aque
nõ alterabit hũiditatẽ aque vel aeris. nec hũi=
ditas ꝑdicta ſalſedinẽ aque. vel amaritudinẽ
temꝑabit. nec leuitas aeris t̃re minuet g̃uitatẽ
Hec aliquo mõ figurata ſunt antiquitus ĩ pu
nitione ſeu flagellatõne egypti. Sicut dicitur
Sap. xvi. In aqua que oĩa extinguit. plꝯ ignis
valebat. Et infra. eodẽ caplõ. Nix et glaties ſu
ſtinebãt vim ignis. & non tabeſcebãt. Hec aũt
patient̃ impii a creaturis extra ſe. quia pug=
nabit oꝛbis terrarũ cõtra inſenſatos. Et hoc ꝑ
modos infinitos. qꝛ q̃cunqȝ re hõ maleutit̃ ex
tra deũ. illius rei eſſe quodãmõ ſaluabitur in
aliquo elementoꝝ ꝑdictoꝝ. vt per que peccat
quis. ꝑ hoc etiã puniat̃. Sap. xi. Preter hoc et̃
habebũt reprobi intra ſe. q̃ſi aliũ infernũ ex cõ
trarietate q̃litatũ ꝑdictaꝝ. ſicut dicunt aliqui
Quia cũ ipoꝝ coꝛpa cõpoſita ſint ex q̃tuoꝛ ele
mentis. ꝑpetuo pugnabũt elementares quali
tates in ipo coꝛpoꝛe ſicut extra. Erit aũt hec pu
gna g̃uiſſima. & effabili mõ tanto attrotius
q̃nto intimius afflictiua. Hoꝛribilia ſunt hec
ꝑdicta ad cogitandũ. terribilia ad nũtiandũ.
ſȝ grauiſſima ad ſuſtinendũ. Reuera ſuꝑ moꝛ
tem oĩa grauioꝛa. id ẽ pluſq̃ȝ moꝛtẽ coꝛpalem
legimus et credimꝯ omĩa ſupplicia gehenne
grauioꝛa. Ad hoc facit exemplũ ſuꝑ poſitum
de fulcone. ¶ Tertio ad cumulũ acerbitatis
facit gñalitas afflictionis. que eſt intus et ex
tra in aĩa et coꝛpe poſt iudiciũ. & in omnibus
membꝛis. magis em̃ dolebũt in om̃ibus mem=
bris. q̃ȝ ſi illoꝝ ſingula euellerent̃ vel ſcinde=
rent̃ a locis ſuis. quia om̃ia intus et ext̃ com=
burent̃. Attẽde q̃ntꝯ eſt doloꝛ vbi ignis ille ſe
diffũdȝ ꝑ om̃s partes. vt fit ĩ ferro et aliis me
tallis in foꝛnace poſitis. qñ homo ꝓ toto mũ=
do nõ ſuſtinerȝ cõbuſtionẽ vnius mẽbꝛi ſui in
iſto igne materiali. Eze. xxiii. Om̃s iſti ſtagũ
ferrum. & plumbum in medio foꝛnacis &c̃.
Exemplum ſenſibile quo faciliter poſſit quis
ymaginari acerbitatẽ hmõi. ponit anſelmꝯ in
libꝛo de ſimilitudinibꝯ. ita dicens. Sit añ ocu
los coꝛdis nr̃i poſitus hõ. exempli cã. qui tam
in ipis oculoꝝ ſuoꝝ pupillis. q̃ȝ etiã in ſinglis
membris ferrum ignitũ. & candens infixum
habeat. vt nec medulle. nec inteſtina. nec oĩno
quicq̃ȝ in toto ipo cruciatu ĩmanitate careat
vel eam leuius q̃ȝ in oculis aliquatinus ſentiat
Quid dicã. anguſtiat̃. quis hunc ſane mentis
extimet inter iſta. ſi tanta erit acerbitas ĩ vno
ſolo toꝛmẽto. q̇d ergo in tanta diuerſitate &
pluralitate toꝛmentoꝝ que ſimul cõcurrẽt in
vno dãnato. ¶ In vitis patrũ legit̃. ꝙ quidam
iuuenes miſerũt meretricẽ q̃ndam ad quẽdaȝ
ſolitarium que aſſerebat eis ꝙ facerȝ eum pec=
care ſecũ. que venit ad cellã eiꝯ. dicẽs ſe eſſe er
rabundã. ſupplicãs vt intromitterȝ eam infra
domũ ſuã. ne extra moꝛeret̃ vel frigoꝛe vel oc
cideret̃ a beſtiis. Qȯ fecit ad vltimũ motꝯ pie
ate. & cum illa multũ ſollicitar et eũ ſe nudãs
ad ignem. & verbis ſil̃r et ſignis & ille fugerȝ
ad interioꝛa celle ad orõm ſentiẽs motus ſur=
gere. cõburebat digitos ſuos ad lucernã dicẽs
ĩtra ſe. Miſer ſi cũ iſta peccauero ignẽ inferni
quõ ſuſtinere potero. qui hũc ſuſtinẽ nõ poſ=
ſum. et hoc fecit totiens ĩ nocte quotiẽs inſur
gebat temptatio. vſquequo manũ q̃ſi ſibi to=
tam cõbuſſit. Iuuenes aũt irruentes inuenert̃
illam miſerã moꝛtuaȝ. & heremitã hñtem ma
nus cõbuſtas. Ad cuius ꝑces eam dñs ſuſcita
uit. que dicebat ꝙ viderat flãmam a ſũmo ce
lo vſqȝ ad terrã durantẽ in quã debebat ꝓiici.
Item quidem dicebat. ꝙ nihil eſſet ꝙ tm̃ time
rent dãnati quantũ ne exirent de inferno. Et
ecõuerſo beati nihil tm̃ deſiderabãt quantum
egreſſũ de paradyſo. qꝛ hoc nõ eſſet niſi in die
iudicii qñ recipiẽt mali in coꝛpoꝛe. & aĩa penã
gehẽnalẽ. et ecõuerſo beati duplicẽ remũeratõ
nem. De malis dicit̃ in. p̃s. Induent̃ ſicut diſ
ploide confuſione ſua. ¶ Quarto indicibiliter
aggrauatur acerbitas. qꝛ pꝛoꝛſus eſt inutilis.
In pñti vita pena põt vtilis eſſe ad tria. Vide=
licet ad remiſſionẽ peccati. ad diminutõeȝ pe=
ne future vel totalẽ ſolutionẽ. & ad meritum
acquirendũ vl̃ augmentandũ. Pena vero pur
gatoꝛia futura ad ꝑ̇ma duo valet. ſȝ nõ habet
meritũ. Sȝ pena inferni ad nihil ẽ vtilis. Berñ
In iferno pt̃ cõfeſſio ẽe. ſȝ ñ ꝓdeſſe. p̃s. In ifer=
no quis cõfitebitur tibi. Ecci. xviii. A moꝛtuo
quaſi nihil periit confeſſio. Item lachryme ni
hil valent ibi. Augꝯ. Ibi peccatoꝛes fruſtra fle
bunt. quia peccatoꝛuȝ ſuoꝛum veniam nunq̃ȝ
obtinebũt. Item penitẽtia nulla valet ibi. Vñ
dic̃ magiſter Iohãnes de abbatis villa ſabineñ
epiſcopus. carȯ. ꝙ fuit quidam feneꝛatoꝛ queȝ
cum moneret ſuus ſacerdos ad penitentiam.
ſemꝑ dicebat. bene adhuc faciã. quia ſatis eſt
adhuc de tempoꝛe. Similiter in infirmitate
bene adhuc faciaȝ dicebat. Et cũ impꝛobe inſta
ret ſacerdos videns periculuȝ ille ſubito rapit̃
quaſi moꝛtuus. & cum rediret ſtatim. et ad=
huc inſtaret ſacerdos clamauit eger. O penitẽ=
tia vbi es de cetero penitere non valeo. hoc iu=
dicante iuſto iudice. quia dum facere peniten
tiam potui non volui. & hoc dicens moꝛtu=
us eſt.

## ¶ DE ETERNITATE PENARVM INFERNI. ¶ DIS. III.

GRauia ſunt hec et horribilia ad co=
gitandum·terribilia ad nũtiandũ
ſꝫ grauiſſima ad ſuſtinendũ·ſuper
grauiſſima vero & nõ ſolũ ineffa=
biliteꝛ·verũetiã ineſtimabiliter hũanũ intelle=
ctũ trãſcendẽtia ſi p̃miſſis addatꝛ eternitas·&
hoc eſt tertiũ quod ſupꝰ fuit ꝓpoſitũ in ſuppli
ciis reproboꝝ·qꝛ nõ ſolũ eſt ibi penaꝝ diuer=
ſitas innumerabilis·et acerbitas intolerabilis
verũetiam eternitis interminabilis· Non enĩ
eſt ibi dolor momentaneus·nõ ymaginarius
nec tranſitorius ſꝫ ſenſibilis·ſolidus cõtinuus
ſempiternus·qm̃ corpora dãnatoꝝ eternis ig
nibus ardebũt·& cõſumi oĩno nõ potuerunt
Sicut aĩa corpus viuificans dolorẽ tolerare po
teſt·& mori nõ põt·Qđ ergo nũc ꝑpendimus
in animabus hominũ·hoc tunc erit in corpori
bus dãnatoꝝ·vt coꝝ corpa ſempiternis ſup=
pliciis puniẽda & in igne aĩas nõ amittãt·&
ſine interitu ardeant·vt quoꝝ vita fuit hic in
culpa mortua·illic eoꝝ mors ſemꝑ viuat ĩ pe=
na· Vñ iudith·xvi· Dabis ignẽ & vermes in
carnes eoꝝ·vt vrantꝛ et viuãt·et ſentiant vſqꝫ
in ſempiternũ·Yſa·lxvi·Vermis eoꝝ nõ mo
rietꝛ·& ignis nõ extinguetꝛ·Math·xxv·Diſce
dite maledicti in ignẽ eternũ·Et poſt·Ibũt hi
in ſuppliciũ eternũ·Huius ignis eternitatem
augꝰ probat in libro de ciuitate dei·ꝑ montes
cicilie ethne & vulcani·qui flãmis vſqꝫ hodie
eſtuãt & integri ꝑſeuerãt· Item ꝑ exemplum
ſalamãdre que viuit in igne· Itẽ ꝑ exemplum
lapidis archadie dicti abeſtõ·qui ſemel ſuccen
ſus nunq̃ꝫ extinguitꝛ·Vñ dicitꝛ ꝙ fuit fanum
veneris in quo erãt lucerne ſub dino de dicto
lapide·que nunq̃ꝫ aliqua intempie extingue=
bantꝛ·Per hoc ꝓbatꝛ ꝙ maloꝝ corpa dei volũ=
tate poterunt ſemꝑ durare et ardere·Itẽ ignis
iſte nõ deficit q̃ꝫdiu naturã paratam inuenit
Similiter ignis eternus in materia ĩmortali·
id eſt in aĩa ſemꝑ viuet·Itẽ huius exemplũ ha
bes in vita ſancti nicolai·de illo igne cui ſi ma
num apponas ſentis ardoris afflictionẽ· ſed
manus non pateris cõbuſtionis deſtructionẽ
Berñ·in quibuſdã ſentẽtiis·In inferno pecca
ti et carnis ſimilis videtꝛ eſſe cõditio·quia cul
pa ſemꝑ poterit ibi puniri·& nunq̃ꝫ poteit ex
piari·ſic nec in corpore poterũt tormẽta fini=
ri·nec corpus ipſuꝫ tormentis exanimari· hec
frẽs mei qui pauet cauet· qui negligit incidit
Oſtendit greg̃·in dyal'·xlvi· Qꝫ ignis inferni
ſit eternaliter crucians aĩas pro culpa· cũ ſine
ꝑpetrata·& qꝛ homo offendit deuꝫ eternum·
et qꝛ in ſuo eterno in mala volũtate ꝑmanſit·
Greg̃·ĩ dyal'·xlvi·Voluiſſent reprobi ſi potu=
iſſent ſine fine viuere·vt poſſent ſine fine pec
care·ad magnã iudicãtis iuſtitiã ꝑtinet vt nũ
q̃ꝫ careant ſupplicio·qui in hac vita nunq̃ꝫ vo
luerũt carere peccato·¶ Cogitando de eterni
tate pene dicitꝛ in ſũma de virtutibus·cõuerſꝰ
fuiſſe fulco eps̃ toloſanus· qui cum eſſet p̃mo
iaculator incepit cogitare ꝙ ſi daretꝛ ei in peni
tentia ꝙ ſemꝑ iaceret in pulcherrimo et molliſ
ſimo lecto·ita ꝙ nunq̃ꝫ ꝑ aliquo recederꝫ·nõ
poſſet hoc ſuſtinere·q̃ntominus ergo in pena
ineſtimabili·& factus eſt monachꝰ ciſtertieñ·
et poſt epiſcopus tholoſanus·Item·Idẽ greg̃·
in dyal'·xlvii·dicit· Habent reprobi ĩ inferno
mortẽ ſine morte·defectũ ſine defectu· fineꝫ
ſine fine·quia mors eſt ibi ĩmortalis· defectꝰ
indeficiens·finis infinitus·Berñ·in libro me
ditationũ·Excluſi reprobi a bt̃a patria para=
dyſi·cruciabuntꝛ in gehẽna·nunq̃ꝫ lucẽ viſu=
ri·nunq̃ꝫ refrigeriũ habituri·ſꝫ iuxta qualita
tem culpe quiſqꝫ penã ſuſtinebit gehẽne·& ſi=
miles culpe rei adiungentꝛ ſuis cõſimilibꝰ cru
ciandi·nihil ibi audietꝛ·niſi gemitus et luctꝰ·
& ſtridor dentiũ·nihil videbitꝛ niſi vermes &
laruales facies tortoꝝ· & teterrima monſtra
demonũ·in carne cruciabuntꝛ ibi ꝑ ignem·in
ſpũ ꝑ cõſciẽtie vermẽ·ibi erit ſtridor intolerabi
lis·fetor incompabilis·timor horribilis·ignis
inextĩguibilis·Etem̃ erit ibi ignis & ſulphur
ſpũs ꝑcellaꝝ·mors corpis et aĩe ſine ſpe venie
et miſericordie·Sic tamẽ morientꝛ vt ſemꝑ vi
uant·viuent vt ſemꝑ moriantꝛ·Hanc mortem
ſempiternã añ ſue mentis oculos attẽte poſu=
erat qui dicebat·Dimitte me vt plangã paulu
lum dolorẽ meũ anteq̃ꝫ vadã· & nõ reuertar
ad terrã tenebroſã & opertã mortis caligine·
terrã miſerie et tenebrarũꝫ·vbi vmbra mortis
et nullus ordo·ſꝫ ſempiternus horror inhabi=
tans·Dimitte me inquit·Sepe nãqꝫ peccator
iniquitatis ſue vinculis cõſtringitꝛ·vt põdus
peccatoꝝ tollẽ· et tñ ꝙ tollerat ignoret· Sepe
aũt cogitans quãto reatu aſtringitꝛ·erumpe
conatꝛ·vt hunc in ſe mente libera·cõuerſione
integra ꝑſequatꝛ·et nõ põt·Flere ergo doloreꝫ
ſuũ nõ valet·qui et iniquitatis ſue reatũ conſi
derat·& tñ p̃ terrene occupationis pondẽ hãc
ei gemere nõ vacat·Flere dolorẽ ſuũ nõ valet
qui graue quidẽ cõſuetudini cõtraire nititur·
ſꝫ tamẽ adhuc ſuccedentibus carnis deſideriis
p̃grauatꝛ·Tunc igitꝛ ad plangendũ dolorẽ no
ſtrũ dñs nos dimittit·cũ et mala que fecimus
nobis demõſtrat·& ad hec etiã flẽda que cog
nouimꝰ nos adiuuat·Tũc aũt veraciter reatus
nr̃i dolor plãgitꝛ·cũ illa inferni retributio cũ for
midine p̃uidetꝛ·Anteq̃ꝫ vadam et nõ reuertar
Caueat diligẽter et vigilãt p̃uideat vnuſqͥſqꝫ
dum viuit·qꝛ quiſquis illuc ſemel iuerit·vlte=
rius nõ redibit·quiſquis intrauerit·ꝑpetuo ñ
exibit·Sap̃·ii· Non ẽ agnitus qui ſit reuerſꝰ
ab inferis·Et yſa·xxxviii·Dixi nõ videbo do
minũ deum in terra viuentiũ·Non aſpiciam
hominẽ ultra·& habitatorẽ quietis·q̃ſi diceret
ille rex egregius ezechias·Dñe deus gemens
doleo·et dolorẽ meum amare plango·anteq̃ꝫ
in inferni clauſtra deſcendã qm̃ ſi illuc ſemel
exigentibus peccatis meis deſcẽdero· nec deũ
meũ vlterius videbo in gloria·nec hoĩem ĩ hac
peregnatione terrena·nec quietẽ inueniaꝫ in
eterne calamitatis erũna· quia nequaq̃ꝫ vltra

miſericordia parcētis liberat·quos iuſtitia vi-
dicantis dānat·Dicit aūt anteꝗ̈ȝ vadam·non
quia qui culpā deflet illuc iturus ſit·ſȝ qꝛ pro-
culdubio qui flere negligit·illuc vadit· Sicut
debitori ſuo creditor dicit·Solue debitū ante-
ꝗ̈ȝ cōſtringaris·qui tñ nō cōſtringit̃ ſi quod
debet ſoluere nō morat̃·Ad terrā tenebroſaȝ·
Recte inferni clauſtra·tenebroſa terra nomi-
nant̃·quia quos puniēdos accipiūt·nō pena
tranſitoria uel fantaſtica ymaginatione cru-
ciāt·ſȝ ultione ſolida ꝑpetue dānationis obſer
uant·Sicut em̃ terra inceternū ſtat īmobiliter·
ita quos infernus recipit ineuaſibil̃r retinet·
nec dimittit·Nota ꝙ terra eſt viliſſimū & fex
oīm elementoꝝ·ſȝ infernus eſt viliſſimus oīm
locoꝝ·quia in eo cōgregabunt̃ omnes feces·
& imunditie & vilitates·Ideo de dānatis di-
cit̃ Eze·xxxi·Traditi ſūt in mortē ad terram
vltimā cum his qui deſcēdunt in lacū·Infer-
nus etiā terra dicit̃·quia ſuſceptos immobil̃r
retinet·& lacus dicit̃·qꝛ quos ſel' recepit·ſemꝑ
fluctuātes et trepidos tormentis circūfluenti
bus abſorbet·Tenebroſā inquit·quia ibi erūt
tenebre dēſiſſime·palpabiles et horrēde·Erūt
em̃ ibi ꝗ̈druplices tenebre·due videlicȝ corpo-
rales et due ſpūales·Primo em̃ erunt ibi tene
bre ex ipſa obſcuritate loci·ꝓpter denſitatem
aeris et carētiam lumīs ſolaris·vel cuiuſlibet
alterius lūiaris·Ignis etiā infernalis nō prebȝ
ſplendorē·ſȝ fumū fetidū & obſcurū·Licet em̃
ignis ardorem natural̃r exhibeat & fulgorē·
ignis tñ infernalis concremationē exhibet &
lumē nō habet·ꝗ̈muis aūt ad conſolationem
nō luceat·tñ vt magis torꝗ̈at ad aliquid lucet
Nam ſequaces quoſqȝ ſuos ſecū viſuri ſūt re-
probi quoꝝ amore deliquerūt·vt ipoꝝ intuit⁹
eos ad augmentū ſue damnatōis affligat·Ig
nis itaqȝ qui in obſcuritate cruciat·lumen ad
tormentū ſeruat·Secūdo erunt ibi tenebre ex
turpitudine & opacitate corpoꝝ dānatorum·
que omī fuligine nigriora·horrēdas tenebras
ex ſe reddent·Quāte ergo erūt ibi ex tāta mł-
titudine turpiſſimoꝝ corpoꝝ reſultātes·Ter-
tio erūt ibi tenebre interiores·qꝛ reprobi inte
rius excecati·omī intellectus lumīe ꝓuabunt̃
& omī cognitione carebūt·niſi eoꝝ dumtax-
at que deſolationē eis & ſuppliciū miſtrabūt·
Quarto erūt ibi tenebre deteriores omnibus
antedictis ab eterna ſeꝑatione a cōtuitu ſūme
et incomꝓhenſibilis caritatis·Iſta ꝗ̈tuor gña
tenebraꝝ deſignant̃ hic ſicut patet ſubtilius
intuenti·Nam ꝓme deſcribunt̃·cum dicitur·
Terrā tenebroſā·Tertie cum ſubdit̃·Opertaȝ
mortis caligine·Quarte cū addit̃·Terrā miſe
rie et tenebraꝝ·Secunde vero cum ſubiungit̃
Vbi vmbra mortis·terrā miſerie et tenebrarū
miſeria ꝑtinet ad dolorē·tenebre ad cecitateȝ·
Nam dolor ibi cruciat·quos a vero lumīe di-
uiſos cecitas intus obſcurat·hñ terra miſerie
ꝓpter ſeꝑationē ab eterna beatitudine·Et ſic
beatitudo ē ſtatus oīm bonoꝝ aggregatōne
ꝑfectus·ſic miſeria eſt oīm maloꝝ aggregatō

Sicut ſcriptū eſt deuto·xxxii·Cōgregabo ſuꝑ
eos mala·Vere magna miſeria ē vbi ꝓ oībus
mūdi diuitiis nō poſſet hri vnica gutta aque·
Sūma ꝓfecto miſeria eſt cum illo ñ eſſe·ſine
quo non pōt bene eſſe·Illa ſimul miſerie & te
nebraꝝ terra eſt·quia·quiſquis ad eius mala
tolerāda deſcēderit·ad diuine claritatis aſpe-
ctum vlterius nullomodo redibit·Ibi ꝓfecto
vmbra mortis eſt obſcuritas diuiſionis·Sicut
em̃ mors exterior ab aīa ſeꝑat carnē·ſic interi-
or a deo ſeꝑat animaȝ·quia damnatus quiſqȝ
cum eterno igne ſuccendit̃·ab interno lumīe
tenebrat̃·Vel de vmbra mortis pōt intelligi
obſcuritas illa denſiſſima reſultās ex vniuerſi
tate corpoꝝ damnatoꝝ vt dictū eſt·que ꝓpter
ſui turpitudinē ſemꝑ mortis ymaginē i ſe ge-
runt·Et nullus ordo·Sane erit ibi ordo iuſti
tie·quia nō decet deū qui ſūme bonus eſt per
mittere ꝙ ſit deordīatio culpe·ſine ordine iu-
ſtitie·Hic at̃ ordo requirit·vt et culpa quelibet
puniat̃·& qui pl⁹ peccauit amplius torqueat̃
Secundū qȯ ſcriptū eſt·Apoc·xviii·Quantū
glorificauit ſe & in deliciis fuit·tātuȝ date illi
tormentū et luctum·Et illud deut·xxv·Iuxta
ꝗ̈ntitatē delicti·erit et plagaꝝ modus·Prece-
pit etiam paterfamilias zizania colligi·et ad
cōburenda in faſciculos alligari·Math·xiii·
vt pares paribus ſocient̃·& penis paribus pu-
niant̃·Nam quos par culpa pariter inquina-
uit par pena ſimil̃r cruciabit·Par em̃ cruciat
flāma ſupplicii quos ſuccēdit par flāma pec
cati·Sicut igit̃ in domo prīs eterni māſiones
multe ſūt·Ioh·xiiii·id eſt differentiā ꝓmioꝝ
ſm differentiā meritoꝝ·ſic in inferno pro di-
ſpitate criminū eſt & aduerſitas tormentoꝝ·
Vñ greg·Gehēna ꝗ̈muis cūctis vna ſit·non
tñ oms vna et eadē ꝗ̈litate ſuccēdit·Sicut em̃
ſub vno ſole oms tangimur·tñ non oms vno
ordine eſtuamus·quia iuxta ꝗ̈litatē corporis·
ſentit̃ et pondus caloris·Sic damnatis vna ē
gehēna que afficit·tñ nō eq̈liter cōburit·quia
quod hic agit diſpar valitudo corpoꝝ·hoc il-
lic exhibet diſpar cauſa meritoꝝ·Idē etiā gre·
exponens illud Iob·xx·Iuxta multitudinem
adinuentionum ſuaꝝ·ſic ſuſtinebit·ait·Qui
multa inuenit ad culpā·nouis cruciat̃ inuen-
tionibus in pena·Nam qȯ hic ſuſpicari ñ po-
tuit·illic vltioni traditus ſentit·qꝛ & ipi actio
nes ex quibus feriri debeāt·inuenerūt·Et ꝗ̈ȝ-
uis oīm dānatoꝝ dolor ſit infinitus·grauiora
tñ tormenta recipiūt qui multa iniꝗ̈tatib⁹ ſu-
iſqȝ deſideriis inuenerunt·Erit ergo ibi ordo
diuine iuſtitie vindicantis·ſȝ nō erit ibi ordo
pene puniētis·Similiter em̃ affligūt ſupplicia
etiā ꝯtraria nō ſucceſſiue·Dum em̃ pena pene
pariter coexiſtit·penaꝝ cōfuſio plus affligit·
Inde eſt ꝙ aīa reprobi ſimul et ſemel intēſiſſi-
mum frig⁹ patit̃ et ardorē·qm̃ in eius culpa
inuenta ſūt ſimul·& carētia caritatis·& ardēs
cōcupiſcētia voluptatis·Rurſus·Nō eſt ibi or
do nature ſm greg·ix·moꝝ·Quibuſlibet re-
bus i penā ſurgētibus ꝓpria ꝗ̈litas nō ſeruat̃·

quia ibi ſimul eſt timoꝛ cum doloꝛe· et doloꝛ
pariter cum timoꝛe· Ibi ignis ardet non lucet·
niſi ſcꝫ ad toꝛmentū· Natura patiꝛ̃ nō moꝛiꝛ̃·
nec aqua poterit ignem extinguere·nec ignis
aquā cōſumere· Quinimo glatialis aque frigi
ditas·in nullo ignis mitigabit ardoꝛē·nec ar=
doꝛis ignis imenſitas·ī aliquo glatialē tꝑabit
algoꝛē· Vñ beatus greg· ait· Ibi moꝛs perimit
et nō funditus extinguit·doloꝛ cruciat·ſꝫ nul
latenus pauoꝛē fugat· Flāma cōburit·ſꝫ nulla
tenus tenebras excutit· Supplicia ergo nō ha
bent oꝛdinē·quia nō ſuas q̄litates ꝑ oīa tenēt
Ibi fit miſeris moꝛs ſine moꝛte·finis ſine fine
defectus ſine defectu·quia moꝛs ſemꝑ viuit·
et finis ſemꝑ incipit·& defectꝰ deficere neſcit
Ideo dicit aug· O moꝛs q̄m dulcis eſſes·quibꝰ
tam amara fuiſti· te ſolam deſiderabunt qui
te ſolam vehemēter oderūt· Sequiꝛ̃· Sed ſem=
piternus hoꝛroꝛ inhabitans· Diligēter attēde
ꝙ erit ibi hoꝛroꝛ de loci tenebroſitate·quia ſi=
cut dictū eſt·ibi erūt tenebre denſiſſime·pal=
pabiles et hoꝛrende·& carentia oīs luīs· Itē
erit ibi hoꝛroꝛ ex cōſoꝛtii vilitate ſcꝫ & omniū
dānatoꝝ· qui erūt turpiſſimi et ineſtimabilr̃
hoꝛridi· ¶ Vnde Iob ·xx· Vadent et venient
ſuꝑ eum hoꝛribiles· Item erit hoꝛroꝛ cuilibꝫ de
propria turpitudinis & vilitatis cōſideratione
Adeo nāqꝫ ſemetipſos hoꝛrebūt inſpicere·cum
ſint ſuꝑbiſſimi·qui tamē ſe nō poterūt nō vi=
dere·ꝙ p̄ ꝯfuſionis hoꝛroꝛe vellēt oīo deficere
& ſi eſſꝫ poſſibile nihil eſſe· Itē de panaꝝ yma
ginatione & ſui ꝑpetua detentione· diꝛ̃ greg·
Ibi ſempiternus hoꝛroꝛ inhabitat·quia eiꝰ ig=
nibus traditi & ī ſuppliciis doloꝛē ſentiunt·&
in doloꝛis anguſtia pulſante ſemꝑ pauoꝛe fe=
riunꝛ̃· Quis non hoꝛreat ſemꝑ igne cremari·
nec fūditus moꝛi·ſemꝑ fumū teterrimū ſuſti
nere·& nunq̄ꝫ lucē videre·ſemꝑ impleri feto=
ribus·toꝛqueri cum demonibus·nullū inueni
re ſolatiū·nullū conſiliū·nullam habere ſpem
euaſionis·vbi ſemꝑ circūdant doloꝛes moꝛtis
ibi potius oīmoda deſolatio·et ex deſolatōne
deſperatio·& ex deſperatione odiū dei·& blaſ
phemie nephandiſſime cōtra deum· Patet er=
go q̄muere dictū ſit· Heb·x· Hoꝛrendum eſt
incidere in manus viuentis· De deſolatione la
mentabili & lamentatione incōſolabili repꝛo
boꝝ diciꝛ̃ ſap·v· Vſqꝫ ad ſuꝑmum deſolabun
tur· Et de babilonica ciuitate·id eſt repꝛoboꝝ
oīm cōgregatione diciꝛ̃ yſa·xxiiii· Cōuertenꝛ̃
toꝛrentes eius in picem· & humus eius in ſul
phur·& erit terra eius in picem ardentē· & ñ
extinguetꝛ̃ inſempiternū·& deſolabiꝛ̃ inſecula
ſeculoꝝ· Reprobi nanqꝫ ſe peccaſſe dolebunt·
et non peccaſſe non poterunt·nec eoꝝ pecca=
ta deleri vel purgari valebunt· quibꝰ ſemper
manentibus et ſupplicia ꝑmanebūt· Tunc vi=
debunt ꝙ ꝓ vili et momētanea delectatione
peccati·acerbiſſima ſuſtinebūt ſupplicia· & ꝓ
amoꝛe tempalium bonoꝝ·bona ꝑdiderūt eter
na· & inſuper cruciabunꝛ̃ eternalr̃ in gehēna
qui tñ ꝑ modicā breuemqꝫ penitentiā· & iſta
merendo acquirere·& illa euadē poterūt· Vñ
ſap·v·diciꝛ̃· Turbabunꝛ̃ tioꝛe hoꝛribili·& mi=
rabunꝛ̃ in ſubitatione inſperate ſalutis·dicen
tes intra ſe penitentiam agentes·& pre angu
ſtia ſpiritus gemētes· Hii ſunt quos aliqñ ha=
buimus in deriſū & ī ſimilitudinē improperii
Nos inſenſati vitam illoꝝ eſtimabamus inſa
niam·& finē illoꝝ ſine honore· Ecce quō con
putati ſūt inter filios dei·& inter ſanctos ſoꝛs
illoꝝ eſt·ergo errauimus a via veritatis·& lu
men iuſtitie nō luxit nobis·& ſol intelligētie
non eſt oꝛtus nobis·laſſati ſumus in via iniq
tatis et perditionis·ambulauimus vias diffi=
ciles·viam autē diſcipline ignoꝛauimꝰ· Quid
nobis profuit ſuꝑbia·& diuitiarum iactantia
quid cōtulit nobis· Tranſierunt omnia velut
vmbra &c̄· Talia dixerunt in inferno hii qui
peccauerunt·quoꝝ cōtinuus gemitus·eiulatꝰ
aſſiduus·cruciatus eternus·doloꝛ ſūmus·pe=
nalis ſenſus toꝛquent animas non extoꝛquēt
puniunt coꝛpoꝛa damnata nec finiunt·quos
ideo ſibi deputatos ignis inextinguibilis non
extinguit·vt ꝑmanente ſentiendi vita pena
permaneat et ad dolendum magis q̄ꝫ ad vidē
dum eternis coꝛpoꝛibꝰ ꝯpeditos habeat·quos
in flāmis viuacibus & moꝛtalitas ſecūde moꝛ
tis occidat· Proinde oīs qui dicunꝛ̃ in gehē=
na occidi·non ideo cum eis agiꝛ̃ vt maximis
cōſumpti doloꝛibus aliquando deficiant· ſed
vt in illis penaliter viuant· Vnde greg· Expo
nens illud Iob·xx· Luet que fecit omnia· nec
tñ conſumetur ait· ꝑſoluit in toꝛmētis ea que
hic illicita ſeruauit deſideria·& flāmis vltrici=
bus traditus·ſemꝑ moꝛiꝛ̃· quia ſemꝑ ī moꝛte
ſeruaꝛ̃· Non eñ moꝛte cōſumiꝛ̃·quia ſi cōſu=
meretur vita moꝛientis·cum vita etiam pena
finiretur·ſed vt ſine fine crucietur·etiam ſine
fine viuere cōpellitur·vt cuiꝰ vita hic moꝛtua
fuit in culpa·illic eius moꝛs ſemꝑ viuat in pe=
na· Cruciaꝛ̃ ergo & non extinguiꝛ̃· moꝛitur
et viuit·deficit et ſubſiſtit· finiꝛ̃ ſemꝑ & ſine
fine eſt· Hec ſolo auditu valde terribilia ſunt
q̄nto magis paſſione· Item beatus ſebaſtianꝰ
dicebat ſicut ſcribitur in legenda eius· Timen
da ſūt toꝛmenta inferni vbi edax flāma inere
duloꝝ aīas deuoꝛat·vbi dracones blaſphemā
tium labꝛa comedūt·vbi ſerpētes moꝛſibꝰ ſuis
incredulozum pectoꝛa depaſcunt· vbi vlulatꝰ
et gemitus ſonat et clamoꝛ cōfuſus queinuis
toꝛmentoꝝ exagitat·& incendii ardoꝛ extoꝛ=
quet· Et hec tribulatio nullo termino diffiniꝛ̃
nullo fine claudiꝛ̃· ſed flāmaꝝ atrotiuꝫ exu=
ſtione cōſumenꝛ̃·& ad rediuiua incendia ite=
rum qui aduſtus fuerit repatur· Item ipſe ſe=
baſtianus· Ipſe penaꝝ doloꝛ & cruciatus q̄ hu
ius vite amatoꝛibus daꝛ̃ cum ſit vehementioꝛ
vniuerſis toꝛmētis nunq̄ꝫ finiendꝰ aggrediꝛ̃
et acrius ſubinde q̄ꝫ inchoauerit ſeuit·& nul=
lus ſeuiēti terminꝰ· nullus oīo finis occurrit
ſꝫ habet ſecū vniuerſa ſupplicia·& ſuppliciorꝝ
gn̄a· Subinde renouaꝛ̃ vt ſeuiat·augmentaꝛ̃
vt exterat·inflāmatur vt vrat·

# DE PENARVM RECORDANTIVM VTILITATE· DI· ·IIII·

DEinde conſiderandū eſt quāta ſit
vtilitas de penis hmōi ꝓfunde ſe=
pe non tranſitoꝛie meditari·Cum
aūt hec meditatio ſtudioſa ad mul
ta ſit vtilis·ſpecialit̃ tñ ad quatuoꝛ ſalubris &
vtilis muenit̃·Primo q̃dem ꝓuocat ad agen=
dā penitentiā·Propt̃ quod·ṗs·oꝛabat·Cōuer
tant̃ pctōꝛes ĩ infernū ſcꜫ p̱ conſideratione ut
ſic ad penitentiā cōuertant̃·Quidā hō cū mu
liere cōiugata inceſtū faciens ſubito mortuus
ē in pctō·p̱ quo cū illa dolens·deſideraret ſci
re quomō eſſet ei·illi iacenti in lecto ſuo miſer
apparuit·totus ardens quēadmodū ferrū cā=
dens·& ait·vide q̃lis ſū exterius·& ex hoc co=
gitabis aliq̃liter qūo ꝓpter pctā mea mihi ſit
interius·Tūc ipe ĩ oculis eius ardentē urinam
velut metallū bulliens emiſit·cuius ardoꝛ trā
cōburere uidebat̃ penetrare ac etiā ſubintrare·
Poſt h̄ illo diſp̱ente mulier ualde p̱territa pec=
catū funditus dereliq̃t·egitqꜫ penitētiaꜫ ualde
durā·Nota ꝙ ſicut ignis & fumi ꝓpinquitaſ
fletū & lacrimas ꝓuocat·ſic & meditatō igniſ
& fumi infernalis lacmas cōpunctōnis extor
queat·Vñ q̃dam dixit·ſi nō potes habere lac=
mas pone oculos tuos ad fumū inferni & ar=
dorē eius·& ad uehementiā aquilonis a quo
pandit̃ om̄e malū·& ſic habebis·Itē ĩ uitis·p·
Cū q̃dam q̃reret ab abbate ammone uerbū ſa
lutis·inter alia dixit ei·memoꝛare eoꝝ q̃ in in
ferno ſunt·et cogita aput temetipm̄ qūo ſunt
ibi anīe ĩ qꜫamaro ſilentio·aut ĩ quo peſſimo
gemitu·uel in q̃li metu & ĉtamīe·uel ĩ q̃li ex=
pectatione et doloꝛe ſine mitigatōne·& infini
tas lacmas funde·Legit̃ ĩ uitis patrū ꝙ puel=
la quedā patrē habuit religioſū ualde & timē
tē & amantē deū·& matrē luxurioſā & inho=
neſtā·Iſta aūt bone indolis patrē imitabatur
Pater aūt eius graui languoꝛe et cū multa mi
ſeria uitā finiuit·In cuius morte ita cōmotus
eſt aer·& tanta facta eſt ītemperies ꝙ uix po
tuit ſepeliri·Matre aūt moꝛtua in magna pꝛo
ſperitate magna facta eſt ſerenitas·ita ꝙ uide
rent̃ ꝑuire ei elemēta·& cū maxīo honoꝛe eſt
ſepulta·Et cum filia cogitaret·cuius uita eſſet
magis eligenda·& uideret̃ ꝙ matris cui ita p̱
ſpere ſemp̱ ſucceſſerat in pctō ſuo·& uidebat̃
habuiſſe tā pulchꝛū finē·viſū fuit ei ꝙ ipa du
ceret̃ ad loca toꝛmentoꝛū·& ꝙ uideret ibi ma
trē ſuā mirabilit̃ toꝛq̃ri a demonibus·& cū ali
is pctōꝛibus·Poſtea ducta eſt ad locū ineſtia=
bilis claritatis in quo uidit patrē ſuuꜫ cū aliis
multis ſpecioſiſſimū & ineffabiliter exultantē
quē cum ipſa rogaret ut poſſet ibi moꝛari & re
manere cum eo·At ille affirmat ꝙ ſi uellet ibi
cū eo moꝛari uitā duceret illā & penitentiaꜫ p̱
q̃ ipe ad illa bona deuenerat·Alit̃ ſi matrē imi
taret̃·cū matre puniret̃·Illa aūt rediens a uiſi
one in bona uita pſeuerans patrē eſt imitata·
Vñ ꝓſper de uita contemplatiua·Hec & hiis
ſimilia libent̃ audire & legere·iugiter āte mē=
tis oculos adducere·futura credere·ſine ulla p̱
turbatione metuere·cogitare q̃le maluꜫ ſit ab
illo gaudio diuine cōtemplationis excludi·be
atiſſima ſanctoꝝ oīm ſocietate ṗuari·fieri pa=
trie celeſtiſ extoꝛrem moꝛi beate uite·morti ui
uere ſempit̃ne·in ignē eternū cū dyabolo & ā
gelis eius impelli·vbi ſit moꝛs ſecūda dānatiſ
exiliū·vita ſuppliciū·nō uidere in illo igne qȯ
illumiet·ſentire qȯ cruciet·exūdantis incēdii
terribiles crepitus pati·baratri fumantis ama
re caligine oculos excecari·in ꝓfūdo gehenne
fluctuantis īmergi·edaciſſimis inetnum dila
niari uimibus nec finiri·Hec et multa alia hiiſ
ſimilia cogitare nihil ē aliud q̃ꜫ uiris oībūs li=
bellū repudii dare·& om̄ia blandimēta carna
lia refrenare·¶Scdō dat ĩ tēptatione cōſtanti
am·In uitis patrū legit̃·ꝙ q̃dam iuueniſ tem
ptatus q̃rebat conſiliū a ſene qūo euaderet tē
ptationē·Cui ille dixit·ꝙ faceret ſic nutrix q̃
cū uult ſep̱are puerū ab ubere·ponit deſup̱ ali
qȯ amaꝝ·qȯ ſentiens puer refugit·Sic tu tē=
ptationi amaritudinē inferni·Itē legit̃ ĩ barla
am·Vt dicit Iohānes damaſ·ꝙ cū theodas in
cantatoꝛ miſiſſet cont̃ Ioſaphat regis filiū ad
eū ſubuertēdū multitudinē & demonū & pu=
ellarū pulcherrimaꝝ·& quedā ſpecioſiſſima r̃
gis filia ſuaſiſſet ei ut cōiungeret̃ ei matrimo
nialiter·nec ſic poſſet ipa uel alie aut demoneſ
eū emollire·q2 ſemp̱ ad fletū & adorationē re
currebat·ad ultimū ꝓmiſit ei dicta regis filia
ꝙ fieret xpiana ſi ſemel vna nocte eiꝰ optato
concubitu frueret̃·oſtendēs q̃ntū eſſet ei mei
tū vnā aīam lucrari deo·Cū aūt motus pieta=
te & illectus aliquantulū eius pulchꝛitudineꜫ
cepiſſet cogitare ꝙ hoc nō eſſet magnū pctm̄
facere h̄ p̱ aīa illa deo lucranda·Hoc etiā face
re metueñſ ꝓſtraret ſe in pauimēto ad oratio
nē flens multū·Et poſt ibi q̃ſi doꝛmiens vidit
quoſdā ualde terribiles q̃ eū rapiūt & educūt·
ad pratū ieſtiabilis odoꝛis·& ad ameniſſima
loca ubi erant oīa delectabilia & iocūda·et au
diuit uocē dicentē ſibi·Hic ē req̃es iuſtoꝝ·Po
ſtea ducit̃ ad locū totū huic cont̃riū om̄i miſe
ria & infelicitate plenū & dictū eſt ei·Hic ē lo
cus pctōꝝ·poſt reductus·& ad ſe reuerſus tre
mebūdus factuſ ſenſit pulchꝛitudinem puelle
p̄dicte·& aliaꝝ fetidioꝛē ſtercoꝛe·demoneſ au
tē cōfuſi ad theodā ſunt reuerſi·ſuā deiectio=
nē & cōfuſionē ĩ uiti fatētes·Iteꜫ ſup̃·de pene
gñalitate·de eo q̃ cōburebat ſibi digitos·Item
dicit̃ in uitis patruꜫ de eo q̃ tēptatus ad ſolem
egypti nuduꜫ ſe ponebat·q̃rens qūo poſſet ſu
ſtinere inferni ignē·q̃ nō poterat ſolē ſuſtinē
Itē ĩ uita beati Antonii legit̃·ꝙ cū dyabolꝰ tē
ptaret eum·offerenſ ei ymaginare ſpeciem oꝛ
natiſſime mulieris ipſe ſemp̱ opponebat me=
ditationē infernalis incendii·Vñ dyabolꝰ ap
paruit ei ĩ ſilitudinē p̱uuli & teterrimi ethiopiſ
dicēſ ſe eē ſpm̄ foꝛnicatōis uictū ab eo·Iteꜫ ad
idē dicit Egiſyppus de gladibus iudeoꝝ li·v·
Cū tytus uaſpaſiani filius obſediſſet ierl'm·&
aniaret ſuos ne timoꝛe mortis deſiſterent uel

deficerent uel recederent a prelio· ꝓpoſuit eis
exẽplũ leonidis q̇ fuit de ſociis alexandri ma
gni· q̇ cũ inſtaret ꝑliũ & uideret ĩnũabilem
exercitũ pſarũ cont̃ tricẽtos lacedemonios· q̇=
bus ipe leonides ꝑerat· ait ſuis· prãdeamuſ ho
die ĩterris· qꝛ ſumus cenaturi ad inferos· Qḋ
apud lacedemonios adeo ualuit ꝙ null⁹ vno
excepto a ꝑlio ſe ſubtraxit· ſ; pugnauerunt &
uictores fuerũt· Qui aũt cogitat q̃ʒ mala ſit ce
na inferni uirilit̃ dimicat ne uincat̃· & uictus
& captus ad illã reducat̃· ¶ Tertio confortat
ad patientiã· qꝛ pſentes penas & adũſitates le
uigat ut reſpectu futuroꝝ leuiſſime reputent̃
Gre· ſancti tp̃alem penã luctum putant· q̇a ꝑ
hãc eternã euadere nõ formidãt· vt dicit ſupra
Aug̃· de pene acerbitate· Et ſebaſtianuſ ꝙ iſte
ẽ q̃ſi ignis pictus ad verũ ignẽ &c̃· Ite; ſup̃ de
illo q̇ dicebat ꝙ tota vita penitẽtie ſue et labor
quo artiſſime ꝑ octuagita ãnos ſe afflixerat
non erat equiparabilis vni diei laboris illius·
¶ Quarto ad cõtemptũ mũdi & ſui ꝓuocat·
In legẽda beati Iohãnis euãgeliſte dicit̃ ꝙ cũ
q̇dam mundũ contẽnentes ad ꝑdicationẽ bea
ti Iohãnis aurũ & gẽmas uendidiſſent et pau
ꝑibus dediſſent· Vidẽtes poſtmodũ ſe paupe
res et abiectos· et ſuos ſuos magnos effectoſ
ĩ hoc mũdo· de hoc ꝙ fecerãt peniterẽt· Beat⁹
Ioh̃· facto auro de uirgis & de ſabulo gẽmis·
ab eis errogata reſtituit eis· Et cũ ad inſtantiã
multoꝝ beatus Iohãnes quẽdã iuuenẽ q̇ mor
tuus efferebat̃ ſuſcitaſſet· & ille eis referret q̃
ꝑmia amiſerãt & gaudia· & que ſupplicia eis
parata erant ex eo ꝙ ad uomitũ rediſſent· &
q̃uo bonos ãgelos de ſua ruina flere faciebãt·
& malos gaudere· illi redditis gemmis & au=
ro ſe & mundũ poſtmodu; ꝓpter deum contẽ
pſerũt· Itẽ cũ magiſter Iordanus bone memo
rie dixiſſet multa ad cõuertendũ quendã no=
bilẽ comitis filiũ· et uideret ꝙ non poſſet eum
mouere ad cõtemptũ mundi· & introitũ ordi
niſ ꝑ uerba ſua· Cũ ille cui loquebat̃ eſſet iuue
nis ſpecioſiſſimus rogauit illum ꝙ cũ reſpice
ret membra ſua ſemꝑ cogitaret ꝙ magnũ dã
num eſſet ſi tam pulchra membra eſſent pabu
lum incẽdii eterni· Qḋ cũ ille ſepe faceret ad
illa uerba credit̃ fuiſſe ad ordinis introitũ in=
ductus· Itẽ ibidẽ parũ ãte· Cũ btũs Bernard⁹
oĩes fratres ſuos ad ſue religionis habitũ ad
duxiſſet ſolo patre in ſeculo remanente· veni=
ens in uillã ſuã & ꝑdicans ibi iuxta truncum
antiq̇ſſimũ ĩ pſentia patris ſui· cũ uideret ei⁹
duritiã ꝑcepit hoĩbus q̇ in circuitu trunci ſicca
ligna apportauerãt· ut ipe eis mãdauerat ignẽ
ſuccẽderẽt· Quo ſacto ligna ſicca cito ſuccẽſa
ſunt· & trũcus tarde circa mediũ ab extremis
emittenſ humorẽ fedũ & fumũ teterrimũ diu
ignem ſeruauit· Tunc incepit ſanctus loq̇ de
penis inferni· dixit patri· ꝙ ille eſſet ſimilis il=
li trunco q̇ hic non poterat igne diurno ſuccẽ=
di· nec flere pc̃tã ſua· nec ſuſpirare ad deu;· ſ;
ipe in inferno niſi penitentiã ageret interminum
arderet· fleret· et fetentẽ fumũ emitteret· Ad q̃
uerba· pater dictus cõpunctus eum ſequutuſ
eſt· & monachus factus eſt· Item cũ ſcolariſ q̇
dam pariſius quendã ſociũ ſuu; de nouo reli
gionẽ ingreſſũ uiſitans rogaret eum ut aliq̇ḋ
uerbum ei diceret quod cor eius ad cõpunctõ
nis gratiã emolliret· dixit ei· nolo uobis aliud
ꝑdicare niſi ꝙ amore mei q̃ñ camerã veſtrã ĩ
traueritis & uideritis lectũ ueſtrũ cuius culci
tra ualde mollis eſt· & coopertoria delicata co
gitetis q̃lem camerã· q̃lẽ culcitrã· et q̃lia cooꝑ
toria habebitis ĩ inferno· Dicit̃ enĩ Yſa· xiiii·
Concidit cadauer tuũ detracta eſt ad inferos
ſuꝑbia tua· ſubter te ſternet̃ tinea· & opimen
tũ tuũ erũt uermes· Quibus auditis illa uerba
adeo ſunt in corde eius infixa· ꝙ nec in came=
ra nec ĩ lecto potuit dormire· nec q̇eſcẽ· donec
religionẽ intrauit· Vñ ſũme nobis eſt utile in
ferni conſiderare nouiſſima· iugit̃ ante mẽtis
oculos ponere frequẽti meditatione reuoluẽ·
necnõ & uiuaciter memoria retinere miſerias
infernales· ut eas timere· et timenda uitare di
ſcamus pc̃tã· cuncta cauere ne fiant· et iam fa
cta diluere· ac penitentiã ſalutarẽ agere ſtude
amus· Sicut docet & hortat̃ Proſper in libro
de uita cõtemplatiua dicens· Ad penã q̃ pc̃tõ
debet̃· mens anteq̃ʒ peccet aſpiciat· cruciatus
ac dolores qui ſequi ſolent pc̃tõrem carnalib⁹
incentiuis opponat· & nihil eaʒ pc̃ti delectet·
nec ad peccãdũ delectatõ nulla carnalis incli=
net· Si enĩ eo tempere quo quis peccare delibe
rat attenta mẽte conſideret· q̃ pena expectet· in
ſuis facinoribus deꝑhenſos· qḋ ſuppliciũ con
uictos excruciet· q̃s tremor membra q̃tiat· pal
lor ora ꝑfundat· q̃ñtũ deniq̃ʒ inexecrabilẽ om
nibus reddat etiã ipm ſordide opinionis obꝓ
brium· neſcio an poſſit q̇buſlibet uitiiſ accom
modare conſenſum·

## DE ACERBITATE ET ETERNITATE PENARVM. DIS. V.

DEinde ponende ſunt aliq̃ queſtio=
neſ q̇ moueri ſolent tã de acerbita
te q̃ʒ de eternitate penaꝝ hmõi· De
acerbitate quidẽ ualde mirũ uidet̃
aliquibuſ· & incredibile reputat̃ id qḋ dictũ ẽ
de acerbitate penaꝝ infernaliu;· Cũ enĩ deus
ſit ſumme miſericors· ſempq̃ʒ citra condignũ
puniat pc̃tõres· Sicut tota ſcriptura ſacra cla=
mat; & oĩes ſancti teſtant̃· q̃uo credendũ eſt
tam ineffabiliter acerbas penas ĩfligere· illis ꝑ
cipue quos nouit magis ex ignorantia uel in
firmitate q̃ʒ ex malitia deliquiſſe· Ceterũ ſi ſe=
cundũ rectitudinẽ equitatiſ· quã ipemet ĩ lege
ſua conſtituit· iuxta menſuram delicti debet
eſſe et plagarũ mod⁹· Deu· xxv· Et Apo· xviii
Quantũ glorificauit ſe et in deliciis fuit q̃ſ· tã
tũ date illi tormentu; & luctum· uidet̃ ꝙ ſm
quantitatẽ delectationis ĩ crimĩe mẽſurari de
bet quãtitas acerbitatis in punitione· Ad iſta
breuiter eſt dicendũ· ꝙ cũ in quolibet mortali
pc̃tõ ſint duo· Videlicet auerſio a ſummo bo
no cõmutabili· & conuerſio ad bonũ cõmuta=
bile· tã rõne conũſionis· q̃ʒ ratiõe auerſionis·

debet eſſe tanta acerbitas in ſupplicíis reprobo
rũ ſicut ſuperius eſt expſſum· Rõne cõuerſio=
nis dico id eſt amoris & adheſionis· ſeu etiam
delectationis in pctõ· menſurari debet acerbi
tas i tormento· non ſoluꝫ quã pctõr habuit· ſꝫ
potius quã habere uoluit· qꝛ deus nõ tantum
extrinſecas conſiderat actiones· ueꝝ etiã itri=
ſecas uolũtates· nec cõſiderat quantũ ſꝫ ex qͣn
to in eius ſacrificio qs impendit· uel in flagitõ
qͦ cõmittit· Cũ igiẽ impius ex imꝓba uolũta
te nõ apponat moduꝫ i delectatione pctĩ· nec
tantaꝫ delectatiõem unqꝫ inuenire poteſt· qn
ſemꝑ uellet ſi poſſet amplius delectari· ideo de
us qui corda penſat non facta penas infligit
nõ ſcḋm delectationẽ habitã· ſꝫ qſitam· Ratione
auerſionis luce clarius id apparet· Tãta nãqꝫ
eſt offenſa· qͣntus ille q offendiẽ· vñ nõ eqlis
eſt culpa· nec equalis eſt pena eius qui pcuſſit
ruſticũ & q militẽ· uel eius q militẽ & q regẽ·
ꝓpter quod cõſtat ꝙ omĩs culpa mortalis· per
quã deus bonitate & maieſtate infinitus of=
fendiẽ· merito debet ĩfinita iudicari· et infini=
ta meretur pena puniri· De imenſitate aũt pe
ne reproboꝝ ptim deus remittit· q etiã in pu=
niendo & iuſtitiã exercendo non obliuiſcitur
miſereri· nec cõtinet i ira ſua miſericordias ſu
as· ſꝫ citra cõdignuꝫ penas infligit· Iuſte tñ in
ſumme malũ mereẽ incidere· q ſumme bonuꝫ
nõ vereẽ offẽdere· Et ſicut q uitã deſerit· mor
tem incurrit· ſic q ſpõte ſumme bonũ deſerit·
in ſuppliciũ ſumme malũ incidit· ¶ De eterni
tate ſimiliter penarũ infernaliuꝫ mouent aliq
queſtionẽ· Nam ſic ait Grer· xxxiiii· li· moꝝ·
Sunt nõnulli q idcirco pctĩs ſuis imponere fi
nem negligũt· qꝛ qñqꝫ finẽ habere futura ſu=
per ſe iudicia ſuſpicanẽ· Sed ſi qñqꝫ finienda
ſunt ſupplicia reproboꝝ· qñqꝫ finiẽda ſũt eti=
am gaudia bonoꝝ· Per ſemetipſam nãqꝫ ueri
tas dicit· Ibunt hii in ſupplicium eternum· iu
ſti aũt in uitã eternã· Si ergo h uerũ nõ ẽ qͦ
cõminatus eſt neqꝫ illud uerũ eſt qͦ ꝓmiſit·
At inquiũt· ideo eternã penã peccantibus mi=
natus eſt· ut eos a pctõꝝ ꝑpetratione cõpeſce=
ret· qꝛ creature ſue eterna ſupplicia minari de
buit nõ inferre· Quibus citius reſpondemuſ·
ꝙ ſi falſa cõminatus eſt· ut ab iniuſtitia cohi=
beret· etiã falſa eſt pollicitus ut ad iuſtitiã pro
uocaret· Et qs eoꝝ ueſaniã toleret· q dũ ꝓmiſ
ſionibuſ ſuis reproboꝝ ſupplicia finiri aſſerẽt·
etiã aſſertione ſua electoꝝ pͥmia remũatõnes
cõfundũt· Quis eoꝝ ueſaniã tolleret q conan
tur aſtruere verũ nõ eſſe qͦ ueritaſ de eterno
igne cõminata eſt· & dũ ſatagunt deũ ꝓhibẽ
miſericordẽ nõ uerenẽ pͥdicare fallacẽ· At inq
unt· ſine fine puniri nõ debet culpa cum fine
iuſtus eſt deus· & qͦ non eterno pctõ cõmiſ=
ſum eſt· eterno nõ debet puniri tormẽto· Qui
bus etiã rñdemus ꝙ recte dixerũt ſi iuſtus iu
dex diſtrictuſqꝫ ueniens· nõ hoĩm corda ſꝫ fa=
cta penſarꝫ· Iniqui enĩ ideo cũ fine deliqrunt
qꝛ cũ fine uixerunt· voluiſſẽt quippe ſine fine
viuere· ut ſine fine potuiſſent in iniqͣtatibus ꝑ
manere· Et ideo h ſemꝑ viuere cupiũt· ut nũ=
qꝫ deſinant peccare dũ uiuũt· ad diſtricti igi=
tur iudicis iuſtitiã ptinet· ut nũqꝫ careant ſup
plicio· quoꝝ mens in hac uita nũqꝫ uoluit ca=
rere pctõ· Et nullꝰ iniquo detur ẽmiꝰ ultõnis
qꝛ qꝫdiu ualuit· terminũ noluit habere criminis
At inqunt· nullus iuſtus crudelitate paſcitur·
Et delinquenſ ſeruus a iuſto dño idcirco cedi
precipiẽ· ut a nequicia corrigaẽ· Ad aliqd er=
go cediẽ· cũ dñs eius non eius cruciatibus de
lectaẽ· Iniqui aũt gehẽne ignibuſ traditi· quo
fine ſemꝑ ardebũt· & qꝛ certũ eſt ꝙ pius atqꝫ
omĩpotens deus nõ paſciẽ cruciatibus iniquo
rũ· cur cruciantẽ miſeri ſi nõ expianẽ· Quibus
citius rñdemus· ꝙ omĩpotẽs deus qꝛ pius eſt·
miſeroꝝ cruciatu nõ paſciẽ· qꝛ aũt iuſtus eſt·
ab iniquoꝝ vltione i ꝑpetuũ nõ ſedaẽ· Sed in
iqui omẽs eterno ſupplicio· & qdẽ ſua iniqui=
tate puniunẽ· & tñ ad aliqd cõcremanẽ· ſcꝫ ut
iuſti omẽs & in deo uideant gaudia q pcipiũt
& in iſtis reſpiciant ſupplicia q euaſerũt· ut tã
to in eternuꝫ diuine gratie ſe magis debitoreſ
eſſe cõgnoſcant· qͣnto ineternũ mala cõſpiciũt
puniri· q eiꝰ adiutorio uitare potuerũt· ¶ No
tanduꝫ igiẽ ꝙ pctã q tẽporaliẽ hic gerunẽ· illic
eternaliter puniunẽ multiplici rõne· Primo q
dem qꝛ pctm̃ cõmittiẽ contẽ deũ q infinituſ ẽ·
& ideo pena debet eſſe eterna· nõ qdem acerbi
tate· qꝛ talis infinitas nõ poſſet eſſe in creatu=
ra· & qꝛ deus citra cõdignũ punit· ſꝫ eſt infini
ta duratione· ¶ Scḋo qꝛ hõ peccauit i ſuo eter
no ut dictũ eſt· volũtas nãqꝫ ꝑuerſa peccandi
& in pctõ manendi qͣntũ eſt de ſe· eterna eſt·
qꝛ uellet in pctõ ſi poſſet eternaliẽ delectari·
ideo debet eternaliẽ puniri· ¶ Tertio qꝛ mate=
ria ignis infernalis ẽ eterna· & macula pctĩ ẽ
inexpiabilis· ſeu indelebilis & eterna· ideo &
pena debet eſſe eterna· Nũqꝫ enĩ debet eſſe de
decuſ culpe ſine decore iuſtitie ¶ Quarto quia
uolũtas reproboꝝ iam exiſtentiũ in inferno i
corrigibilis eſt & i affectu malignitatis eťna·
Sic ſcriptũ eſt· Suꝑbia eoꝝ q te oderũt· aſcẽdit
ſemꝑ· volũtas ergo dãnati licet amiſerit pote=
ſtatis effectũ· ſemper tñ habebit malignitatis
affectũ· et ipa erit i inferno ſuppliciũ· q fuerat
in mũdo pctm̃· Impius ergo qꝛ ſemꝑ habebit
reatũ ex malitia· ſemꝑ in ſe ſentiet cruciatũ ex
pena· Et qꝛ de pctõ ꝑpetrato nũqꝫ habebit ve
rã penitenciã· ideo nũqꝫ reuocabit deus puni=
tionis eius ſententiaꝫ· Quinto qꝛ impius ꝑe
mit in ſe bonũ qͦ poſſet eſſe eternũ id ẽ grati
am de q dicit aplꝰs· Ro· vi· Gratia dei vita ẽt=
na· Ideo dignus ẽ morte eterna· ¶ Ad hoc idẽ
inducũẽ exempla· Videmus enĩ ꝙ emptio tẽ=
palis dat ius ꝑpetuũ poſſidẽdi· Iteꝫ uerberatio
tpalis & tranſitoria· infert mortẽ q eſt ꝑpetua
Itẽ crimen leſe maieſtatis tpale· ſuitus uero ꝑ
petua· Itẽ caſus i foueã tpalis & detentio ꝑpe=
tua· Nõ debet ergo eſſe mirum ſi ꝓpter pctm̃
qͦ i breui tpe ꝑpetraẽ· impius eternaliẽ crucia
tur· Qm̃ aũt pͥmiſſa nõ ad ſciendũ tm̃ ſcripta
ſũt· ſꝫ potius ad uitãdũ· nõ ꝓpẽ ſpeculationẽ·

ſed ꝓpter praxim id ē opationē· non ꝓpter in
ſtruendū ſciencialiter intellectū· ſʒ magiſ ad
mouendū affectū· ut uidelicet excitetᷣ ſōnolē=
tia· excutiatur negligētia· terreatᷣ audacia· cō=
fringatᷣ duritia· cōfundatᷣ īpudētia pctōꝝ· ut
ſcʒ q̇ boni ſunt ad melioꝛa efficacius excitentᷣ·
q̇ uero mali ſunt citius coꝛrigantᷣ· et q̇ obſtina
ti ſūt inexcuſabilitᷣ cōdemnentᷣ· ¶ Plus autē
mouent exēpla· q̃ʒ uerba· ideo ſubſcribūtᷣ aliq̃
diuinitus reuelata· & ad noſtrā eruditionem
oſtēſa· qm̄ nō mō ꝓpter eos q̇ ea uiderūt oſtē
dit ea dn̄s ſʒ ꝓpter nos & om̄es gn̄aliter q̇ ex
auditis uoluerūt occaſionē ſumere uitā ſuā in
melius coꝛrigendi·

## DE REVELATIONIBVS· DIS· ·VI·

DEniqʒ non ſuperuacuuʒ eſſe puto
hic recitare reuelationes aliq̃s oſtē
ſas diuinitus ad declarationeʒ &
confirmationem aliq̃ʒ p̄dictoꝛum
¶ In anglia vir quidam uiribus coꝛporis val
de potens· poſt multa peccata compunctus in
conſcientia ꝓpoſuit ire iheruſalē ibiqʒ ī dei ſer
uitio expendere reſiduū uite ſue· Cui ſup hoc
voto ſeu ꝓpoſito quendaʒ abbatē ciſtercienſis
oꝛdinis conſulēti· pſuaſit dictus abbas· ut cru
cem religionis aſſumeret· ac ad celeſtem ierl'm
q̃ntocitius ꝓperaret· Ingreſſus aūt & feruen
ter incipiens· temptatus a ſathana mutauit ꝓ
poſitū· uolens terraʒ ſanctā ſicᷣ prius uouerat
pſonaliter uiſitare· Eadē uero nocte demoneʒ
q̃ndā ſup vnā trabē doꝛmitoꝛii in ſpecie ſymie
ſedentē uidit· Sed qꝛ tales beſtie nō nutriūtᷣ
in oꝛdine· cogitauit ꝙ nō ſymia· ſʒ dyaboluſ eſ
ſet· Qui ſe ſentiens cognitū· ſubito deſcendēs
de trabe ſup eū· uberauit eū tam foꝛtiter ꝙ de
naribus ei9 & oꝛe ſanguis uberrī exiuit· Quo
clamante· demon euanuit· Excitati fratres ac
currūt· uidenteſqʒ grauiter uerberatū· miran=
tes q̃liter hoc ei accidiſſet· in infirmariā detule
rūt· Iacens aūt tribus diebus uelut exanimis·
aptis carnis oculis nihil uidit· Sed de9 ei mul
ta p angelū reuelauit· Inter cetera duxit eum
āgelus ad terrā tenebꝛoſā & hoꝛridā nimis re
gionē videlicet umbre moꝛtis· Vidēs autē ibi
fratres quoſdā hoꝛribiles· putauit ꝙ ibi eſſet ī
fernus· Sed angelus dixit ei· Nō ē hic· Sed il=
le turres infernales camini ſūt· p quos flāma
& fumus īfernales exeūt· Poſt hec uidēt hoīs
nē ī ardenti cathedꝛa ſedentē· āte quē q̃dā pul
chꝛe mulieres erant· quarū ſingule ardētes· ce
reos ardētes ī os eius & faciē īpingebāt· & p
eius interanea ardētes ſimiliter extrahebāt· Hic
hō ait angelus· fuit ī ſeculo ſue carnis amicuſ
& inimicus aīe ſue· luxurioſus uidelicet et gu
loſus· Cathedra nāqʒ ſignificat ꝙ potenſ fuit
in malitia· Amauit mulieres· & ideo maligni
ſpūs ī tali ſpecie toꝛquēt eū· Poſt hec uidēt ho
minē quē teterrimi ſpūs uiuū ex coꝛiabant· &
fricabāt cū ſale· & ſup craticulā aſſabāt· Hic ī=
q̇t angelus potens fuit· & crudelis ī ſubditos
Poſt hec uident hoīem ſup equū ardentem· cli
peū igneū gerentē· q̇ ſup collū equi capꝛā fere
bat· et ad caudam equi ſui habitū monachi tᷣ=
hebat· Hic inq̇t angelus paup hō fuit· ſemp de
rapina vixit· Inter cetera rapuit capram vnaʒ
a quadā paupe muliere· Circa finē uite ſue uo
luit fieri monachus· non tn̄ uere penitendo· ſʒ
ut ignominiā ſuā parump tegeret· Cogitabat
aūt ꝙ ad uitā pꝛioꝛē rediret· ſi uiueret· et ideo
trahit religionis habitū ſicut rē quā puſpende
bat· Capra aūt & clipe9 toꝛmēta ſūt ſue dān̄a
tionis· Poſt hec uident diuerſaſ pſonas religi
oſas monachoꝝ· monialiū· epoꝝ· ſacerdotuʒ·
ac etiā clericoꝝ· Quoꝝ q̇dam ridebant· cachin
nabāt· alii conuiciabantᷣ· alii gule ſatiāde ſtu=
debant· alii libidini ſue cōplende uacabāt· nō
quia poſt moꝛteʒ ſint ibi hmōi uoluptates· ſed
ad maioꝛē confuſionē ſuā· & toꝛmentū· pteri
toꝝ ſuoꝝ criminū ſimilitudines repſentant·
demonibus ad h̄ eos cogētibus· Qui etiā poſt
moduʒ pcutiebant eos de fuſtibus ſup capita
ſua uſqʒ ad excuſſioneʒ cerebꝛoꝝ· & eiectioneʒ
oculorū· et h̄ inceſſanter agebant· Vidit etiaʒ
alia gn̄a toꝛmentoꝛuʒ· miro mō diuerſimode
diſpoſita· ſc̄m diuerſitatē uariā pctōꝝ·

## DE VISIONE QVADAM TVNDALI·

ANno dn̄i milleſimo centeſimoqua
drageſimonono· Oſtenſa fuit hec
viſio q̇ ſequitᷣ· In hybernia fuit hō
Tundaluſ nomīe· nobilis gn̄e· cru
delis in ope· foꝛma coꝛpoꝛis egregius· foꝛtitu=
dine robuſtus· de ſalute aīe ſue nihil ſollicit9·
grauiter ferēs ſi q̇s eū de ſalute aīe ſue ul' bre=
uiter āmonebat· eccleſiam negligebat· paupes
xp̄i nec uidere uolebat· ſcurris & ioculatoꝛib9
q̇cquid hēbat· ꝓ vana gloꝛia tribuebat· Hic in
domo ſodalis ſui uolens cibū ſumere· repente
pcuſſus inuiſibiliter· manum quā extenderat
ad os ſuū· non potuit replicare· Clamanſqʒ ter
ribiliter· ſe moꝛi teſtatus eſt· Statimqʒ coꝛruit
corpus eius uelut moꝛtuū· oīm membꝛoꝝ offi
ciis deſtitutū· aſſūt om̄ia ſigna mortis· accur=
rit familia· collitur cibus· exclamant armigeri
ploꝛat hoſpes· coꝛpus extenditᷣ· pulſantᷣ ſigna
cōuenit clerus· miratur popul9· totaqʒ ciuitas
ſubita boni militis moꝛte turbatᷣ· Ab hora de=
cia ī quarta feria uſqʒ ad eandē hoꝛā in ſabba
to· ſicut moꝛtuus iacuit· qꝛ tn̄ caloꝛ modicuſ ī
ſiniſtra pte pectoꝛis a diligenter palpantibus
ſentiebatᷣ· eū ſubterrare noluerūt· Poſt hec re
ſumpſit ſpm̄· & debili flatu q̃ſi p vnius hoꝛe·
ſpaciū reſpirare cepit· & mirantibus cūctis de
bilitᷣ circūſpicere· Interrogatus ſi cōmunicare
uellet· petiuit hūiliter afferri ſibi coꝛpus dn̄i·
Quo deuote ſumpto· cepit cū gratiarū actiōe
laudare deū· & dicere· O deuſ eterne maioꝛ eſt
miſericoꝛdia tua q̃ʒ iniquitaſ mea· licet magna
ſit nimis· Quātas oſtendiſti mihi tribulatio=
nes multas & malas· & conuerſus uiuificaſti
me· & de abiſſis terre iterū reduxiſti me· Sta=
timqʒ ſub teſtamēto om̄ia q̇ habebat diſtribu=
it· & dedit paupibus· vitā priſtinam funditus
ſe relicturū deuouit· ac cūcta q̇ uiderat & paſ=
ſus fuerat ad dei laudē & audientiū utilitatē

retulit·ita dicens·Cũ aĩa mea coꝛpus exueret·
& illud moꝛtuũ iã crederet·reatus ſui conſcia
foꝛmidare cepit·& tremere·ſꝫ qd ageret neſcie
bat·Timebat enĩ·ſꝫ qd tieret ignoꝛabat uolenſ
ad coꝛpus redire·intrare nõ poterat·foꝛas ex=
ire nõ audebat·qꝛ ubiqꝫ timebat·Flens igitur
& tremebunda·& qd ageret neſcia·& ĩ nullo
cõfidens niſi ĩ dei miſericoꝛdia·Tandeꝫ uidit
ad ſe tantã demonũ multitudinẽ uenientẽ·ut
non ſolã totã domũ & eius atriũ·ſꝫ etiã uicos
& plateas ciuitatis impleret·& miſerã animã
circũdantes dixerũt·Cantemꝰ huic miſere aĩe
debitũ moꝛtis canticũ·qꝛ filia moꝛtis eſt·& ci
bus ignis inextinguibilis·inimica lucis·& te=
nebꝛaꝝ amica·Et cõuerſi ad eã·ſtridebãt den
tibus ĩ ipſam·dicenteſ·Ecce miſera populꝰ quẽ
elegiſti cũ qbus ineternũ arſura·intrabis ĩ in=
fernũ·Nutrix ſcãdali·amatrix diſcoꝛdie·quã
& nos amamus·q̃re mõ non ſupbis·q̃re non
adulteraris·vbi eſt vanitas tua·inepta letitia·
ĩmoderatus riſus·vbi eſt foꝛtitudo tua q̃ pluri
mis inſultabas·Quare mõ nõ annuis oculis·
teriſ pede·digito loqueris·prauo coꝛde machi
naris malũ·ſicut ante ſolebas ĩ uanitatibus et
lecacitatibꝰ tuis·Cũ h̃ & ſimilia diceret·uidit
a longe q̃ſi ſtellã luciditſimã ad ſe uenientem
ĩ quã ſtatim ĩfatigabiles fixit intuitus·ſperãs
ſe p eã aliquod ſolatiũ pceptura͂·Erat aũt ãge
lus eius·Qui cũ appꝛopinquaſſet ſalutauit eũ
noĩe ꝓpꝛio dicens·Aue Tundale·Videns ille
iuuenẽ ſpecioſũ nimis·& audiẽs ſe ꝓpꝛio no=
mie ſalutatũ p̃ timoꝛe ſimul & gaudio ſic rñ=
dit·Heu dñe pater·doloꝛes inferni circũdede
runt me·p̃occupauerũt me laquei moꝛtiſ·Cui
angelus·mõ me uocas dñm & patrẽ·quẽ ſem
per tecũ habens nũq̃ꝫ alias dignũ me tali noĩe
iudicaſti·Cui Tundalus·Dñe ubi umq̃ꝫ te ui
di aut dulciſſimã uocẽ tuam audiui·ad quẽ ã
gelus·Ego a natiuitate tua tecuꝫ ſemp erã·&
quocũqꝫ ibas·te ſequebar·& nũq̃ꝫ cõſiliiſ me=
is acquieſcere uoluiſti·Et extendens manum
in vnuꝫ ĩmundoꝝ ſpirituũ q̃ eis uerbis male
dicis ĩſultabãt·Ecce inq̃t ille cuius uoluntati
& cõſilio obtpabas·Sed aderit tibi dei miſeri
coꝛdia·quã tñ nõ meruiſti·Eſto igit̃ ſecura et
leta·qꝛ pauca de multis q̃ meruerаſ patieriſ·ſe
quere me·& quecũqꝫ tibi mõſtrauero memoꝛi
ter tene·qꝛ ad coꝛpꝰ tuũ iterũ reuerteriſ·Tũc
illa uehemẽter pterrita·ꝓpius acceſſit ad ãge=
lum·Demones h̃ audientes·& mala q̃ mina=
bant̃ ei inferre nõ poſſe uidẽtes blaſphemaue=
rũt·deũ iniuſtũ eſſe dicẽtes·qꝛ nõ ſicut ꝓmiſe
rat vnicuiqꝫ ſ̃m opera ſua reddebat·Poſt ĩ ſe
metipſos inſurrexerũt & plagis multis ſe pcu
tiẽtes·illũ cũ furoꝛe nimio & indignatione re
licto·cũ triſtitia receſſerũt·Angelus aũt dixit
ad animã·Sequere me·At illa rñdit·Heu dñe
mi·Si tu pceſſeris·iſti retro me rapiẽt·& eter=
nis ignibus tradent·Ad quã ãgelus·Ne timeas
qꝛ plures nobiſcũ ſunt·q̃ꝫ cũ illis·Si deus pro
nobis·q̃s cont̃ nos·cadent a latere tuo mille·
& decẽ milia a dextris tuis·ad te aũt nõ appro
pinq̃bit·Verũptñ oculis tuis conſiderabis·&
retributionem pctõꝛum uidebis·

¶ Simul aũt pgentes nullũqꝫ lumẽ p̃ter ipſi
us angeli ſplendoꝛem habentes·uenerunt ad
vallẽ ualde terribilẽ·tenebꝛoſaꝫ & opertã moꝛ
tis caligine·Erat aũt ꝓfunda & carbonibꝰ ar
dentibus plena·ſup os anguſtũ opculũ ferre=
um habens ſpiſſitudinis ſex cubitoꝝ·qȯ ardo
re nimio ipſos carbones ſupabat ardentes·cu
ius fetoꝛ oĩes·quas anĩa umq̃ꝫ fuerat exper=
ta tribulationes ſupabat·Super illã laminam
deſcendebat magna multitudo infeliciũ anĩa
rũ·& illic cremebant̃·donec ad modũ cremii ĩ
ſartagine liq̃ſcerent·Et qȯ erat grauius·p illã
laminã colabant̃·ſicut colat̃ cera p pannũ·Et
iterũ ĩ carbonibꝰ igneis ardẽtibus renouabãt̃
ad toꝛmentũ·Et poſt h̃ ait angeluſ·Ducemur
ad maioꝛes·Hec erat pena patricidaꝝ·fratrici
daꝝ·& homicidaꝝ·Tu aũt licet homicida ſis
mõ tñ nõ iſtã patieris·Poſt hoc uenerunt ad
montẽ mire magnitudinis·hoꝛroꝛis magni·
& vaſte ſolitudinis·q̃ tranſeũtibus anguſtuꝫ
valde p̃bebat iter·Ex una pte montis huius·
erat ignis putridus·ſulphureus·& tenebroſꝰ
Ex altera pte nix glacialis·& uentus hoꝛribi=
lis·Erat mons ille toꝛtoꝛibus plenuſ·q̃ furcaſ
ferreas ignitaſ habebãt et tridẽtes acutiſſimoſ
q̃bus iugulabant aĩas tranſire nolẽtes·& t̃he
bant ad penas·& p uices de niue et grandine
mittebant in ignẽ·& ecõuerſo·Hic eſt inquit
ãgelus pena inſidiatoꝝ & pfidoꝝ·Poſt h̃ aĩa
cũ timoꝛe ſequẽs angelũ p̃cedentem·uenit ad
vallem tenebꝛoſam & hoꝛridã·cuius ꝓfundi=
tatẽ ipſa uidere non poterat·ſonitũ tñ ſulphu
rei fluminis·& ululatũ in eo patientiũ audie
bat·Fumus uero de ſulphure & cadaueribus
adeo fetidus exalabat·q̃ oĩes penas q̃s ante
viderat aĩa ſupabat·Angelꝰ aũt cõſolans ani
mã tremebundã·ait·Hec eſt pena ſupboꝝ·ab
hac quidem liberaberis·ſed alia patieris·

¶ Precedente angelo·ꝓfecti ſũt in uiã tene=
bꝛoſam·toꝛtuoſam·& difficilẽ nimis & cũ mĩ
tũ laboꝛaret aĩa ambulando p tenebras·uidit
beſtiã incredibili magnitudĩe & hoꝛroꝛe ĩtole
rabilẽ·q̃ maioꝛ erat oĩbus mõtibus quos ante
viderat·oculi eius q̃ſi colles igniti·os eius ual
de patens & aptũ·uidebat̃ poſſe ſimul capere
nouẽ milia hoĩm armatoꝝ·flãma ĩextinguibi
lis ex oꝛe eius exibat·& fetoꝛ incompabiliſ·et
planctus multitudinis eiulantis de uẽtre eiuſ
p idem os audiebat̃·Intus enĩ erãt multa mi=
lia viroꝝ ac mulieꝝ dura toꝛmenta ſuſtinen=
tiũ·Ante os eiꝰ immũdoꝝ ſpũum ſtabat ma
xima multitudo aĩas ĩ os eius intrare cogentiũ
& eas añq̃ꝫ intrarẽt·multis plagis & uerberi=
bus affligebãt·Cũ aĩa Tundali monſtrũ tam
hoꝛribile cõſpexiſſet·nimis pterrita dixit ad ã
gelũ·Dñe q̃re illuc appꝛopinq̃s·dixit ei ange=
lus·Iter nr̃m aliter explere nõ poſſumus·Hec
beſtia uocat̃ acherons·& deuoꝛat omnes aua
ros·De hac ſcriptum eſt·Abſoꝛbebit fluuiũ &
nõ mirabit̃·& hẽt fiduciã ꝙ influat ioꝛdanis

in os eius· Et cū hec dixiſſet angelus p̄cedens
ſtetit ante beſtiā· & aīa licet nolens ſequebat̄
eū· Et cū ſimul ſtarēt an̄ beſtiā· āgelo diſpen=
te anīa ſola reman̄ſit· Demones autē cōtinuo
circūdederūt eā· ſicut canes rapidi· et flagellatā
traxerūt eam in uentrē beſtie· vbi multa paſſa
eſt· morſus & lacerationes canū· vrſoꝝ· leonū
ſerpētuꝫ· & aliaꝝ innūabiliū beſtiarū· & igno
toꝝ mōſtroꝝ ferocitatē & demonum ictus ar
dorē ignis· fetorē ſulphuris· caliginē oculorū·
fluxū lacrimarū ardentiū· ſtridorē dentiū· co=
piā tribulationū· Ibi ſe miſera aīa de pc̄tis pre
teritiſ accuſabat· et p̄ triſtitia nimia et deſpati
one· genas ꝓpas lacerabat· Et cū ſe putarꝫ ibi
eternalit̄ eſſe dānandā· neſcia quo ordine ſubi
to ſe extra beſtiā eſſe ſenſit· Et lōgius a beſtia
iacens debilis aperiens oculos ꝓpe ſe uidit an
gelū lucis ductorē ſuū· Gaudenſ illa licet affli
cta nimis· cepit deū de ſua miſericordia collau
dare· Quā angelus tangens· eam cōfortauit·

¶ Cūqꝫ irent ulterius per loca tenebroſa &
horrida· apparuit domus q̄dā maxīa q̄ſi q̄daꝫ
mons arduus· rotunda· q̄ſi furnus· Inde flam
ma ꝑ mille paſſus exibat· q̄ omēs anīas q̄s iue
nire poterat· cōburebat· Quā uidens aīa· dixit
ad angelū· Ecce appropinq̄mꝰ ad portas mor
tis· Heu quis me miſerā liberabit· rn̄dit ange
lus· ab hac q̄dē exteriori flamma liberabis· ſed
ipām domū de q̄ ꝓcedit intrabis· Et cū ꝓpius
acceſſiſſent· viderūt carnifices cū ſecuribꝰ cul=
tris biſacutiſ· dolabris· & crebris falcibꝰ & for
cipibus acutiſſimis· vangis foſſoriis et ceteriſ
inſtrumētis q̄bus aīas excoriare· decollare· ſci=
dere· uel truncare poterāt· In medio flāmaruꝫ
ſtantes· & ſub manibus eoꝝ multitudinē aīa
rū· hec om̄ia ſuſtinentiū· Qȯ uidēs Tundalꝰ
dixit ad angelū· Obſecro dn̄e ab hoc ſolo ſup
plicio me libera· & ceteris omnibus q̄ poſt hec
occurrent me tradi cōcedo· Cui angelus· Hoc
eſt maius ſuppliciū qȯ hactenus uideris· ſꝫ ad
huc uidebis vnū maius· Intra iſtū ſuppliciuꝫ·
qꝛ canes rabidi te expectant· Tundalus auteꝫ
tremens· et p̄ anguſtia totuſ deficiēs· rogabat
ne intraret· ſꝫ nō ꝓfecit· Demones aūt uiden=
tes eū ſibi eſſe conceſſum· circūdederūt eū· &
multis cōuitiis exprobrātes· cū ſup̄dictiſ iſtru
mentis euꝫ ī fruſta diſcerpſerūt· In hac domo
erat gemitus in triſtiria· fletus & ſtridor den
tiū· lentus ignis extrinſecus· ſꝫ intrinſecus va
ſtum incendiū· auiditas inexplebilis ibi erat·
nec poterat gule voracitas ſatiari· verenda lo=
ca doloribus ꝑmaximis torq̄bat̄· Pudēda ipſa
corrupta putredine· ſcaturire uermibꝰ uidebā
tur· In ipā quoqꝫ verenda viroꝝ ac mulierū n̄
ſolū ſeculariū· uerū etiā religioſoꝝ· dire q̄daꝫ
intrabant beſtie· ibiqꝫ aīa Tundali ſe iuſte pa
ti talia fatebat̄· Sed quādo deo placuit neſcia
quo ordīe ſe extra tormēta eſſe cognouit· Se=
dens aūt in tenebris & umbra mortis uidens
angelū ſuū· dixit· Heu dn̄e mi· vbi eſt qȯ audi
uimus· miſericordia dn̄i plena eſt terra· rn̄dit
angelus· Hec ſententia multos decipit· Deus
enī licet ſit miſericors· tn̄ & iuſtus eſt· Multa
iudicat plura condonat· tu iuſte paſſuſ es· q̄cū
qꝫ ſuſtinuiſti· Sed tunc gratias ages deo· q̄n
videbis q̄nta ꝑ dei miſericordiaꝫ euaſiſti· Ideo
enī iuſti qui penas non patiunt̄ poſt mortem
ad uidendū tn̄ illas aducunt̄· ut viſis tormētiſ
a q̄bus ꝑ dei miſericordiā liberāt̄· magis inar=
deſcant ī amorē dei & in laudē eius aſſurgāt·

¶ Ceterū uidit Tundalus beſtiaꝫ ceteris q̄s
ante uiderat longe diſſimilem· duos pedes &
duas alas habentē· collū longiſſimū· roſtrum
ferreū· & ungulas ferreas· de cuius ore flāma
inextinguibilis eructuabat̄· Sedebat aūt h̄ be
ſtiā ſuꝑ ſtagnū glacie cōdenſuꝫ· & deuorabat
aīas· q̄ in uentre eius ꝑ ſuppliciū redigebant̄ ī
nihilū· Et iterū ꝑiebat eas in ſtagnū glacie cō
gelatū· ibiqꝫ renouabant̄ iterū ad tormentum
Impregnabant̄ uero omēs anīe tam viroꝝ q̄ꝫ
mulierū q̄ deſcendebant ī ſtagnū· ibiqꝫ graui
de p̄ſtolabant̄ tpſ ad partū· Intus autē morde
bant̄ a ꝓle genita more uipeo ſicqꝫ vegetabāt̄
miſere ī unda frigida mortui maris glacie cō
creta· Cūqꝫ tpus eſſet ut parerēt· clamantes re
plebant inferos ululatibus· Et ſic ſerpētes pa=
riebant· nec ſoluꝫ femine· ſꝫ & uiri ꝑiebant· Et
hoc non ꝑ membra ad hoc naturaliter inſtitu
ta· immo etiā ꝑ brachia ſimul & pectora· Exi=
bantqꝫ ꝑ cuncta membra· beſtie erumpenteſ·
habētes capita ferrea & ardentia· & roſtra acu
tiſſima· q̄bus ipā vnde exibāt· corꝑa lacerabāt·
In caudis aūt ſuis habebant multos aculeos·
q̄ quaſi hami retro retorti· ipāſ a quibꝰ exibāt
aīas pungebāt· Ille nāqꝫ beſtie uolentes exire
cū caudas ſuas non poſſent ſecū trahere· ī ipā
corꝑa vnde exibant roſtra ſua ferrea & ardē=
tia retorquere nō ceſſabant· donec ea uſqꝫ ad
neruos· et oſſa arida conſumerēt· Et ſic ſimul
cōclamantes· ſtridor glacieꝝ inundantium &
vlulatus aīaꝝ talem penā ſuſtinentiuꝫ· & mu
gitus beſtiaꝝ ab eiſ exeuntiū ꝑueniebāt ad ce
lū· Erant enī in om̄ibus diuerſis membris &
digitis· diuerſaꝝ capita beſtiaꝝ q̄ ipā membra
mordebāt uſqꝫ ad neruoſ et oſſa· Habebāt aūt
linguas uiuas in modū aſpidū· q̄ totum palla=
tū & etiā arterias conſumebāt uſqꝫ ad pulmo
nes· Verenda quoqꝫ ipā viroꝝ ac mulieꝝ erāt
in ſimilitudine ſerpentū· q̄ inferiores ꝑtes uē=
tris lacerabant· & ipā uiſcera inde extrahere ſa
tagebant· Tunc ait angeluſ· Hec eſt pena mo
nachoꝝ· ſanctimonialiū· canonicoꝝ ac aliorū
eccleſiaſticoꝝ viroꝝ· q̄ mentiri deo ꝑ tonſuraꝫ
& habitū noſcunt̄· q̄ linguas exacuerūt ſic̄ ſer
pentes· & membra ſua nō cohibuerūt ab īmū
dis opibus· Hanc penā ſuſtinebūt· q̄ immode
rata luxuria ſe polluunt· & ideo iſtā te ſuſtinē
oportet· Hiis dictis demones eā cū impetu ra
puerūt· & deuorandā beſtie tradiderūt· Cum
aūt poſt p̄dicta tormenta eſſet in parcu vipe=
raꝝ· affuit ei angelus lucis· et tangens eam ſa
nauit· & ſe ſequi precepit·

¶ Preter ſplendorē aūt angeli nullū lumen
habentes· ꝑgebant per loca terribilia & multo

prioꝛibus diriora·via valde cõbuſta et quaſi a
cacumie montis altiſſimi tendente in ꝑcipiti
um·Quãto aũt plus illa aĩa deſcendebat·tãto
minus ad uitã reditũ ſperabat·Dixit autẽ aĩa
ad angelũ·Dñe·quo imus·rñdit ãgelus·Hec
uia ducit ad moꝛtẽ;·Et aĩa·Quid eſt ergo qḋ
dictũ eſt·Lata et ſpacioſa eſt uia que ducit ad
moꝛtem·& multi ſunt q̃ intrant ꝑ eã·cũ hic ꝑ
ter nos nemĩnẽ uideamus·rñdit angeluſ·Nõ
de iſta dictũ eſt h·ſ; de impudica et illicita ſecu
lari·q̃ ducit ad iſtã·Euntes aũt longius & ul
tra modũ laboꝛanteſ·venerunt in uallẽ fabro
rũ·Ibiq; uiderunt fabricaſ·in q̃bus maximus
audiebat᷑ luctus·Tũc ait angeluſ·Toꝛtoꝛ iſte
vocat᷑ uulcanus ꝑ cuius ingeniũ multi coꝛrue
runt·& ab iṗo cruciant᷑·Ait autẽ anĩa·Dñe ſi
debeo pati eius ſupplicia·debes inq̃t·Quo di=
cto·ploꝛans ſequebat᷑ eũ·Et ecce toꝛtoꝛes cum
ignitis foꝛcipibus angelo ſancto nihil dicente
ceperũt eam·& ꝓiecerunt in caminũ igniſ ar
dentis & ſufflantes follibus·ſicut ſolet ferru;
i foꝛnace cõflari·ita examinauerũt eã·Sic enĩ
conflabant anĩas que patiebant᷑ ibi·donec ad
nihilũ redigerent᷑·Cũq; ita liq̃fierent ut nihil
niſi aque apparerent·iugulabant᷑ tridentibuſ
ferreis·& poſite ſuꝑ incudẽ ꝑcutiebant᷑ malle
is·donec uicene uel tricene uel etiã centene re
digerent᷑ in maſſam vnã·Sicut ſcriptũ ẽ·ꝓũ·
xix·Data ſunt deriſoꝛibus ſupplicia & mallei
ꝑcutientes ſtultoꝝ coꝛpibus·Et tñ qḋ graui⁹
eſt·nec ſic pereũt·Deſiderant enĩ moꝛtẽ & in=
uenire non poſſunt·Loquebant᷑ aũt toꝛtoꝛes
ad inuicẽ·dicẽteſ·Nunq̃d ſufficit Et alii ĩ alia
fabrica rñdebant·ꝓiicite nobis·& uideamus
ſi ſufficit·Et alii accipiebant eos cũ foꝛcipibuſ
ferreis añq; terram tangerent·Et ſic ꝑmi·ita
& iſti eas ignibus trudebant·Et ita miſere ꝓii
ciebant᷑ mõ huc mõ illuc·& cõburebant᷑ ubiq;
donec ſimul pelles·carnes·& oſſa·& nerui re=
digerent᷑ in fauilla; & flammam ignis·Poſt
multas paſſiones affuit aĩe Tundali ductor
ſuus & apprehendẽs eam de medio fauille di=
xit·Quo uales·Nũq̃d tam dulcia fuerũt tibi
carnis oblectamenta·ut ꝓ eis tot & tanta ſu
ſtinere deberes·Ille penituſ rñdere nõ poterat
q᷑ poſt tantũ ſuppliciũ vires ad loquendũ nõ
habebant·Et tunc angelus ait ei·Confoꝛtare
q᷑ dñs deducit ad inferos et reducit·Quãuis
enĩ magna ſint q̃ nũc uſq; paſſa es·maioꝛa tñ
ſũt a q̃bus ꝑ dei miſericoꝛdiã liberaberis·Nõ
dũ enĩ uidiſti·nec ꝑueniſti ad inferos & infe=
rioꝛes·Et moꝛe ſolito tangẽs ea; & cõfortans
preceſſit·

Cunq; ſimul ꝑgerent & incedentes ſmo
cinarent᷑ ecce ſubitus hoꝛoꝛ·frigus intolerabi
le·& fetoꝛ·& tenebre ꝑoꝛibus incõpabiles·tri
bulatio & anguſtia·aĩam inuaſerũt ita ut oĩa
fundamenta terre uiderent᷑ ſibi cõtremiſcere·
& angelo ꝑcedenti cõpulſa eſt dicere·Heu do
mie mi·q̃d eſt ꝙ moꝛe ſolito ſtare nõ poſſum
Quo dicto·ꝑ nimia foꝛtitudine non potuit ſe
mouere·Et ecce angelus cito diſꝑuit·et eũ am
plius uidere non potuit·ſtatiq; deſꝑare cepit·
Audiuit aũt clamoꝛes & ululatus mire multi
tudinis·& tonitruũ tam hoꝛribile·ut nec ꝑui=
tas nr̃a potuerit capere·nec eius lingua narra
re·Circũſpiciens ergo ſi q̃uo uidere poſſet·vñ
uenerat·uidit foueã quadratã uel q̃drangulã
q̃ſi cyſternã q̃ puteus flãme & fumi putrida;
emittebat colũnam·q̃ colũna excẽdebat᷑ uſq;
ad celos·& ĩ iṗa columna erat multitudo aĩa=
rũ & demonũ moꝛe fauillaꝝ cũ flãma aſcẽdẽ
tium·& ad nihilũ redacte·cadebant iteru; cũ
demonibus in foꝛnacẽ uſq; in ꝓfundũ·Quo
uiſo aĩa Tundali uolebat ſe retro retrahere·ſ;
pedes a terra non poterat eleuare·Et cũ ſepiuſ
temptaſſet·& tñ non poſſet·in ſemetipam ex
arſit·& nimio furoꝛe repleta·genas ꝓpꝛias la
cerabat·clamans & dicens·Ve mihi q̃re non
moꝛior·que me decepit dementia·Audientes
hec demones q̃ cũ flãma aſcendebãt circũdan
tes ea; cũ inſtrumentis q̃bus rapiebãt aĩas ad
toꝛmẽta dixerũt·O miſera aĩa peniſ & cruci=
atib⁹ digna·Vñ huc ueniſti·nil ad huc expta
es·Adhuc uidebis dignũ opibus tuis toꝛmen
tum·de quo nec exire poteriſ·nec perire·ſ; ſẽꝑ
in cruciatu uiuenſ ardebiſ ſine refrigerio ſine
lumine·ſine cõſilio & auxilio·et ſine om̃i con
ſolatione·nullã deinceps miſericoꝛdiã ſperare
poteris·Appꝛopinq̃ſti enĩ uſq; ad poꝛtas mor
tis·& inferis inferioꝛibus ſine moꝛa p̃ñtabeiſ
Qui te huc adduxit·iṗe te decepit·liberet te ſi
poteſt de manibus nr̃is nõ uidebis eũ ãplius·
Et dicebant ad inuicẽ·Quid adhuc moꝛamur
Trahamus eã ad luciferũ deuoꝛandam·Et ſic
arma uibranteſ·minabant᷑ ei moꝛtẽ eternam·
Ipſi autẽ demones erant nigri ſicut carbones·
Oculi eoꝝ ut lampades ignis ardentes·Dẽteſ
eoꝝ·niue cãdidioꝛes Caudas habebãt ut ſcor
piones·Vngues ferreos acutiſſimoſ·Alas ut
vultures·Interea affuit angelus lucis·q̃ fuga
tis ſpiritibus tenebraꝝ cõſolatus ẽ reã ſuam·
dicẽs·Gaude & letare filia lucis·q᷑ miſericoꝛ=
diã cõſequeris·penas q̃dem magnas uidebis·
ſ; eas mĩme patieris·Veni & oſtendã tibi peſ=
ſimũ humani generis inimicum·

Appꝛopinquãs aũt anĩa uidit principẽ te
nebraꝝ in ꝓfundũ inferni·Que aũt & quãta
vidit ibi·explicari non poſſent·Ibi uiſus ẽ prĩ
ceps dyabolus q̃ magnitudine ſua om̃es beſti
as quas Tundalus ante uiderat·excedebat·cu
ius quãtitati nihil eoꝝ que uiderat·cõpare ſci
ebat·Erat illa beſtia nigerrima ſicͭ coꝛuus·for
mã habẽs humani coꝛpoꝛis a pedibus uſq; ad
caput·Excepto ꝙ plurimas habebat man⁹·ñ
minus ſc; q̃; mille centũ cubitos hñs in altitu
dine·In groſſitudĩe uero·decẽ·Vna queq; ma
nus vicenos digitos habebat·& digiti hẽbant
in longitudine centenas palmas·In groſſitu=
dine uero·denas·Habebat vngues ferreos tã
in manibus q̃; in pedibus lanceis militũ groſ
ſioꝛes & etiã longioꝛes·Roſtrũ eius nimis lõ
gum & groſſũ·Cauda eius aſꝑima & longa·
ad nocendũ aĩabus aculeis acutiſſimis ꝑpata·

Iacet aūt illud monſtrū hoꝛribile ſup cratē fer
ream ſuppoſitis ardentibus prunis ab inuūa
bili multitudine demonū follibus ſufflantiuꝫ
ſuccenſa·Circūdat aūt illū tāta multitudo aīa
rū & demonū ꝙ nulli eſſet credibile ꝙ mun=
dus tot aīas a ꝓncipio potuiſſet habere·Liga=
tus eſt aūt ille hoſtis antiquus ꝑ ſingulas mē
broꝝ iūcturas·cathenis ferreis et ereis ignitiſ
& ualde groſſis·Cūqꝫ ſic uerſat̄ in carbonibꝰ
& vndiqꝫ coartat̄· nimia exardeſcēs ira vertit
ſe de vno latere in aliud·& oīes manus ſuas
in illā multitudineꝫ aīaꝝ extendit·eaſqꝫ reple=
taſ aīabus conſtringit· Sicut ruſticus ſitiens
racemos opꝓmit ut inde uinū·eliciat in tm̄ ut
nulla ſit ibi aīa ꝗ non in illa cōſtrictiōe ꝓuet̄
capite·uel pedibus uel manibus·& tunc ſuſpi
rans ſufflat & ſpergit aīas ī diuerſas partes ge
henne·& ſtatim eructuat puteuſ ille de quo ꝓ
diximus fetidā atqꝫ hoꝛribileꝫ flammā·Et cū
anhelituꝫ ſuuꝫ retrahit dira illa beſtia·retrahit
ad ſe oīes aīas q̄s ante diſperſerat·& cum fu
mo & ſulphure ī os eius cadēteſ deuoꝛat·Sed
& q̄cunqꝫ manus eius effugiunt ne ſtringāt̄
ꝑcutit illas cū cauda ſua· Et ſic miſera beſt ia
ꝑcutiens ſemꝑ ꝑcutit̄ & toꝛmēta oībus infe
rens·ſup oīes in toꝛmentis oībus cruciat̄·
Tunc ait angelus ad aīam·Hic eſt lucifer ꝓn
cipiū creaturaruꝫ dei·ꝗ uerſabat̄ in deliciis pa
radyſi·Qui ſi ſolutus fuerit· celū ſimul & trā
uſqꝫ ad inferos ꝑturbaret·Hii aūt ꝗ cū eo ſūt
ꝑtim ſunt filii tenebraꝝ·ꝑtim filii ade·& iam
iudicati ſunt·ac multos alioſ expectant·ꝗ uel
xp̄m negauerūt·uł negantiū oꝑa fecerūt·Hic
ſunt ꝓlati & principes mali·de q̄bus ſcriptum
eſt·Potenteſ potent̄ toꝛmēta patient̄ ꝗ ſcilicet
nō bene vſi ſunt ꝑtāte ſibi a deo cōceſſa· Hic
aūt princeps tenebraꝝ dicit̄· nō ꝓpter poten=
tiā quā habeat·ſꝫ ꝓpter ꝓmatū quē tenet in te
nebꝛis·Oīes aūt alie pene quāuis ſint maxi=
me·aſpectu huius ꝓ nihilo cōputant̄·Ad hec
aīa·uerū eſt·Nam uidere tm̄mō locū iſtū ma
gis me cōturbat·& fetoꝛeꝫ eius ſuſtinere plus
me grauat·q̄ꝫ pati oīa ꝗ ante patiebar· Vn̄
rogo ut ſi poteſt fieri·hinc me cito ſubtrahaſ·
& hic me cruciari ampliꝰ nō ꝑmittas· Hic enī
uideo multos notos & ſodales meoſ quos me
cū in ſeculo gaudebā habere ſocios· quoꝝ hic
conſoꝛtiū multū ꝑhoꝛreſco· Scio auteꝫ ꝓcerto
ꝙ niſi mihi gratia diuina ſuccurrat·pc̄tiſ me=
is exigentibus nō minus iſta patiar q̄ꝫ ipi·ad
quā angelus·veni O felix aīa conuertē in req
em tuā·qꝛ dn̄s benfecit tibi·Non enī iſta pati
eris·neqꝫ amplius h̄ uidebis·niſi iſtoꝝ ꝗ uidi
ſti oblita·& iuſtitiam dei non uerita pc̄tis ite
rū īplicueris· ¶ In noīe dei ſummi regis regū·

VISIO KAROLI CALVI DE TORMENTIS INFERNI·

Ego karolus impatoꝛ dei dono rex
germanoꝝ·patricius romanoꝛuꝫ·
atqꝫ impatoꝛ francoꝛum·ſacra no
cte diei dn̄ice poſt celebratum no=
cturnarū hoꝛarū diuinū officiū dū uellē ſom
nū capere·uenit ad me vox terribilit̄ mihi dicēſ·
Karole·exiet a te mō ſpūs tuus ī hoꝛa nō mo
dica·Statimqꝫ fui raptus ī ſpū·& ꝗ me ſuſtu
lit erat candidiſſimus·tenens ī manu ſua glo
merē lineū·clariſſimū ad iſtar lumīs emicantē
ſicut ſolent comete facere qn̄ apparent·Incipi
enſqꝫ illud diſſoluere dixit ad me·Accipe filū
glomeriſ emicantis· & liga & noda foꝛtit̄ in
pollice dextre manus tue·qꝛ ꝑ illū duceris ī la
borintheaſ infernoꝝ penas·Hoc dicto ꝓceſſit
me ueelociter diſſoluens filū luciflui glomeris
duxitqꝫ me in pꝛofundiſſimas valles igneas
que erant plene puteis ardentibꝰ·pice·ſulphu
re·plūbo·cera·& adipe·Ibiqꝫ inueni pontificeſ
patris mei·& auūculoꝛum meoꝛum·Quos cū
pauens interrogarem· cur tam grauia patie=
bant̄ ſupplicia·rn̄derūt·Fuimuſ ep̄i patris tui
& auunculoꝝ tuoꝝ·Et dum deberemus illos
& ipoꝝ populū de pace & cōcoꝛdia admonere
ſemīauimꝰ diſcoꝛdiaſ et fuimꝰ monitoꝛeſ ma
loꝝ·Ideo nūc incendimur ī iſtis tartareis ſup
pliciis·& nos et alii hoīcidaꝝ et rapinaꝝ ama
toꝛes·Huc etiā & tui ep̄i & ſatellites uenient·
qui ſimilit̄ amant nunc facere·Et dū h̄ treme
bundus aſcultarē ecce nigerrimi demones ad=
uolantes·cū uncis igneis uolebant apꝓhendē
filū glomeris· quē in manu tenebā & ad ſe at
trahere·Sed reuerberantibus radiis illius· nō
valebant illū attingere·Deinde poſt tergū cur
rentes uoluerūt me in ipos puteos ſulphureos
ꝓcipitare·Sed ductoꝛ meuſ traxit me ad ſe foꝛ
titer·Et ſic aſcendimus ſup montes igneos al
tiſſimos· de q̄bus oꝛiebant̄ paludes & flumīa
feruentia & omnia gn̄a metalloꝝ bullientia·
Vbi repperi innūas aīas hoīm & principū pa
tris mei·& fratrū meoꝝ·Quaꝝ alie q̄dem ꝓci
pitate erant uſqꝫ ad capillos·alie uſqꝫ ad men
tū·alie uſqꝫ ad umbilicum· Et clamauerūt ad
me eiulando·Dū viximus amauimuſ·tecū cū
patre fratribus· & auunculis tuis facere ꝓlia·
hoīcidia & rapinas ꝑ cupiditatē terrena· Ideo
in iſtis bullientibus flumībus & diuerſis me=
talloꝝ generibuſ nunc toꝛq̄mur·Et cū adhuc
timidus accederem·audiui poſt me aīas accla
mare·Potētes potenter toꝛmenta patient̄· Et
reſpiciens uidi ſup ripas flumīs bullienteſ foꝛ
naces igneas·piceas·& ſulphureas·plenas ma
gnis draconibus·ſcoꝛpionibus·et ſerpentibuſ
gn̄m diuerſoꝝ·vbi etiā uidi aliquoſ patriſ fra
trū·& auūculoꝝ meoꝝ prīcipes·dicētes mihi·
Heu nobis Karole·vides q̄nta ſuſtinemꝰ toꝛ
menta ꝓpter malitiā & ſupbiam nr̄am·& ma
la conſilia ꝗ regibus nr̄is & tibi dedimus ꝓ=
pter cupiditatē·Cūqꝫ dolendo congemiſcerē·
accurrerūt ad me dracones aptis faucibus ple
nis igne·ſulphure·& pice·uolētes me trāſglu
tire· Sed ductoꝛ meus liberauit me· ualidius
inde trahens·Et deſcendimꝰ ī uallē q̄ndā·que
ex vna ꝑte erat tenebꝛoſa·et ardenſ ſicut cliba
nus ignis·Ex altera uero tam ameniſſima &
ſplendidiſſima·ut nulla rōne valeam explicaē
Verti me cōtra tenebꝛoſā ꝑtem & flāmiuolā·

ibiqꝫ vidi aliquos reges de gn̄e meo ī magnis
ſuppliciis deputatos· Tunc anguſtiat⁹ nimis
putaui me ſtatim in illis ſuppliciis demergen
dū a gygantibus nigerrimis q̄ ipam vallē cō=
flabant diuerſis gn̄ibus igniuꝫ· ſꝫ ꝑ dei mīam
liberatus ſū· Sicqꝫ poſt h̄ & alia multa q̄ uidi
reuerſus eſt ī me ſpūs meus ualde feſſuſ & cō
tritus· laudauiqꝫ dn̄m q̄ ſaluat ſperātes ī ſe q̄
ptātem habet uite & moꝛtis· q̄ ducit ad īferos
& reducit· ¶ Sed ſunt multi q̄ tales viſiones
cōtemnūt· nec referentibus eas credūt· eas ve
lut uiles fabulas deridentes· aut figmēta men
daciter admuēta· aut melancolicoꝝ vana ſom
nia· aut arreptitioꝝ inſanias reputantes· Nec
mirū ſi talibuſ fidē nō adhibēt· q̄ infernū eſſe
non credūt· uel ſi oꝛe vocalit̄ confitenᷓ· tamē
ſe credere· nec timere factis oñdunt· & fortaſ
ſis etiā oꝛe dicerēt· ſi auderēt· Btūs tñ Gre· iiii
dyal̄· & alii ſancti· talia credere nō dedignati
ſunt· & in ſcriptis legenda poſteris reliq̄runt·
Aduertendū ē tñ ꝙ multa deſcribunᷓ ibi cor
paliter· q̄ tñ ſpūalit̄ intelligenda ſūt· Sic patꝫ
de mōſtruoſa beſtia ſupius deſcripta ī uiſione
Tūdali & de luciferi figura hoꝛribili & ſtatu=
ra & multa talia que dicūᷓ ibi & in ſimilibus
ſil̄iter referunᷓ· Sicut ī ꝓphetis ſub figuris re
rū coꝛpaliuꝫ pluria deſignanᷓ· Et ī Apoc̄· fere
ꝑ totum etiā ſpūalia coꝛpoꝛeis ymaginibuſ fi
guranᷓ· q̄ non niſi ſpūaliter pn̄t intelligi· Sic
patet diligent̄ in ſingulis intuenti. Vtrū autē
ſint ibi vermes materiales & aīalia venenoſa
utpote dracones· ſerpētes· buffones· & hmōi ·
dicūt aliq̄ ꝙ non· qm̄ om̄ia bruta aīalia in cō=
flagratōe mūdanoꝝ igniū deſtruentur· ut di
ctuꝫ eſt· qm̄ taliū gn̄atio & coꝛruptio penitus
auferenᷓ· Alioꝝ ē opinio ꝙ erūt ibi hmōi aīa=
lia venenoſa· ut et hoꝛroꝛē ingerāt aſpectibuſ
impioꝝ· & doloꝛē inferant moꝛſibus dentiuꝫ
peſſimoꝝ & lacerationibus vnguiū acutoruꝫ·
Seruabūᷓ enī ibi talia diuina uirtute ad impi
os cruciandū· Qm̄ ſi ante cōſūmatōem mūdi
ſalamandra adhuc coꝛruptibilis exiſtēs aliq̄n
to tp̄e poteſt viuere ī igne· q̄ntomagis poſt iu=
diciū qn̄ oīa coꝛpa rerū erūt incoꝛruptibilia ui
uere poterūt in igne gehenne· Hoc aūt uiden
tur ꝑtendere tam ſcripture ſacre uerba q̄ꝫ plu=
rima· q̄ꝫ ſanctoꝝ· Hic etiā ſciendū eſt· ꝙ licet
ante iudiciū demoneſ toꝛquere dicanᷓ aīas im
pioꝝ ut iuſto dei iudicio· ſi ſint toꝛtoꝛes ī ſup
pliciis· qui fuerūt incētoꝛeſ in uitiis eiſqꝫ miſe
ri ſubiicianᷓ inuiti quoꝝ ꝑuerſis ſuaſionibus
volūtarie cōſentierūt· tñ poſt iudiciuꝫ cū ceſſa
bit om̄is ꝑlatio & euacuauerit deus om̄em ꝑn
cipatū· & ptātem non āplius toꝛq̄būt homieſ·
qꝛ recepta plena & oīmoda pena ſibi debita ꝓ
cūctis iniq̄tatibus eoꝝ fient ſocii repꝛoboꝛuꝫ·
Adeoqꝫ erūt ꝓfundiſſime abſoꝛbti ī ſuppliciiſ
ꝙ illos vltra toꝛquere non poterunt·

## DE BEATITVDINIBVS CORPORIS ET ANIME. PARS QVARTA.

POſt conſiderationeꝫ habitā de
tribus nouiſſimis· Primo uide
licet de moꝛte triplici et de moꝛ
tuis tā coꝛpaliter q̄ꝫ ſpūaliter ī
hoc mundo· & de moꝛtuis in
purgatoꝛio detentis penaliter
& afflictiſ· Secundo de finali
iudicio· & hiis q̄ ad illud extremū iudiciuꝫ ꝑti
nent· Tertio de inferno & de ſuppliciis repꝛo
boꝝ· Tandē ad conſiderandū quartū nouiſſi
mū qḋ ē ī intentōe nr̄a ꝑcipuū· & ī intentōne
cuiuſlibet eſſe debet primū & ſuꝑ om̄ia prici=
pale· mentiſ oculos cū ardēti deſiderio conuer
tamus· Hoc enī eſſe debet & opm nr̄oꝝ prici
piū & finis deſiderioꝝ nr̄oꝝ & appetituū no
ſtroꝝ ꝑfecta q̄es & cōſūmatio glorioſa ¶· Cir
ca hoc cōſiderāda ſūt ſex· Pꝛīo de btitudine ī
gn̄ali· Scōo de dotibus in gn̄ali· Tertio de do
tibus aīe in ſpāli· Quarto de dotibus coꝛpoꝝ·
Q̄nto de ſeptē ptibuſ btitudinis aīe· Sexto de
ſeptē ptibus btitudinis coꝛpis·

## DE BEATITVDINE IN GENERALI. DISTINCTIO. ·I·

CIrca primū conſiderāda ſūt quatu
oꝛ· Primū eſt de introductiōe ſan
ctoꝝ ī gloꝛiā· & de ipa ī gn̄ali· Se
cūdo poniᷓ excitatio q̄dam ad btitudinē cōtē=
plandā· Tertio oñditur q̄ntū ſit debilis & de=
fectiua hūana cognitio reſpectu btitudinis ·
Quarto q̄uo poſſit hō in cognitionē btitudis
ꝑuenire· ¶ Circa primū ſciendū ꝙ eiectis ī=
piis a facie dn̄i· & in abyſſum īferni ſine fine
detruſis· mūdo remanēte purgato· ac ī dei lau
dē & gloꝛiā & ſolatiū btoꝝ gloꝛificato et ī q̄n
dam admirandā pulchꝛitudinē ꝓ raptu crea=
ture cuiuſlibet innouato Xpūs dn̄s ſanctos
om̄es cū angelis beatis in gloꝛiā deducet cū iu
bilo· ac in eterne claritatis abyſſuꝫ ſecū regna
turos ꝑhēniter introducet· Vbi beatis angeliſ
ſil̄es erūt· & creatoꝛis eſſentiā mūdis cordib⁹
contēplantes· eterna exultatione gaudebunt·
Diuine dilectōis ac mutue caritatis poſſeſſiōe
deo ſuo ineternū & inuicē ſibi felicit̄ adhere=
būt· Ibi exuberabit eis tāta letitia· tāta celeſtiū
gr̄a gaudioꝛū· ut remuneratori ſuo ꝓ tantis
muneribus gratias ſemꝑ agāt· & nullū faſti=
diū ex ipa affluentiū bonoꝝ ꝑceptōne ſuſtine
ant· Quicunqꝫ ibi erūt· & ſi differentibus me
ritis ab inuicē diſtabunt· om̄es tñ vna ꝑfectōe
bti erūt· qꝛ ſingulis ſua ꝑmia ſufficientia pꝛoꝛ
ſus erūt· ¶ Nos aūt fratres kmi· ī huius mun
dane ꝑegrinatiōis erūna nr̄i penas exilii ſu=
ſtinētes· bonoꝝ oīm egeſtate ſqualētes· et ma
loꝝ oīm diſpendia ꝑferentes· vndiqꝫ pctōꝛuꝫ
laqueos· hoſtiūqꝫ malignoꝝ inſidias metuen
tes· ſꝫ nō ſatis vigilanē aut ſollicite ꝑcauentes
vndiqꝫ preſſuras & anguſtias patiētes· cecuci
entes ī miſeriis· toꝛpeſcentes ī uitiis· vanitatē
ꝓ veritate· exiliū ꝓ patria· egeſtatem ꝓ copia·
vilitatē ꝓ gloꝛia· cecitate miſerabili· ſeu potius
inſana dementia diligentes · ad illā ſanctoꝛū
gloꝛiā de q̄ aliq̄ntiſper ꝑfati ſumus· itellectus

aciem & mentis faciē eleuanteſ·etnē uite gau
dia contēplemur·ut eius dulcedinē palato coꝛ
dis aliq̄ntuluꝫ p̄guſtemus·& ſuauitate degu=
ſtationis illecti·deū ip̄m feruentius diligamꝰ
ac ipam gloꝛiā ardentius appetamus·pc̄tm̄ ui
gilantius caueamus·mūdi contēnamuſ ꝓſpa
lctiuſqꝫ ac leuius ſuſtineamus aduerſa·omni
bus quoqꝫ q̄ ī mūdo ſunt funditus moꝛiamur
Si enī de illius immēſe ſuauitatiſ abyſſo nob̄
fuerit a ſummo largitore conceſſū ſtillam uel
modicū p̄ſentire·ſtatim uite p̄ſentiſ tediū etiā
finiri optabimus· ac miſere pegrinatōnis exi
liū neq̄qꝫ ꝓ patria diligemus·ſꝫ ad uitā beatā
ardenti deſiderio ſuſpirādo tendemus·Notā
dū ē autē ꝙ ait ·Gre·dicenſ· h̄ diſtare inter de
licias coꝛpis & coꝛdis ſolet· ꝙ coꝛpales delicie
dū nō habent̄·graue in ſe deſideriū accendūt
Cū uero habite edunt̄ comedentē ꝓtinus ī fa
ſtidiū p̄ ſatietatē uertunt·At contͣ·ſpūaleſ deli
cie dū nō habent̄ ī faſtidio ſūt·cū uero habēt̄·
in deſiderio·Tantoqꝫ a comedēte ampliꝰ eſu=
riunt̄·q̄nto ab eſuriente āplius comedunt̄·Et
idcirco nō habite amari nō pn̄t·qꝛ earuꝫ ſapoꝛ
ignoꝛatur·Quis enī amare ualet qd̄ ignoꝛat·
Pꝛo inde·p̄s·admonet dicēs·Guſtate & uide=
te qm̄ ſuauis eſt dn̄s·ac ſi apte dicat·Suauita
tē eius nō cognoſcitis·qꝛ hūc minime guſtatis·
Sed cibū uite ex palato coꝛdis tangite·ut pꝛo
banteſ eius dulcedinē valeatis amare· ¶ Adū
tendū eſt aūt ꝙ ſicut ait Gre·iiii·dyalͦ·Primꝰ
humani gn̄is parens poſtq̄ꝫ de paradyſi gau=
diis exigente culpa ſua pulſus eſt·in huius exi
lii & cecitatis quā patimur erūnam uenit·et il
la celeſtis patrie gaudia q̄ priꝰ contēplabat̄ vi
dere non potuit·In paradyſo q̄ppe cōſueuerat
verbis dei p̄frui beatoꝝ angeloꝝ ſpiritibꝰ coꝛ
dis mūditia et celſitudine uiſionis inteſſe ·Sꝫ
poſtq̄ꝫ huc cecidit·ab illo quo implebat̄ mētis
lumīe receſſit·Ex cuius uidelicet carne nati in
huius exilii cecitate· audimus q̄deꝫ celeſtē eſſe
patriā·audimus ciues eius eſſe āgelos dei·au
dimus ſocioſ eoꝝ eſſe ſpūs iuſtoꝝ p̄fectoꝛum·
Sed carnales quiqꝫ·qꝛ inuiſibilia p̄ expimētū
ſcire non ualēt·dubitāt utrū ne ſit qd̄ coꝛpali
bus oculis non uidēt·Que nimirū dubietas p̄
mo parēti eſſe nō potuit·qꝛ excluſus a padyſi
gaudiis· h̄ quod amiſerat ſe uidiſſe recoluit·
Nos aūt recolere uel ſentire audita nō poſſu
mus·qꝛ eoꝝ expimentū de p̄terito nō tenemꝰ
Ac ſi enī mulier pregnans mittat̄ in carcerem
ibiqꝫ pariēſ·puerū natū nutriat·adoleſcentiqꝫ
mater ſolē·lunā·& ſtellas·mōtes·colles·& cā=
pos·aues uolantes·currētes equos·varietates
coloꝝ·diūſaqꝫ gn̄a noīet picturarū·Ille uero
natus & nutritus in carcere·nihil aliud ſcienſ
q̄ꝫ tenebras·Hec audiens nō credat·qꝛ per ex=
pientiā nō cognouit·Ita ī hac cecitate nati ho
mies·dū ſūma & inuiſibilia audiunt an vera
ſint diffidūt·qꝛ ſola h̄ infima ī q̄bus nati ſūt
viſibilia cognouerūt·Vn̄ factū eſt ut uiſibili
um inuiſibiliuꝫqꝫ creatoꝛ ad hūani gn̄is redēp
tionē ueniret· ut dū uiſibilē deū cognoſcere=
mus·p̄ ip̄m factū uiſibilē in amoꝛē inuiſibiliū
rapemur·Rurſus In coꝛda noſtra ſpm̄ſanctū
miſit q̄tinus p̄ eū uiuificati crederemꝰ·q̄ p̄ ex
pimētū ad huc ſcire nō poſſumus·Quotquot
ergo hūc ſpm̄ hereditatis noſtre pignuſ accepi
mus de uita inuiſibiliū non dubitamuſ·Quiſ
q̄s autē in hac credulitate nō eſt ſolidus·debet
ꝓculdubio maioꝝ dictis credere·ac illis expe=
rimentū iā inuiſibiliū p̄ ſpm̄ſanctum hn̄tibuſ
fidē p̄bere· Nā ſtultus eſt puer ſi matrē ſuam
ideo putat de luce mentiri·qꝛ nihil tale potuit
expiri· ¶ Nos itaqꝫ in cognitione inuiſibiliū·
& expimentali deguſtatione celeſtiū inexpti
ſcripture ſacre ſentētiis· viroꝝqꝫ ꝓbatiſſimo=
rū tam cōtinua exercitatiōe ūtutū·q̄ꝫ iugi me
ditatione·q̄ꝫ ſubtili contemplatione·q̄ꝫ etiā di
uina reuelatione celitus inſtructoꝝ teſtimoni
is & exēplis· fideꝫ plenā indubitant̄ adhibere
debemus·Quoꝝ unus uſqꝫ ad tertiū celuꝫ ra=
ptus· ut inter angeloſ beatoſ diſceret·qd̄ inter
hoīes p̄dicaret·ait·i·Coꝝ·iii· Qꝛ oculus nō ui
dit·nec auris audiuit·nec in coꝛ hoīs aſcendit·
q̄ p̄pauit deus hiis q̄ diligūt eū. Sed qm̄ h̄ ſic
in gn̄ali ꝓlata & ſūmaria breuitate ꝓmiſſa pa
rū alliciūt et inexptoꝝ mentes non nutriūt·q̄
non nouerunt ex paucis multa colligere· nec
ex p̄ncipiis cōcluſiōes elicere· nec ex minutiis
eximia cogitare· niſi enūcleatius explicent̄ &
velut in p̄ticulas diuidantur·puta ſi puero po
mū groſſum poꝛrexeris·aut integrū panē ad
edendū p̄bueris·ꝓpter cōplexionis teneritu=
dinē & oꝛis anguſtiā neq̄d aſſumere·nec nut
tur·niſi ꝓ eius capacitate in p̄ticulaſ diſcindā
tur·Ideo diuidamus in p̄tes magna q̄ diximꝰ
ut puuloꝝ guſtuſ afficiat̄ ſapidius·& menteſ
efficatius attrahant̄·ac aīe ad uitā eternā ve=
getatius nutriātur·

## DE DOTIBVS IN GENERALI· DIS· ·II·

QVm beatitudo ſit finis vltimuſ ho
mīs·& om̄is eius deſiderii cōpleti=
uus·et duplex ſit finis eius·ſ·intn̄
ſecus & extrinſecus·ē duplex bea=
titudo·Eſt enī q̄daꝫ beatitudo itrinſeca·q̄ nos
beatificat foꝛmaliter id ē beatitudo creata·Eſt
etiā beatitudo extrinſeca q̄ nos beatificat effe=
ctiue·uidelicet ip̄e deus·Prima eſt tanq̄ꝫ finis
quo q̄eſcimus·Scd̄a ē tanq̄ꝫ finis ī quo q̄eſci=
mus· ¶ Beatitudīs create ſeptē p̄tes principa=
les a ſanctis & doctoꝛibus aſſignant̄·q̄ doteſ
cōmuniter ſolent dici·quaꝝ tres ſūt in aīabꝰ·
& q̄tuoꝛ in coꝛpibuſ beatoꝝ·Dicuntur aūt do
tes in patria methaphoꝛice ad ſimilitudinē do
tis in matrimonio carnali. qm̄ ſicut ibi dos da
tur ſponſo a patre ſponſe id eſt ad uſū ſponſi
ꝓpt̄ onera matrimonii ſuſtinēda·tn̄ ꝓpꝛietas
remanet penes ſponſam·Vn̄ ſoluto matrimo
nio carnali·dos remanet penes eā·Sic dos in
patria dicit̄ nō qd̄cūqꝫ donū datū aīe in tradu
ctōne ſui in gloꝛiā·ſꝫ donū p̄cipuum ·aīam ad
actū vite gloꝛioſe diſponens·qd̄ dat deus pat̄
anīe beate ad poſſidendum· ſꝫ ſponſo xp̄o ad
gloꝛiā & honoꝛē· & non ad uſū· qꝛ bonoꝛum

noſtroꝝ non eget·vel dicit᷑ hic dos id qȯ dat᷑
ſponſe ab ipo ſponſo·Sicut dicit᷑ Geñ·xxxiiii·
Sicut dixit ſichẽ iacob & filiis eiꝰ·Augete do
tẽ & munera poſtulate·Et Exo·xxii·Si ſedu=
xerit qs virginẽ·dormierit qꝫ cũ ea·dotabit eã
Dotes ergo aīe ſũt dona q̄dã ꝑcipua diuinituſ
ei data in traductione ſui in gloriam·quibus
aīa deo īmediate cõiungit᷑ tanqꝫ ꝑncipio uite
ſue·& ad ſponſi amplexuſ in diſſolubiles ītro
ducit᷑·Dotes aũt corporis ſunt q̄bus corpus ꝑ
fecte ſubiicit᷑ aīe tanqꝫ ꝑncipio vite ſue·et ei ꝑ
fecte obedit·ne ꝑ ipm aīa ab actu glorie retar
det᷑·Eſt aũt aduertendum ꝙ dotes iſte ꝓprie
ſunt in aīabus beatis·minus ꝓprie in angelis
mīme ꝓprie in xp̄o·qꝛ in matrimoīo debet eſ
ſe conſenſus aīoꝝ·cõformitaſ naturaꝝ·diſtin
ctio pſonaꝝ·& de nõ ſponſa fit ſponſa·Hec
oīa vere ſunt inter xp̄m & aīam beatã·Licꝫ
aũt ꝑmũ iſtoꝝ cõmune ſit angelis & aīabuſ
ī xp̄o·vñ ꝑ ꝫm excludunt᷑ angeli·qꝛ non hn̄t
cõformitatẽ in natura cũ xp̄o·per alia duo ex=
cludit᷑ xp̄us·qꝛ in ipo non eſt diſtinctõ pſona
rũ·Nõ enī habet hũanitas in xp̄o pſonalitatẽ
ſꝫ ſubſtantificat᷑ in pſona uerbi·nec hũanitas
aſſumpta de nõ ſponſa facta eſt ſponſa·Ideo
xp̄us nõ dicit᷑ dotes habere·

¶ Dotes aīe ſunt tres·videlicꝫ apta viſio·de
lectatio ſiue fruitio·et ſecura tentio uel comp̄
henſio ꝫm alios·ſeu etiã ꝫm quoſdaꝫ fruitio·
Sciendũ enī ꝙ fruitio importat delectationeꝫ
in fruente·& adheſionẽ cũ re fruibili·Quãtũ
ad ꝑmũ ponit᷑ ſcḋa dos ꝫm quoſdã·Quantuꝫ
ad ꝫm id eſt inſepabilẽ adheſionẽ ponit᷑ tertia
Dicit᷑ aũt ſecura tentio uel potius ſecuritas ꝑ=
petuatõnis beatitudīs·Quia ꝫm Aug·xiii·de
trinitate·Impoſſibile eſt aliquẽ eſſe beatũ·ſi ñ
ſit de ſue beatitudīs ꝑpetuatõne ſecurus·Treſ
iſte dotes ſuccedunt tribus uirtutibus theolo=
gicis·qꝛ fidei ſuccedit cognitio ſiue viſio·cari
tati delectatio uel fruitio·ſpei uero ſecuritas ꝑ
petuationis·Rñdent etiã tribus potentiis aīe
qꝛ viſio ꝑficit intelligentiã·delectatio uolũta=
tẽ·ſecura tentio memoriam·

¶ PRIMA dos anīe eſt apta et immediata
dei viſio q̄ diuina eſſentia tota uidebit᷑ ab oī=
bus beatis·ſꝫ non totaliter·qꝛ ꝓpter ſui infini
tatẽ & immenſitatẽ ē icomp̄henſibilis cuilibet
creature·Nec equaliter etiã uidebit᷑·ſꝫ limpidi=
us ab uno q̄ꝫ ab alio·Hec autẽ diuerſitas erit
non ex ꝑte dei viſibilis·qꝛ ꝓpter ſuaꝫ ſummã
ſimplicitatẽ nõ poteſt uideri qñ totuſ videat᷑·
ſed ex ꝑte uidentiũ inq̄ntũ vna potentia ma=
gis erit ꝑfecta luīe glorie q̄ꝫ alia·ꝑfectius opa
bitur circa vnũ & idẽ obiectũ·ſicut ſol eq̄liter
ſe repreſentat oculis oīm uidentiuꝫ·tñ nõ oēs
eq̄liter in illuꝫ aſpiciũt·ſꝫ aliter & aliter·ꝫm ꝙ
oculus eſt magis uel minus diſpoſitus ad ui=
dendũ·Et eadeꝫ lr̄a a diuerſis legentibus non
eq̄liter intelligit᷑·ſed vnus ſubtilius apprehen
dit & ꝓfundius eã intelligit q̄ꝫ alius·q̄ diuer
ſitas nõ ex ꝑte lr̄e·ſed ex ꝑte legẽtiũ dignoſci
tur ꝓuenire·Hec aũt beata viſio dicit᷑ immedi
ata·qꝛ uidet᷑ diuina eſſentia a beatis ſine me=
dio deferente·& ſine medio obnubilante·nõ
tñ ſine medio diſponente·Videbit᷑ inq̄ꝫ ſine
medio deferẽte·In cognitione enī ſenſibili re
quirit᷑ mediũ deferens·ſicut patet ī uiſu et au
ditu·vbi requirit᷑ aer medius inter potentiam
& obiectuꝫ deferens ſpẽm ab obiecto uſqꝫ ad
oculũ uel aurẽ·vñ impeditur actus uidẽdi vel
ꝓpter nimiã diſtantiam qñ tãta eſt ꝙ nõ pōt
ſpecies uiſibilis deferri uſqꝫ ad oculuꝫ·vel ꝓpt̄
indiſtantiã·qꝛ obiectũ viſibile ſup oculũ poſi=
tũ non uidet᷑·Et ſic patet ꝙ ad actuꝫ viſionis
requirit᷑ mediũ deferens·Sed ī viſione beata
non ē mediũ deferens·qꝛ nõ eſt uiſio ꝑ diſtã=
tiam ſed ꝑ p̄ſentiã·qꝛ deus vbiqꝫ pn̄s eſt ꝑ eſ=
ſentiã·etiã eſt intimior aīe q̄ꝫ ipa ſibi·Videbi
tur etiã ſine medio diuidẽte uł ſepante qȯ eſt
culpa·ſicut dicit᷑ Yſa·lix·Pctã noſtra diuiſere
inter nos & deũ noſtrũ·Itẽ ſine medio obnu
bilante·ſicut eſt mediũ creature·qꝛ mediãte ve
ſtigio creature·manuducitur hõ in cognitio=
nẽ dei·Sicut habet᷑·Ro·i·Inuiſibilia dei a cre
atura mũdi id eſt ab hoīe ꝑ ea q̄ facta ſunt in
tellecta cõſpiciunt᷑·Itẽ ſine medio figure·quo
medio patriarche & ꝓphete manuducebant᷑·
& manuducebant antiq̄tus in cognitionẽ di=
uinoꝝ·Sicut ait apl̄us·i·Coꝝ·x·Oīa ī figu
ra cõtingebant illis·Itẽ ſine medio ſcripture·
Ibi enī nõ indigent beati ad cognoſcẽdũ deuꝫ
rõnibus phoꝝ·nec auctoritatibus ſcripturaꝝ
nec teſtimoniis ſanctoꝝ·i·Coꝝ·xiii·ſiue pro
phetie euacuabũt᷑ ſiue lingue ceſſabũt·ſiue ſci
entia deſtruet᷑·Itẽ ſine medio fidei·Videmuſ
enī ꝑ ſpeculũ in enigmate·tũc aũt facie ad faci
em·Cũ aũt venerit qȯ ꝑfectũ eſt·euacuabitur
qȯ ex ꝑte ē·Auferet᷑ enī oīe enigma & oīs
obſcuritas·Euacuabit᷑ etiã fides·qꝛ fides ē nõ
appentiũ·Fidei aũt q̄ nũc ē ſuccedit viſio ma
nifeſta·Nũc enī ſumus in tenebris·ibi aũt in
lumīe claritatis·Et h̄ eſt mediũ diſponens ad
viſionẽ dei·de quo dictũ eſt·ꝙ deus nõ uidet᷑
ſine medio diſponẽte·Vñ·ps·aīt·In luīe tuo
videbimuſ lumẽ·id ē ī luīe glorie·videbimꝰ lu
men diuinitatis tue·Hoc eſt lumẽ viuificans
clarificans·ſimplificans·ac ꝑ h̄ dei formẽ effi=
ciens·& deo aſſimulans·Vñ·i·Ioh·iiii·Kmī
nũc filii dei ſumuſ·ſꝫ nõdũ apparuit q̄d erimꝰ
cũ aũt apparuerit·ſiłes ei erimꝰ·qm̄ uidebimꝰ
eũ ſicuti eſt·Hoc aũt ſciendũ·ꝙ deum uidebi
mus in ſe·& deũ in nobis·& nos in deo·deuꝫ
in ſingulis creaturis & creaturaſ in deo·Cog
noſcere deũ in ſe id ē in eſſentia ſua·uocat᷑ co
gnitio meridiana·Cognoſcere creaturas in ũ
bo·dicit᷑ cognitio matutina·Cognoſcere uero
creaturas in ſe id eſt in ꝓprio gn̄e appellat᷑ co
gnitio veſpertina·Attendendũ eſt etiã ꝙ aīe
beate uidendo deũ ſimul & ſemel & vnica vi=
ſione·vident oīa q̄ ſũt eis neceſſaria ad inte
gritatẽ beatitudinis·Alia uero non uident ni=
ſi q̄ntũ & qñ et q̃uo placet ei reuelare·qꝛ clari
tas eius ī ſpeculũ ideo reluceret ī eo ſpecies id
eſt ydee oīm fiendoꝝ·ſꝫ ſpeculum ē uolũtariũ

Ideo aliqua reuelat·aliqua nō· & q̄dam vni·
q̄ non alii·q̄dā vno tp̄e q̄ nō alio· & h̄ ſ̄m ſue
beneplacitū volūtatis·nulla tn̄ mutatione vi=
ciſſitudinis in ſe facta· Aīe quoq3 beate ſunt
q̄dā ſpecula ſpūalia ad modū ſpeculi diuinā ī
ſe recipientia claritatē· vn̄ queādmodū matei
li ſole in ſua maxīa uirtute lucente radioſq3 ſu
os p̄ ſpeculū ſolidū de calibe politū & terſum·
p̄pendiculariter emittente·Huiuſmōi ſpeculū
in ſe recipit ſīlitudine3 ſolaris lumīs· intm̄ ut
alter ſol cōtuentibus videat̄· & qui tale videt
ſpeculū·ſoleq3 uidet·tanteq3 claritatis efficit̄·
ut nullus ſufferre poſſit aſpectus·ſ3 reuerbera
tuſ nimietate lumis obtūdat̄·Sic et multo foꝛ
tius ī aīabus beatis q̄ ſūt ſpecularis nat̄e ut di
ctum eſt cōiecturare debemus·Ex influencia
enī illius incōmutabilis & incōp̄benſibilis cla
ritatis recipiūt radios lūioſoſ·nō ſolū in ſupfi
cie·ſicut materiale ſpeculu3 recipit radios ſola
res·ſ3 in intimis ſuis.ut eis totaliter penetrēt̄·
& ſic om̄iuo dei foꝛmes effecte·in eandē yma
ginē tranſfoꝛment̄·Qō etiā uirtute cōtempla
tionis quodāmō inchoat̄ in uia· ſicut ait ap̄ls
ii·Coꝝ·iii·Nos aūt gloriā dn̄i ſpeculantes·in
eandē ymaginē tranſfoꝛmamur a claritate in
claritatē·tanq̄3 a dn̄i ſpū·Sed ꝙ hic fit impfe=
cte·ineffabiliter in gloria cōſummat̄·Exēplu3
groſſū & materiale potes hic aliq̄lit̄ adaptare·
De ferro ignito qō ab ignis ūtute totū vndi
q3 uſq3 ad intima penetrat̄· & adeo indiuiſa
ſunt ignis & ferrū·vt qui uidet ferrū ignē ui=
dere ſe videat·pluſq̄3 ferrū·et ſic a natura ſua
immutari videt̄·& ī p̄p̄ꝛietates ignis mirabili
ter trāſfoꝛmari.vt actiones ignis & ſpēm pl⁹
videat̄ aſſumpſiſſe q̄3 ferri· ¶ Scd̄a dos anīe
eſt fruitio ſeu delectatio·Eſt aūt delectatio· ſi
cut ait Aug̅·xiiii·de ciui·dei· Cōiunctio cōuei
entis cū cōuinienti cū ſenſu eiuſdē·In patria
aūt erit p̄fectiſſima cōiunctio anīe cuiuſlibet
cū deo·Cū igit̄ ſumma ſit cōueniētia int̄ ani=
mā & deū·ſumma erit ibi delectatio in deo et
de deo·Ceterū cū tanta ſit delectatō in re ade
pta·q̄nta eſt res ip̄a·et deuſ·ſit infinitū immē
ſum·ineffabile & incōprehenſibile bonū·dele
ctatō quā habet q̄libet anīa in deo eſt immen
ſa·ineffabilis·& incōprebēſibilis ſ̄m capacita
tē cuiuſlibet aīe p̄fruentis·& eſſet īfinita ſi ca
pacitas aīe poſſet cap̄e infinitū· Eſt autē diffe
renter in diuerſis non ex p̄te ſubiecti fruibil̄·
ſ3 ex p̄te fruentiū aīaꝝ·Nam beati q̄nto lumi
ne glorie ſunt p̄fecti⁹ illuſtrati·& ip̄a illuſtra=
tione p̄fectius deifoꝛmes effecti·tāto diuina3
eſſentiā acutius cōtemplant̄·& in ip̄a cōtēpla
tione amplius delectant̄·Hec ineffabilis & in
cōprebēſibilis delectatio· q̄ fruitio nūcupatur
inchoat̄ in dei clariſſima uiſione·Ideo tota btī
tudo q̄nq3 dicit̄ conſiſtere in viſione·ſicut ait
Aug̅· Viſio eſt tota merces· Et Ioh̄·xvii·dicit
ſaluatoꝛ·Hec eſt uita eterna ut cognoſcāt te ſo
lū verū deū·& quē miſiſti ih̄m xp̄m·Nam di=
uine claritatis immēſitas ip̄a ſua pulchritudi
ne virtualiter trahit·& immenſa dulcedine ra

pit ad ſe om̄em ſp̄m cōtuentē· ut a ſe deficiēs
ſe toto feratur in ip̄m·totuſq3 tranſeat et trāſ
feratur in ip̄m·ac abyſſo incōprehēſibilis lucis
abſoꝛbtus·& q̄cq̄d creatū eſt in ſemetip̄m obli
tus·quodā ineffabili mō deificatus· ip̄ius dei
p̄coꝛdiis inebriemur· Vn̄ Aug̅·ait·Tanta eſt
pulchꝛitudo iuſtitie·tāta iocūditaſ luciſ eterne
Hec ē incōmutabilis veritatis atq3 ſapiētie· ut
etiā ſi non liceret amplius ī ea manere· q̄3 vni
us diei moꝛa·p̄pter hoc ſolū innūabiles anni
huius vite pleni deliciiſ in circūfluentia t̄paliū
bonoꝝ recte meritoq3 contemnēnt̄· Et addit
Bern̄·Cui cōpata om̄is aliūde ſuauitas·doloꝛ
eſt·om̄is iocūditaſ meroꝛ·om̄e dulce amaru3·
om̄e decoꝝ fedū·om̄e qōcunq3 aliud delectare
poſſet moleſtū·cū dei bonitas in infinitu3 ex
cedat om̄em aliā bonitatē·Idē quoq3 Aug̅·ait
in p̄ſona dei· Ego ero illis q̄cunq3 ab hoībus
honeſte deſiderant̄·uita·ſalus·victus & copia
gloꝛia & honoꝛ·& pax & om̄ia bona· Sic enī
erit ip̄e om̄ia in omibus·ip̄e erit finis deſideri
oꝛū noſtroꝝ·q̄ ſine fine videbit̄· ſine faſtidio
amabit̄·ſine fatigatione laudabit̄· Vn̄ ſeip̄m
p̄mittenſ moyſi dixit·Exo·xxxiii·Ego oſten
dam tibi om̄e bonū·Et ſapiens·p̄u·xi· Deſiō
riū iuſtoꝝ om̄e bonū·Et idē·x·Deſideriū ſuū
iuſtis dabit̄·Vn̄ tūc cōplebit̄ om̄e noſtrū deſi
deriū & hūanus oīno termīabitur appetitus·
p̄s·Satiaboꝛ cū apparuerit gloꝛia tua·Nec ob
ſtat qō dicit̄·Ecc̄i·xlii·Quis ſatiabitur uidens
gloꝛiam dei·qm̄ non erit ibi ſatietas q̄ faſtidi
um gn̄et̄·ſed erit ibi ſatietas q̄ deſideriū iple=
atur·Simul ergo eſt ibi ſatietas & eſurieſ·Sa
tietas q̄dē ex abundantiſſima plenitudine ſū
mi boni·Eſuries vero ex cōtinuato ſemp deſi
derio fruitionis· Satietas ergo tollit indigen
tiā·eſuries aūt excludit faſtidiū·In hoc enī dif
ferūt coꝛpales delicie a ſpūalibus ꝙ coꝛpoꝛales
dū nō habent̄·graue in ſe deſideriū accendūt·
cu uero habite edūt̄·comedentē p̄tinus ī faſti=
diū p̄ ſatietatē uertūt·Sed ſpūaleſ qū non ha
bent̄·in faſtidio ſunt cū uero habent̄·in deſiō
rio·tantoq3 a comedente amplius eſuriuntur
q̄nto ab eſuriente amplius comedunt̄·Nā de
viſione q̄ beati angeli deū uident dicit̄·Math
xviii·Angeli eoꝝ ſemp uident faciē patris·Et
tn̄ ſemp uidere deſiderant·Sicut dicit̄·i· Pe·i
In quē deſiderāt angeli p̄ſpicere· vn̄ ex maxi
me deuotionis ſpū dictū eſt·mirant̄ nec defi=
ciunt·in illū quē p̄ſpiciūt·fruunt̄ nec faſtidi=
unt·quo frui magiſ ſitiūt· ¶ Tertia dos ani
me eſt ſecura tentio·Tentio q̄de3 id eſt p̄fecta
poſſeſſio ſine amiſſione·& ſecura ſine dubita
tione·Neq3 enī beati eſſent·ſi deum amittere
foꝛmidarent· Ait aūt Anſ̄·in li·de ſīlitudib⁹
Dico enī ꝙ ſi illa bona celeſtia beatus aliq̄s p̄=
diturus eſt·aut ip̄e nolet ea p̄dere ſua ſponte·
aut deus uolet ei nolenti ea auferre·aut aliq̄s
alius deo foꝛtioꝛ ſupueniens illa tollet ab eo·
deo & illo nolente·Sed certe nec ipſe abiecto
tanto bono in miſerias·quas euaſiſſe gaudio
ſuo exultabit·decidere uolet·Nec deus qui illa

tam larga et tam clementi bonitate donauit·
ei aliquãdo auferre uolet· Nec ullus deo foꝛti
oꝛ ſupueniet q̃ deo iuſtuꝫ ꝓtegente illi inuito
aliq̃tenus ea tollet· Et ſic patet ꝙ beati de ſua
eterna & ĩmarceſſibili gloꝛia ſunt ſecuri· Hec
aũt ſecuritas om̃es alias beatitudĩs ꝑtes· q̃ nõ
ꝑfecte poſſunt habere ſine illa· confirmat· aĩoſ
qꝫ beatoꝝ in maxia pacis tranq̃llitate q̃etat·

## DE DOTIBVS CORPORIS·

Dotes coꝛpoꝝ beatoꝝ ſũt quatuor·
Videlicet Claritas· Impaſſibilitas
Subtilitaſ· Et Agilitas· Cũ enĩ foꝛ
ma debeat ꝓpoꝛtionari materie· ĩ
illo ſtatu future reſurrectiõiſ diſponent̃ coꝛpa
ſm exigentiã & decentiã aĩaꝝ· Vnõ ſicut coꝛ
pa damnatoꝝ ex oꝛdinatõe diuina habebunt
diſpoſitiones eoꝛuꝫ miſerie rñdentes· ſic coꝛpa
beatoꝝ habebũt dotes et ꝓpꝛietates illi ſtatui
condecentes· Damnatoꝝ q̃dem coꝛpa de meri
tis eoꝝ exigentibus· & diuina iuſticia h̃ agen
te· erũt turpiſſima· fediſſima· fetidiſſima· de=
biliſſima· & panderoſiſſima· ut ex eoꝝ viliſſi=
mis cõditionibuſ· aĩe damnatoꝝ deſolabiliter
ꝯgrauent̃· & ex eoꝝ cruciatibus eaꝝ miſeria·
& ſuppliciũ augeat̃· Coꝛpa uero beatoꝝ habe
bunt cõditiones oĩno contrarias· ſic miro mõ
ꝓpoꝛtionatas beatitudini aĩarũ· ut oĩno ſint
eis ſubiecta· & ꝑfecte obedientia· nullo modo
retardantia eas uel ĩpedientia uel ab actu gl'e
q̃nĩmo ineffabiliter ſublimabunt̃ ſup ſtatũ cu
iuſlibet coꝛpoꝛee creature· ut ex eoꝛuꝫ dotibus
gloꝛioſis aĩaꝝ beatitudo amplꝰ augeat̃· Pre
ter h̃ aũt ꝙ anĩa beata coꝛpi ſuo inſepabiliter
unietur· ut foꝛma incoꝛruptibilis in ſtatu ĩcoꝛ
ruptionis coꝛpoꝛi ſuo eſſe incorruptibile tribu
at· cõpoſitione ex cõtrariis non obſtante· hoc
enĩ cõmuniter cõuenit tam repꝛobis q̃ꝫ beatis
Et ulterius ex hoc ꝙ anĩa ad ſtatũ gloꝛie ſub=
limabitur· decens erit· ut coꝛpus ei unituꝫ ad
talem gloꝛiã q̃ tali coꝛpi deceat· & q̃ ꝓpoꝛtõna
le fiat aĩe ſublimet̃· Ad hoc aũt ꝙ corpus ꝑfe=
cte ſit ſubiectũ anĩe· nec eaꝫ impediat ab actu
gloꝛie· q̃tuoꝛ requirunt̃· Quoꝝ duo ꝑtinẽt ad
ſenſum· alia duo ꝑtinent ad motũ· Quo ad ſẽ
ſum enĩ neceſſariũ eſt ꝙ coꝛpus ſit facile recep
tibile ſenſibiliũ ſpecieꝝ· & ad hoc diſponit cla
ritas· Aliud· ꝙ non ſit receptibile paſſionũ ig
nobiliuꝫ· & ad hoc diſponit ĩpaſſibilitas· Quo
ad motũ requirũt̃ duo· Vnũ eſt ꝙ ꝑ inclinati
onem contꝛariam ſuo motoꝛi non reſiſtat· ad
qͦ diſponit agilitas· Aliud ẽ ꝙ a coꝛpibus ex
trinſecis ꝑ q̃ mouet̃· ei reſiſtẽtia nulla fiat· ad
qͦ diſponit ſubtilitas· De origine dotũ iſtarũ
dicũt aliq̃· ꝙ erunt a deo ꝑ creationẽ· Alii ꝙ a
deo non ꝑ creationẽ· ſꝫ mediãte beatitudĩe aĩe
ꝑ redundantiã ſcꝫ anĩe in coꝛpus ſuũ· ſicut ex
preſſe uidet̃ dicẽ Aug· ad dyoſcoꝝ· dicẽs· tam
potentẽ fecit deus aĩam ut eius pleniſſima btĩ
tudine q̃ in fine tẽpoꝝ ſanctis ꝓmittit̃· redũ=
det in inferioꝛẽ naturã q̃ eſt coꝛpus· non beati
tudo q̃ fruentis & intelligentis ẽ ꝓpꝛia· ſꝫ ple
nitudo ſanctitatis & ĩcoꝛruptionis vigoꝛ·

¶ Circa h̃ igit̃ attende diligent̃· et ſubtiliter
intuere ꝙ ſicut aĩa beata clariſſima viſione il
lius inacceſſibiliſ lucis fruens· quadam ſpũali
claritate replebit̃· ita ꝑ quãdã redundantiã ex
aĩa in coꝛpus· ipm̃ ſuo modo claritatis ſibi cõ
petentis gloꝛia ueſtiet̃· Vñ dicit apl'us· i· Coꝛ
xv· Semiatur coꝛpus in ignobilitate ſurget in
gloꝛia· Quia coꝛpus noſtrũ nũc eſt opacũ· tũc
aũt erit clarũ· Sicut ait apl'us Ro· viii· Refor=
mabit coꝛpus hũilitatis noſtre cõfiguratũ coꝛ
poꝛi claritatis ſue· Et aduerte ꝙ cũ aliq̃d dica
tur clarũ dupliciter· aut q2 puiũ· ſicut uitrũ di
cit̃ clarũ· uel aqua dicit̃ clara· Aut q2 lucidum
ſicut ſtella dicit̃ clara· coꝛpa gloꝛificata utroqꝫ
mõ ſunt clara id eſt puia & lucida· Peruia q̃=
dem· Sicut ait Gre· ſup illud· Iob· xxviii· Nõ
adeq̃bitur ei aurũ· Beatoꝝ ciuiũ coꝛpa ſibi in
uicẽ & claritate fulgent· et puritate tranſlucẽt
ita ꝙ vniuſcuiuſqꝫ mentẽ ab alteriꝰ oculiſ mẽ
bꝛoꝝ coꝛpulentia non abſcondet· ſed patebit
oĩm oculis ipa etiam corpoꝛis armonia· Sicqꝫ
vnuſq̃ſqꝫ erit cõſpicabiliſ alteri· ſicut nũc non
poteſt eſſe conſpicabilis ſibiipſi· Et Aug· xxii·
de ci· dei· Om̃ia membꝛa & viſtera incoꝛrupti=
bilis corpoꝛis q̃ nunc uidemus ꝑ uſus neceſſi=
tatis uarioſ diſtributa· qm̃ tũc non erit illa ne
ceſſitas· ſꝫ plena· certa· ſecura· & ſempiterna fe
licitas· ꝓficient laudibus dei· Om̃es quippe q̃
nunc latent armonie coꝛpalis muneri· nõ late
bunt intrinſecus & extrinſecus ꝑ coꝛpis cun=
cta membra diſpoſiti· ¶ Lucida uero erũt coꝛ
poꝛa beatoꝝ· Sicut ait dñs· Math· xiii· Fulge
bũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ· Nunc
aĩa fidelis oculos coꝛdis apiat· & dilatato mẽ
tis ſinu conſideret ineffabilẽ pulchꝛitudinem
coꝛpoꝝ beatoꝝ· Fulgebunt inq̃t ſic̃ ſol· Immo
certe pluſq̃ꝫ ſol mõ fulgeat· q2 fulgebũt ſic̃ ſol
fulgebit poſt iudiciũ recepta gloꝛia ſua id eſt ĩ
menſa pulchꝛitudine claritatis· De qua loq̃ns
Yſa· xxx· ait· Erit lux lune ſic̃ lux ſolis· & lux
ſolis ſeptẽplicit̃ ſicut lux ſepteꝫ dieꝝ· Claritas
ergo coꝛpoꝝ beatoꝝ· excedet in ſeptuplũ mo=
dernã ſolaris lum̃is claritatẽ· Hoc etiã ſciẽdũ
ꝙ corpa beatoꝝ non equaliter erant clara· q2
cũ eoꝝ claritas cauſet̃ ex redundantia clarita=
tis anĩe· & coꝛpus ſuũ q̃nto anĩa ꝑfectius deũ
videt· & ex diuina uiſione ſpũaliter ſit clarior
tanto coꝛpus eiꝰ maioꝛi claritate refulget· Et
h̃ patent̃ inſinuat apl'us· i· Coꝝ· xv· Alia clari
tas ſolis· Alia claritas lune· alia claritas ſtella
rũ· Stella enĩ a ſtella differt in claritate· ſic &
reſurrectio moꝛtuoꝝ· Videſ igit̃ aliq̃liter q̃n=
ta ſit claritaſ ſinguloꝝ coꝛpoꝝ ex redundãtia
aĩaꝝ· Nũc ulterius cõſidera q̃nta erit ex redũ
dantia claritatis ſinguloꝝ in ſingulos· & uni
uerſoꝝ in om̃es· Non eſt dubiũ ꝙ q̃nto plura
ſunt lum̃ia· tanto maioꝛ ẽ eoꝝ refulgẽtia· Cũ
ergo ĩ gloꝛia innũabilia ſint futura coꝛpa glo
rioſa· ineffabili claritate radiantia· q̃ntus erit
fulgoꝛ oĩm beatoꝝ in patria· Bene ergo dicit
beatus Iohannes Apoc̃· xxi· Ciuitas illa non
eget ſole neqꝫ luna ut luceãt ĩ ea· Ad huc adde

qȯ ibidē ait· Nam claritas dei illumīabit eam
Spūalis quippe claritas diuinitatis illumina-
bit anīas ſm drn̄as meritoꝝ· & xp̄i claritas
corꝑalis illūiabit corꝑa beatoꝝ· Vn̄ ſequit̄· Et
lucerna eius ē agnus· Signū ꝓnoſticū aliq̄le·
& q̄ſi veſtigiuꝫ huius claritatis future·oſtēdit
xp̄us in ſua tranſfiguratione· Math·xvii·vbi
dicit̄ ꝙ reſplēduit facies eius ſicut ſol· Si tātaꝫ
claritatem oſtēdit in corꝑe adhuc mortali· ut
nullus eam ſuſtinere poſſet aſpectus· ꝓpt̄ qȯ
ibi beati ap̄li ceciderūt in facies ſuaſ ſtupefacti
inebriati·alienati·virtute ꝑiter deficientes &
ſenſu· Vn̄ Petrus incipiēs loqui neſciebat q̇d
diceret·q̄nta immo q̄ꝫineffabilis·q̄ꝫineſtimabi
lis· & inexcogitabilis ē claritatis eius immen
ſitas·quā nūc habet in corꝑe glorioſo· & com
municatione ſua liberali diffundit & influit
in electos· Et ſi tanta ſit futura gloria clarita-
tis in corꝑibus·ꝓculdubio proꝛſus incōꝑabiliſ
erit claritas in beatiſſimis anīabus· ¶ Anīa
etiā q̄ diuina viſione fruet̄·ultimo fini coniū
cta expietur deſideriū ſuū ī omibus adimple-
tū· Et qꝛ ex deſiderio anīe mouet̄ corpus·con
ſequēs erit ꝙ corpus ſpūi ad nutuꝫ obediat in
mouendo· Vnde dicit Aug̃·xxii·de ci·dei·Qꝛ
vbicunq̄ꝫ uoluerit ſpūs·illic ꝓtinus erit & cor
pus· Et hoc eſt qȯ dicit ap̄lus· Seminatur cor
pus in infirmitate·ſurget in uirtute· Infirmi-
tatē exꝑimur in corꝑe·qꝛ inualidum·pondero
ſum·& graue inuenitur ad cōplendū deſideri
um anīe in motibus & actionibus q̄ uoluerit
imꝑare· q̄ infirmitas totaliter aufētur a corꝑe
ex uirtute anīe deo cōiuncte in corpus ꝓpriuꝫ
redundante· Erit aūt in eis motus nō ꝓpt̄ ne
ceſſitatē·cū nulla ſit in eis indigentia·qꝛ nul-
lo indigere poſſūt q̄ deū habent·ſꝫ ad uirtutis
demonſtrationē· ¶ Sicut autē anīa deo fru
ens·deſideriū ſuū ſentiet adimpletū·q̄ntū ad
adeptioneꝫ plenariā om̄is boni·ita impletum
erit eius deſideriū q̄ntū ad remotionē omnis
mali·qꝛ cū ſummo bono nullū malū pōt ha-
bere locū· Corpus igit̄ ꝑfectū ꝑ aīam glorioſā
ꝓportionaliter anīe totaliter liberū & immu-
ne erit ab om̄i malo q̄ntū ad actuꝫ & q̄ntum
ad potentiā· Quantū ad actū q̇dem· qꝛ nulla
corruptio·nulla deformitas·infirmitaſ·debili
tas·uel defectus remanebit in eis· Quantum
ad potentiā uero· qꝛ nō poterūt aliq̇d pati qȯ
ſit eis moleſtū·uel qȯ nullā inferat leſionē·&
ideo dicunt̄ impaſſibilia·q̄ tn̄ īpaſſibilitas nō
excludit ab eis paſſioneꝫ·q̄ eſt de rōne ſenſus·
Vtent̄ eni ſenſibus ſm ea q̄ incorruptōis ſta
tui non repugnant· Ad hāc impaſſibilitatem
oſtendendā dicit ap̄lus·i·Coꝝ·xv· Seminatur
corpus in corruptione· ſurget in incorruptiōe
Et iterū· Oportꝫ corruptibile hoc induere īcor
ruptionē·& mortale hoc induere īmortalitatē
¶ Rurſus anīa deo fruens ꝑfectiſſime adhe
rebit ei·& eiuſ bonitatē ꝑticipabit in ſummo·
ſm ꝙ erit poſſibile capacitati ſue· Sic etiā cor
pus eius ꝑfecte ſubdetur anīe· & eius ꝓprieta
teſ ꝑticipabit q̄ntū erit poſſibile in ꝑſpicacitate
ſenſus· & ordinatione corporei appetitus· &
om̄i mō cōuenienti ꝑfectōni nature· Nā vnū
q̇dq̄ꝫ tanto ꝑfectius ē in natura·q̄nto eiuſ ma
teria forme ſue ꝑfectius eſt ſubiecta·vn̄ corꝑa
beatoꝝ dicūt̄ eſſe ſpūalia· Sicut ait ap̄lus· Se
miat̄ corpus aīale·ſurget corpuſ ſpūale· Spūa
le q̇dem erit·non qꝛ fiat ſpūs·ſicut q̇dam ma
le intelligenteſ dixerūt·ſiue ꝑ ſpm̄ intelligatur
creatura ſpūalis·ſiue uentus·ſiue aer·ſꝫ qꝛ oī-
no ſubiectū erit ſpūi· Sicut nunc dicit̄ anīale·
non qꝛ ſit anīa·ſꝫ qꝛ aīalibus paſſionibus ſub
iacet·& alimonia indiget· Patet igit̄ ex predi
ctis·ꝙ ſicut anīa hōis ad celeſtiū ſpūum id eſt
angeloꝝ gloriā ſublimabit̄ ut deuꝫ ꝑ eſſentiaꝫ
videat·ita corpus eius ad ꝓprietates celeſtiuꝫ
corpoꝝ ſublimabit̄·ut ſit clarū·impaſſibile·ſi-
ne labore et difficultate mobile·et ꝑfectiſſime
ſua forma ꝑfectū· Et ꝓpter hoc dicit ap̄lus re-
ſurgentiū corꝑa eſſe celeſtia· nō q̄ntū ad natu
ram·ſꝫ q̄ntū ad gloriā· Vn̄ cū dixiſſet ꝙ ſunt
corꝑa celeſtia·et ſunt corꝑa terreſtria·ſubiunx
it ꝙ alia eſt celeſtiū gloria·alia terreſtriuꝫ· Sic
aūt gloria ad quā aīa ſublimat̄·excedit natu-
ralē uirtutē celeſtiū ſpūum·ita gloria corporū
beatoꝝ excedit naturalē ꝑfectōnē celeſtiū cor
poꝝ· Eſt eni eoꝝ claritas fulgentior·impaſſi-
bilitas firmior·agilitas facilior & velocior· &
ſpūalitas nature ꝑfectior·ſicut manifeſtuꝫ eſt
ſubtilit̄ intuenti ¶ ·He ſunt ergo dotes gloie
tres anīe·& q̄tuor corꝑis·ſicut ſunt a ſanctis
doctoribus aſſignate·

## DE SEPTEM PARTIBVS BEATITVDINIS AD ANIMAM PERTINENTIBVS DISTINCTIO. ·III·

ANſelmus aūt in libro de ſilitudini
bus q̄tuordecī beatitudinis parteſ
enumerat·ſeptē ad anīe·& ſeptem
ad corporis gloriaꝫ ꝑtinentes· Ait
enī ſic· Quatuordecī ſunt beatitudinis ꝑtes·
quas finito gn̄ali examine q̄ ꝑfectius omnes
electi habebūt·& totidē miſerie gn̄a q̄ tūc om
nes reprobi ſuſtinebūt· ¶ Septē beatitudinis
ꝑtes ad gloriā anīe ꝑtinentes ſunt· Sapientia
Amicitia·Concordia·Honor·Poteſtas·Secu
ritas et gaudiū· ¶ Septē uero ꝑtinenteſ ad cor
pus ſūt· Pulchritudo·Agilitas·Fortitudo·Li
bertas·Sanitas·Voluptas·& longeuitaſ· Iſta
ut eſtimo ſunt q̄ ꝓpter ſe & ꝓpter alia queq̄ꝫ
appetunt̄· Si aūt in hiis aliq̄ ſunt q̄ aliqn̄ ſui
dei modo non appetunt· ſꝫ ſūmoꝑe in hac ui-
ta refugiūt· ut ſunt uerbi gratia pulchritudo
corꝑis et uoluptas· Hoc utiq̄ꝫ non eſt qꝛ na-
turalit̄ ea nō appetāt·ſꝫ ne quoquomō deū in
ipis offendant· Nam ſi nil offenſionis in deū
ꝑ ea cōtrahi poſſe certe ſentirent·uel ſe ab eter
noꝝ bonoꝝ amore impediri nō ꝑtimeſcerent
ꝓfecto iocundius in ipis q̄ꝫ in eoꝝ contrariiſ
ſe deducerent· Quicūq̄ꝫ illas om̄es beatitudīs
ꝑtes habere poterit·ꝑfectā anīe corꝑiſq̄ꝫ beati-
tudineꝫ poſſidebit· Partes uero miſerie ꝑlibatis
beatitudinibus cōtrarie he ſūt· Inſipiētia·
Inimicitia·Diſcordia·Dedecus· Impotentia·

Timor· Triſtitia· Turpitudo· Ponderoſitas·
Imbecillitas· Seruitus· Infirmitas· Anxietas·
Vite breuitas· Quecunqꝫ has oīes miſerie p=
tes tolerare contigerit ſumme corꝑis et aīe mi
ſerie ſubiacebit· Verū nec vnā illius beatitudi
nis·uel vnam huius miſerie partes qſqꝫ in hac
vita ꝑfecte poteſt habere·nec rurſuſ ex toto ea
carere· In alia uero vita aut ꝑfectā habens be=
atitudinē nullaten9 miſerie ſubiacebit· aut ſū
me ſubiacens miſerie·oīno beatitudīe carebit
Qd̄ ut totū cōpꝛobare poſſimus· per ſingulas
beatitudinis ꝑtes ꝑ ordinē ꝫ diſcurramus·

PRima pars beatitudinis ad aīam ꝑtinētis
eſt ſapientia· Hec autē in futura vita tāta
bonis erit·ut eoꝝ q̄ ſcire uoluerint·nihil ſit qd̄
ignorent· Bonus enī ꝑfecta q̄ deus eſt ſapien
tia replebit·eamqꝫ facie ad faciē ꝫ uidebit· quā
dū clare ꝑſpicit·naturā cuiuſlibet creature uid̄
bit potius q̄ꝫ in ſeipſa uideret·q̄ in deo melius
q̄ꝫ in ſeipſa conſiſtit· Tūc enī iuſti cūcta ſcient
q̄cunqꝫ de9 fecit·tam ea q̄ ꝑterita q̄ꝫ ea q̄ poſt
modū ꝫ ſunt futura· Ita & a ſingulis oīes ibi
& ab omnibuſ ſinguli cognoſcent̄·nec quē q̄ꝫ
oīno latebit·q̄ patria·qua gēte· qua ſtirpe· q̄s
fuerit oriundus· Cū autē ſupius dictum ſit ꝙ
vniuſcuiuſqꝫ mentem ab alterius oculis mem
broꝝ corpulentia non abſcondet. & hic dicat
Anſhelmus·ꝙ a ſingulis oīes·& ab oībuſ
ſinguli cognoſcent̄ · poteſt aliquis moueri &
q̄rere utrū pc̄tā q̄ feci uidebūt oīes· Abſit h ·
Ea enī confeſſus ſum·ut delerent̄. & obliuiōi
darent̄ ut nulli amplius panderent̄ · Reſpon
det Anſhelmuſ· Cū tu in illa gloꝛia ab oīi cri
minū ſorde purgatus·vultu dei preſenſ aſtite
ris·ingratus ne ei poteris eſſe ꝓ tanta miſeri=
cordia quā tibi fecit remiſſis illis delictis· Nō
inquies· Et vnde inq̄ꝫ gratias ages· ſi nihil
eoꝝ vn̄ gratias agere debeas in memoria tua
habeas· Vt igit̄ ī illius laude eternalit̄ iocun=
deris·ſemp de quāta miſeria ſis erutus utpu=
to corā habebis· Cū ergo ſinguloꝝ conſciētie
ſingulis pateant· audeo fateri ea quoqꝫ pc̄tā
cūctis electoꝝ patere·ꝓ quoꝝ curatiōe tu deo
gratioſus exiſtens aſſidue·non ad tuā cōfuſi=
onē·ſꝫ ad magnā dei mīam·eiuſ quoqꝫ gloꝛifi
cationē·tuāqꝫ cōgratulationē· Nō enī tūc pꝛo
pc̄tis te maioꝛ anguſtia coꝛdis ꝑmet·ſceleruꝫ
ve tuoꝝ magis pudebit·q̄ꝫ aliquē magniſ olī
vulneribus ſauciatū·iāqꝫ ex oīi ꝑte ſanatum
aboliti languoꝛiſ moleſtia ꝑmit· Vel nūq̄d eo
rū q̄ in cunis poſitus infans egit· nūc grande
uum pudet· Tūc q̄ppe cū integra ſanitas·ꝑfe
cta mūditia·plena remiſſio· ſecura oīm offen
ſionū īpunitas tibi certo arriſerit cognitio ul̄
recognitio pc̄tōꝝ tuoꝝ·ī nullo tibi hoꝛroꝛi ul̄
cōfuſioni magis eſſe ualebit· q̄ꝫ eſt mō beato
Petro apſtoꝝ principi q̄ xp̄m negauit abiura
tio ſua·uel beate Marie magdalene pc̄tā ſua ·
& multis aliis multa q̄ ſciunt̄ donata crimīa
ſua· Verum ſup h agnitis delictis ſuis uelut
enoꝛmi ac feda infirmitate ſua pietas · virtus
& ſapientia medici q̄ te ſanauit· ſublimius a

cunctis admirabit̄·laudabit̄· & magnificabit̄
Laus aūt & magnificētia gloꝛie dei·tua ſi bñ
aduertis gloꝛia eſt· Sic igit̄ patet ꝙ oīm pc̄tō=
rū tuoꝝ ſine doloꝛe recoꝛdaberis· & oīes ea ſi
ne tui confuſione videbunt·ſꝫ potius h ad dei
mīam oſtendendū· & ad gratiarū actionē iu=
giter exſoluendaꝫ· Perpende ſi potes q̄ꝫ grata
ſit iſta ſapientia·q̄ tu ſicut ab oībus cogno=
ſceris·ſic a te oīes & ſinguli cognoſcunt̄·

SEcunda pars beatitudinis ē amicitia· Per
fecta aūt amicitia ē·q̄ ad inimicitiā cōuer
ti non poteſt· Bonum enim quemqꝫ ſic deus
oīeſqꝫ alii boni diligunt· ut eū odio ultra ha
bere non poſſint· Quantū nāqꝫ ſeipm̄ quiſqꝫ
tantū & tam diu diliget & alterū· Cū omnes
vnuꝫ coꝛpus xp̄i ſint· & xp̄us oīm caput·non
minoꝛi ſeſe affectu amplectunt̄·q̄ꝫ vnius cor
poꝛis membra ſibimuicē copulant̄ · Putas ne
abundans eris in dilectione· q̄ hic tibi fuerit
in poſſeſſione· & tñ iſtam tranſi· & illū contē
plare ꝑ quē tibi bona oīa ꝓuenere· & ꝑcipieſ
ꝙ ille plus q̄ꝫ tu teipm̄· & q̄ꝫ oīes alii ſe incō
pabiliter amet te· & tu ſup teipm̄ & ſup oīes
alios ineffabili q̄dā ſuauitate illū amabiſ· Vñ
Anſhelmus in ꝓſologiō· Si delectat amicitia
diligūt deū pluſq̄ꝫ ſeipos. & inuicē tāq̄ꝫ ſeipoſ
& deus illos pluſq̄ꝫ illi ſeipos· Si igit̄ in hac vi
ta miſera iocundū eſt amicū verū & fidelē ha
bere et delectabile ē amicis cōuiuere·ꝓpter qd̄
dicit ſapiēs Ecc̄i·xxv· Beatus qui inuenit ami
cū verū·quāta tūc erit iocūditas·tantos· tales
& tot amicos· tam ꝑfecte·fideliter· & ueracit̄
diligentes habere & ip̄m fontē amicitie poſſi=
dere· Aug9· Nulli ſupioꝛi nullus inferioꝛ inui
debit·ſicut nūc non inuident archangelis an=
geli ceteri· Habebit enī donū alius alio minuſ
vt h quoqꝫ donū habeat nec uelit ampli9· Tā
ta erit ibi amicitia ꝙ ip̄i deū plus diligent·q̄ꝫ
ſeip̄os· & deus illos diliget pluſq̄ꝫ ip̄i ſeipſos ·
& tanta uis caritatis oīes ſibi ſociat·ut vnuſ
q̄ſqꝫ qd̄ in ſe non acceperit· in alio accepiſſe ſe
gaudeat·

TErtia pars beatitudinis eſt concoꝛdia· Cō
coꝛdiā tam rarā habet h homo· ut nec ip̄e
cū aliis·nec alii ſecū·imo nec ip̄e ſemp ſibimet
ip̄i concoꝛdet· Sic eni coꝛpus & aīa diſſident ·
vt qd̄ unū appetit·alterū nolit· Sicut ait apl̄uſ
Galla·v· Caro concupiſcit aduerſuſ ſpm̄·ſpūſ
aūt aduerſuſ carnē·h enī ſibi inuicē aduerſāt̄·
Et Ro·vii· Inuenio aliā legē in membris meis
repugnantē legi mentis mee· In alia uero ui=
ta in ſumma cōſiſtunt concordia· Coꝛpus enī
& aīa cuiuſlibet ſancti· īmo oīes iuſti ſibim
uicē tante erūt concoꝛdie·quāte in ꝑſenti ſunt
oculi noſtri· Sicut enī oculus vnus uerti non
poteſt quo non uertat̄ & alius·ſꝫ ſemp in ean
dem ꝑtem uoluuntur·ſic corpus & aīa uel ſo
cietas illa iuſtoꝝ nil poterit uelle diuerſū·ſꝫ cā
dē ſemp uolūtatē habebūt· Coꝛpus vnū erim9
q̄cunqꝫ ibi erimus·eccleſia vna·ſp̄oſa vna xp̄i
erimus·quicūqꝫ ibi erimus· Ip̄a dei uoluntas
diuerſa non erit a tua·ſꝫ ſic̄ tu qd̄ ille·ſic & ille

in cunctis quod tu· Caput namq; a corpe ſuo q̄uo diſcreparet· aderit omibus omis ſufficientia· quā pficiet ſingulis vnanimis & plena cōcordia·

Quarta pars beatitudīs eſt honor· Homo ab hoībus in hac uita appetit honorari· verbis eorum aut factis· Verbis qdem ut eū collaudent· Factiſ aūt ut ſibi obediant· Sed cum honorē hmōi appetit· tale ē acſi vnus mus ab aliis laudari querat· eiſq; in regimine pponi· Hūc tn̄ honorē licet nullus ſit· tn̄ pene nemo poteſt ipm h ad plenū habere· Nullus enī eſt imperator q ab omibus laudet uel omibus aliis pponat· In futuro aūt iuſtus qſq; uerū & pfectū honorem ī patria cōſequet· Cuiuſmōi uero ſit hic honor· breui cōſideremuſ exēplo· Ecce h ante oculos noſtros poſitus aliqs paup· omi ſolatio deſtitutus· ulcerum & aliarum infirmitatum feditate corruptus· & omi quo ul'a frigore defendat tegumento nudus· Hunc igit talē tali modo iacentē· & in nullo ſemetipm iuuare valentē· ſi rex aliqs potentiſſimus· tranſiēs uideret· eiuſq; miſertus uulneribus mederi iuberet· curatūq; ſuis regalibus ornamentis indutū· ſibi pciperet pſentari· in filiū adoptaret· ac deinde pciperet ut in regno ſuo tāq; fili⁹ ſuus a cunctis haberet· atq; in nullo qō imparet a quoq; contradiceret· heredēq; ſuū· filiūq; ſui p prii coheredem inſtitueret· & eum vocari noīe ſuo uellet· nōne diceres hūc magnifice & ſublimiter honoratū· Et certe deus nobis h omia faciet· Natoſ enī de putredine carniſ· repletoſ multis miſeriis omiq; ſolatio deſtitutos· oīm q; infirmitatū paſſionibus obnoxios· pctōrum ac corruptibilitatis ulcerib⁹ plenos· ſola miſericordia ductus accipiet & curabit nos ſanitati reſtitutos· ornamentis pfecte iuſtitie & incorruptibilitatis ornabit· adductoſ ad ſe in filioſ adoptabit· regni ſui conſortes efficiet & heredes· filioq; ſuo vnigenito ſibi p omia coequali & coomipotenti· cōcorpales cōſtituet & coheredes· Omiq; creature iubebit· ut ī omi qō volem⁹ nobis obediat vocatoſq; noīe ſuo nos deos efficiet· Ipe enī dicit· Ego dixi dii eſtis· et filii excelſi omes· Sed ipe deus eſt p eſſentiā· tu uero p pticipatione· Sicut teſtat Petrus dicēs ii· Pe· i· Vt efficiamī diuine conſortes nature· ipe deus eſt deificans· tu uero deus deificat⁹· Aug· Ibi erit verus honor· q nullo negabit digno· nulli conferet indigno· q2 nec ambiet ad eum ullus indignus· vbi nullus pmittet eſſe niſi dignus· Attende fidelis aīa q̄ inestimabilis erit honor· a ſummo rege regū manu ppria coronari· & dyademate perhennis glorie decorari· non ī mūdi ſterquilinio· ſz in celi palatio· in conſpectu innūabiliū angelorum et ſanctorum oīm immortalitatis ſtola ueſtiri· et regalibus indumentis pfulgidis adornari· Vn̄ Sapientie· v· dicit· Accipient regnū decoriſ· et dyadema ſpeciei de manu dn̄i·

Quinta pars beatitudinis eſt potentia· Veram ille potentiā obtinet· q quecūq; voluerit facere poteſt· Quod q2 nullus hic valet facere· nec verā poteſt potentiā hic habere· Verum quidē in futuro bonus qcqd voluerit facē pōt qm̄ ipm omipotentē in omibus ſue voluntati concordantē habebit· Quādo ergo cū tāto honore· & cū ceteris plibatis hanc adeptus fuerit omipotentiā· non uideo q ratōne poſſit cupere ampliorē· Omes enī omipotētes erunt ſue voluptatis ſicut deus ſue· Nam ſicut deus poteſt qcqd uult p ſeipm· ita poterūt illi qcquid volent p ſeipſos· Quia ſic illi n̄ aliud uolēt q̄ qō ille· ita ille uolet qcqd ipi uolent· Et qō ille uolet· non poterit non eſſe·

Sexta pars beatitudinis ē ſecuritas· In hac vita nihil poteſt aliquis habere· de quo ſecurus ualeat eſſe· Sub eodem enī momēto pauper ex diuite· triſtis ex leto· infirmus ex ſano mortuus ex viuo poteſt exiſtere· Ergo nec alias beatitudinis ptes· nec ſecuritatē pfectam hic habet· In futuro aūt bonus qſq; ſecuritatem pfectam habebit· q2 qcqd uoluerit obtinebit· & nihil ex eo ſe amiſſurum timebit· Bern̄· O ciuitas celeſtis· ſecura manſio· patria totū complectens qō delectat· populus ſine murmure· incole quieti· hoīes nullā indigentiam hn̄tes· O q; glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei· Aug⁹ quoq; ſic loquitur· Ibi erit ſumma ſecuritas· ſecura tranquillitas· tranquilla iocunditas· iocunda felicitas· felix eternitas· eterna beatitudo· De hoc require ſup̄ in tertia dote anīe·

Septima pars beatitudinis ad aīam ptinētis eſt gaudiū· Gaudiū pfectum ſolus ille poteſt habere· q omes pdictas ptes beatitudiſ pualet obtinere· quarū q2 nullam homo hic habere pōt· ptēt q2 nec gaudiū ſūmum· In futuro aūt bonus qſq; tunc oīno gaudere poterit· qa pfecte pdictas omes ptes beatitudines obtinebit· Quid ergo beatius iſto· quo tunc replebit iuſtus gaudio· Adhuc tn̄ ad cumulum beatitudinis ſue aliud hēbit· vnde amplius poſſit gaudere· Quia enī quiſq; ſic alterū ut ſeipm amabit· patet ꝙ ſic de illiuſ felicitate ſic de ſua gaudebit· Quot & quāta gaudia qſq; beatus habebit· q de tot et tantis beatitudinibuſ ſanctorum gaudebit· Q2 ſi de aliis quos ut ſe diliget tam ineffabiliter iubilabit· quātum de deo quē plus q̄ ſe diliget exultabit· Gaudiū enī erit eī intus & extra· ſurſum deorſum· gaudiū circū qq; · Cuilibet eorum erit gaudium ſup ſe de diuina viſione· Intra ſe de ſui glorificatione· Infra ſe de ſupplicio rum infernalium euaſione· Circa ſe de ſanctorum angelorum & hoīm ſocietate iocūdiſſima· Extra ſe de mūdi formoſitate gratiſſima vbiq; gaudiū plenū erit· Aug· Ibi nihil obeſt· nihil deeſt· nihil extra qō appetat· nihil intra qō faſtidiat· Ibi uita ſine morte· iuuent⁹ ſine ſenectute· Ibi lux ſine tenebra· ibi gaudium ſine triſtitia· ibi pax ſine diſcordia· ibi uoluntas ſine iniuria· Ibi merces ſanctorum tam magna eſt· ꝙ non poteſt menſurari· tam multa· ꝙ n̄ poteſt numerari· tā copioſa· ꝙ non poteſt finiri· tam pcioſa· ꝙ nō poteſt eſtimari· Idē· Ibidē

illud quod promittit deus·fide non capit̄·ſpe
non attingitur·caritate non cōprehēdit̄·deſi
deria & uota tranſcendit·acquiri poteſt·eſtia=
ri nō poteſt·Ibi nihil qd amabit̄ deerit·ibi ni
hil deſiderabit̄ qd non aſſit·Propter qd ſicut
ſcriptū eſt·Yſa·lii·Gaudiū & letitia inuenie̅t̄
in ea id eſt in ſupna ierl̄m·gratiarum actio et
vox laudis·Et iterum·lxv·Ecce ego creo ierl̄m
exultationē·& populū eius gaudiū·Notate ū
ba·ierl̄m & popul⁹ eius tāta plenitudine gau
dii pfruent̄·ut non ſolū dicant̄ exultatōne et
gaudio repleri uel etiā cumulari·ſȝ magis eſſe
ipm gaudiū·qꝛ gaudiū oīno ſupexcedit in eis
Iteȝ·lxvi·Letami cū ierl̄m·& exultate cū ea q̇
diligitis eam·Gaudete cū ea gaudio vniuerſi
qui lugebatis ſuper eam ut ſuggatis et replea
mini ab ubere conſolationis eius·ut mulgea
tis & deliciis affluatis ab oīmoda glozia eiuſ·
Vn̄ bene et deuote loquēs Anſhelmus de hoc
gaudio ait·Cor humanū·coz indigenſ·coz ex=
ptum erumnas·īmo obrutū erumniſ quantū
gauderes ſi hiis oīb⁹ abundares·interroga
intima tua·ſi cape pn̄t gaudiū ſuū de tanta be
atitudine ſua·Sed certe ſi quiſ aliuſ quē oino
ſicut teipm diligeres·idem gaudiū eandemqȝ
beatitudinē haberet·duplicaret̄ gaudiū tuum
qꝛ non minus de illius bono q̄ȝ de tuo gaude
res·Si uero duo ul' tres·ul' multo pluref idipm
haberent·tm̄ inde ꝓ ſingulis·quantū ꝓ teipo
gauderes ſi ſingulos ſicut teipm amares·Er=
go in illa pfecta caritate inmūabiliū angeloꝝ
& hoīm·ubi nullus minus diliget alium q̄ȝ ſe
ipm·non aliter gaudebit quiſqȝ ꝓ ſinguliſ q̄ȝ
ꝓ ſeipo·Si ergo coz hoīs vix capiet gaudium·
ſcȝ de tāto bono ſuo·qūo capax erit tot & tan
toꝝ gaudioꝝ·et vtiqȝ quantū q̇ſqȝ diliget ali
quē·tantū de bono illius gaudet·Sicut in illa
pfecta felicitate vnuſq̇ſqȝ ſine compatōne de=
um diliget plus q̄ȝ ſe·& oīes alios ſecum·ita
plus gaudebit abſqȝ dubitatōe de felicitate dei
q̄ȝ de ſuo·& oīm alioꝝ ſecū·Sed ſi deū ſic dili
get tota mēte·toto corde·ut tn̄ tota mens·to=
tū coz·tota aīa nō ſufficiat dignitati dilectō
nis dei totū coz·tota mens nō ſufficiet digni=
tati gaudiozū·Nō ergo totū gaudiū intrabit
ī gaudētes·ſȝ toti gaudētes intrabūt in gaudi
um·Peto dn̄e meditet̄ intus in te mens mea
loquat̄ lingua mea·amet illud coz meū·ſmo=
cinet̄ oſ meuȝ·eſuriat illud aīa mea·ſitiat caro
mea·deſideret te tota ſubſtantia mea·donec ī
trem in gaudiū dn̄i dei mei·¶Predicte ſeptē
beatitudinis partes·ad tres dotes aīe ſupius
memozatas pn̄t reduci·Nam ſapientia·ad p̄=
mā dotē reducit̄·Amicitia cōcozdia & gaudiū
ad ſcdam·Honoz ptās & ſecuritas·ad tertiam·

## DE SEPTEM PARTIBUS BEATITUDINIS CORPORIS· DISTINCTIO· ·IIII·

Similiter enumerat Anſhelmus ſe=
ptem ptes beatitudinis ad corpus
ptinentes·¶PRIMA pars eſt
pulchritudo·miſerieqȝ p cōtrariuȝ
turpitudo·Eſt aūt pulchritudo bonū quoddā
quod naturaliter a cunctis deſiderat̄ haberi·
In illa ſiquidē uita pulchritudo iuſtoruȝ·ſolis
pulchritudini cōpatur q̇ tūc ſeptempliciter·q̄ȝ
modo ſit clarioz & ſplendidioz erit·Vnō ſcri=
ptū eſt·Math·viii·Fulgebūt iuſti ſicut ſol ī re
gno patris eoꝝ·Amplius cozpus dn̄i claritati
ſolis p̄lucere·nemo poteſt ambigere·Huic au
tē teſte aplō ſimiles erimus·q̇ ait·Ro·viii·Re
fozmabit corpus hūilitatis noſtre cōfiguratū
cozpori claritatis ſue h̄ auctozitate cōpzobata·
Si quis etiam uelit ſibi ratōne probari·credo
nulli debere incredibile uideri iuſtoſ pulchzitu
dinē ſolis in illa uita vbi moztale h̄ abſozbebit̄
tantūmō ſoztiri·cū uere dicant̄ & ſint tēpluȝ
& ſedes dei·quod nuſq̄ȝ in diuina pagina in=
uenimus de iſto viſibili ſole legi·

Secunda pars beatitudinis eſt agilitas·In
futuro tanta nos uelocitas comitabit̄·ut
ipi eque celeres angelis dei ſimus·q̇ de celo ad
terras & ecōuerſo dicto citius dilabunt̄·Que
celeritas·utrū ſit in angelis ꝓbari neceſſe eſſȝ
Exēpli gratia dici poſſȝ hoīem moztali adhuc
carne grauatū·mox a iudea p angelū in calde
am delatū·videlicet tradito prandio qd defe=
rebat ſine moza relatū·Ergo cū iſtis oīno par
velocitas nobis erit·q̇bus ſicut ꝓmiſſa eſt illo
rū equalitas nobis inerit·Apl'us etiaȝ q̇ cozpa
noſtra quātacūqȝ locoꝝ intra capedine ſepata
membrati fuerīt uel diſperſa·in ictu oculi aſ=
ſerit reſurrectura·ſatis innuit quā velocitateȝ
eadē corpa iam incozruptibilia ſint habitura·
Corruptibile enī hoc ſicut ipe teſtat̄·incozrup
tionē induet·īmoztale h̄ īmoztalitateȝ·Huius
quoqȝ uelocitatis exemplū in radio ſolis poſ=
ſumus intueri·qui ſtatim ozto ſole ī plaga ozi
entali·ptingit uſqȝ ad ultima plage occidenta
lis·ut in eo ppendamus nō eſſe impoſſibile qd
de noſtra dicimuſ futura velocitate·Huic etiā
radio ſolis ſimile exemplū velocitatiſ habem⁹
in nobis·Radius quippe oculoꝝ noſtroruȝ in
ſubleuatione palpebraꝝ ad uſqȝ celuȝ ptingit·
& ictu eaꝝ totus ī ſemetipm ac integer redit·
Amplius conſtat ſanctoꝝ aīas q̇ iam celeſtia
tenent·nec dū plena felicitate pfrui·donec in=
cozruptibilitate ſuoꝝ cozpoꝝ potiant̄·quā cū
adepte fuerint·nō eſt qd amplius uelint·Hec
inq̄ȝ cozpa ſi eas ad ſuaȝ felicitatem tardiores
aut grauiozes efficere deberent·nimirū eozuȝ
conſoztiū potius abhozrerēt q̄ȝ appeterent·

Tertia ps beatitudinis ad cozpus ptinen
tis eſt foztitudo·p̄ſtabunt viribus q̇cūqȝ
meruerūt angelicis ciuibus ſociari·intantum
ut nullatenus illis q̇cq̄ȝ obſiſtere ualeat uel ſi
mouendo q̇d aut euertendo uoluerint a ſtatu
ſuo qn̄ ilico cedat·Nec in eo ꝙ diximuſ maio
ri labozabūt conatu·q̄ȝ nos modo in oculozuȝ
motu·Neqȝ ſimilitudo illa āgeloꝝ noſtro ca=
dat ab aīo quā adepturi ſumus in futuro·q̄
tinus ſi in hac foztitudine aut in hiis q̇ dicturi
ſumus exemplū aliud nō occurrit·uel ipſa per
quā angelis adequabimur ad ea cōpzobanda

proſit·Sic igit̄ ĩ quibus angelos ualere cõſtat
noſtra nihilominus fortitudo valeat· Nemo
aũt eſt qui dubitet vt puto exiſtere angelos ea
q̄ uolũt fungi fortitudine·Cũ igit̄ ſimiles eis
fuerimus nũqd ĩbecilliores illis erimus·In fu
turo igit̄ iuſtus ſic fortis erit· ut etiaꝫ ſi uelit
terraꝫ cõmouere poſſit·Sed fortaſſe q̄ret aliqs
qd nobis tunc illa fortitudo p̄ſtabit·cũ ſingu
lis tanta cõuenientia ut cõuenientius neq̄ant
vbiqꝫ diſpoſitis·nil mutandũ·nil euertenduꝫ·
nil ſtatuendũ ſit in quo vires ſuas quis exer=
cere poſſit·Qui hoc dicit attendat ꝙ nõ ſemꝑ
omĩbus q̄ h̄emus·& q̄ nos non parũ h̄re gau=
demus·actu vtimur·Verbi gratia·Ipſo viſu·
ꝑtãte aliqua·nõnullaꝝ ſcientia rerum·Sic &
de multis aliis in hũc moduꝫ·Sic & tunc de q̄
agimus fortitudine erit· Sola·nãqꝫ poſſeſſio
eius grata nobis erit·& exultatio grandis·liceꝫ
in actu non ſit nobis neceſſaria·Cũctis ut di
ctum eſt in ſuo ſtatu cõuenient̄ aptatis· Hec
eadẽ q̄ſtio ſi aut de uelocitate·aut de alia bea=
titudinis ꝑte moueat̄·hac ſolutione ſi nõ ap=
tiorẽ lector inuenerit diſſoluatur·

QVarta pars beatitudinis ad corpus ꝑtinẽ=
tis eſt libertas·Liber eſt q̄ cogi non poteſt
ad ea que nolit·nec ꝓhiberi poteſt ab eo qd̄ ue
lit· Sed quis in hac vita hanc libertateꝫ poſſit
habere·Quiſ non quotidie patit̄ qd̄ nollet·qs
aſſequi ualet om̄e qd̄ uellet·In futuro aũt qui
cũqꝫ angelis aſſimulabũt̄·eoꝝ quoqꝫ libertatẽ
neceſſario aſſequunt̄·Itaqꝫ ſicut angeliſ nihil
obſiſtit·nihil eos impedire poteſt uel cõſtrin=
gere·qñ ꝓ uelle ſuo cũcta liberrime penetrẽt·
ita non erit obſtaculum qd̄ noſ retardet nulla
clauſura q̄ nobis aliq̄tenus obſtet·Nõ elemẽ=
tũ quod nobis ad uelle noſtrũ ꝓnũ non extet
Amplius dñicũ corpuſ cui corpa noſtra paulꝰ
cõfigurãda teſtat̄·clauſo ſepulchro a mortuis
reſurrexit·hoc etiã ad diſcipl'os clauſis ianuis
palpandũ introiuit·Nobis quoqꝫ in hoc futu
re libertatis documentuꝫ grande reliquid· In
illa uita ſi bonuſ fuerit·nil patiet̄ qd̄ nolit·ſed
agere ꝑmittetur quodcunqꝫ uoluerit·

QVinta pars beatitudinis ad corpus ꝑtinẽ
tis eſt ſanitas·miſerie uero infirmitas·Il=
la homo ab ortu ſuo carere·hanc aũt incipit to
lerare·Ex quo enĩ naſcitur·prima uox eius in
dicat ꝙ patiat̄·Mox namqꝫ incipit eſurire·ſi=
tire·laceſſere·ſuis in pãnis ſordeſcere·hic cecuſ
uel ſurdus·mutus uel claudus·cardiacus· uel
ſcabioſus·leproſus uel paraliticus·alio ue mor
bo efficitur infirmus·q2 tñ eius infirmitas q̄=
buſdã medicamẽtis liniri poteſt·Nõ ſumme ĩ
firmitati ſubiacet·verũ in futuro ſic ſanus erit
ꝙ nullatenus infirmabit̄· ſꝫ ſumma ſanitate
fruetur·De hac ſanitate qd melius dici poteſt·
q̄ꝫ qd̄·p̄s·canit· Salus iuſtorũ a dño·veruꝫ de
iſta ſanitate quã in ſeculo futuro habebimus·
exemplũ afferre queam·ut q̄ ſit intelligat̄· ñ
uideo·q2 nil ſanitatiſ qd̄ ei cõpare poſſem aut
ego in me·aut aliquis ĩ mortali carne degens
ſenſit in ſe·In futuro aũt abſterget deus om=
nem lacrimã ab oculis ſanctoꝝ·et iam nõ erit
amplius neqꝫ luctus neqꝫ clamor· neqꝫ ullus
dolor·q̄ prima tranſierũt·Et non eſurient ne
qꝫ ſitient amplius·neqꝫ cadet ſuꝑ illos ſol·ne=
qꝫ ullus eſtus·qm̄ dextera ſua deuſ teget eos·
& brachio ſuo ſancto defẽdet illoſ·Quid igit̄
eis nocere poterit quibus dextera dei tegumẽ
tũ erit·q̄lis aũt ſit illa ſanitaſ ſcio me·nec meo
nec alicuius ſenſu uel exꝑimẽto accepiſſe· cre=
dere tñ licet· & incũctant̄ aſtruere·ſanitatem
vite future ita iugem·incõmutabilẽ ac inuiola
bilem fore·ut ineffabili q̄dam dulcedine totũ
hoĩem repleat·& om̄e qd̄ alicuius in ſe uiciſſi
tudinis mutabilitatis aut leſionis ſuſpitioneꝫ
p̄tendere queat·ꝓcul arceat ac repellat·

SExta pars beatitudinis ad corpus ꝑtinen
tis eſt voluptas·Hanc cũ in hac uita hoĩ=
nes querũt·non niſi ꝑ anxietatẽ ĩuenire q̄ũt·
Cũqꝫ ad id ꝑueniũt quod uoluptatẽ putant·ñ
iſi laborando eo frui ualent·quo ſi etiã ĩmo
deratius uſi fuerint·rurſum eis in anxietateꝫ
cõuertitur·Poſt hanc uero uitã aut ĩ oĩmoda
voluptate ſunt aut omnimoda replebuntur
anxietate· Sicut enim ferrum ignitum quaq̄
ſui parte continet ignem·ſic in ſe boni uolup=
tatem·mali uero ſentient anxietatẽ·Hanc uo
luptatẽ neminẽ inuentuꝫ eſſe puto q̄ eam ut ẽ
ſenſerit uel guſtauerit·ut illius ſaporẽ uel habi
tudinẽ alijs declarare poſſit·Sit tñ ante mẽtiſ
oculos poſitus exempli cauſa homo aliquis q̄
tam in ipis oculoꝝ ſuoꝝ pupillis q̄ꝫ & ĩ ſingu
lis membris ferrũ ignitũ & candẽs infixũ ha
beat·ut nec medulle nec inteſtina·nec oĩno q̄c
q̄ꝫ in corꝑe eius cruciatus immanitate careat·
uel eam leuius q̄ꝫ in oculis ſentiat·Quid dicã
anguſtiat̄·Quis iſtũ ſane mentis eſtimet inẽ
iſta eodẽ mõ·ſꝫ penitus cõtraria cõſideratione
in illa futura uita delectatio q̄dam ineffabilis
bonos inebriabit·et ineſtimabili dulcedine ſui
totos eos inenarrabili q̄dam exundantia ſati
abit·Quid dixi totos·oculi aures manus·os·
nares·guttur·cor iecur·pulmo·oſſa·medulle·
exta etiã ipa·et cũcta ſigillatim et ſingula mẽ
bra eoꝝ in cõmuni tã mirabilis delectationis
& dulcedinis ſenſu replebunt̄· ut homo uere
totus torrente uoluptatis dei potet̄·et ab uber
tate domus eius inebrietur·

¶Hoc aũt aduertendũ ꝙ ibi non erũt uolu
ptates carnales ſiue delectationes q̄ conſiſtũt
in vſu corꝑaliũ ciboꝝ & venereoꝝ·qm̄ iſte ad
vitaꝫ aĩalẽ ꝑtinent·& ſunt nobis brutiſqꝫ cõ
munes·Sed ſunt ibi delectationes altiſſime·
puriſſime & nobiliſſime in q̄bus cũ angeliſ ſã
ctis cõicamuſ·q̄ cõſiſtunt in iocundiſſima dei
viſione·& ſuauiſſima fruitione·q̄ nobis et an
gelis eſt cõmunis·Vñ Math·xxii·In reſurre
ctione neqꝫ nubẽt·neqꝫ nubent̄· ſꝫ ſunt ſicut
angeli dei· Qꝫ aũt in futuro ſeculo nõ utant̄
cibis & uenereis patet·Remota enĩ uita corru
ꝑtibili·neceſſe ẽ remoueri illa q̄ corruptibili vi=
te deſeruiũt· Manifeſtũ eſt aũt ꝙ uſus iſtorũ
corruptibili uite deſeruit·Sũmunt̄ enĩ cibi·ul'

ꝓpter nutrimentum ut uitetur corruptio que
poſſet accidere ex corruptione humidi natura
lis·vel ꝓpter augmentū ut perueniat corpus ad
debitā q̄ntitatē·Sed neutrū ꝑdictoꝝ erit ī pa
tria·qm̄ oīes erūt incorruptibiles·& oīes in
debita corpoꝝ q̄ntitate reſurgent·ſicut dictu ꝫ
eſt ſupra·ergo uſus ciboꝝ non erit ibi·Simili
ter cōmixtio maris & femīe corruptibili uite
deſeruit·Ordinat̄ enī ad ḡnationē·ut ꝑ eā cō=
ſeruet̄ in ſpecie qḋ non poteſt in indiuiduo cō
ſeruari·Cū igit̄ oīes homīes in futuro ſint ī
corruptibiles·nulla tunc erit hoīm ḡnatio·Si
aūt dicas ꝙ tūc erit uſus ciboꝝ & venereorū ꝫ
nō ꝓpter cōſeruationē·uel augmentū corꝑis·
nec ꝓpter cōſeruationē ſpeciei·uel multiplica=
tionē hoīm·ſ ꝫ ſolū ꝓpter delectationē q̄ in illiſ
actibus exiſtit·ne deſit aliq̄ delectatio hoībuſ
in ultīa remuneratione· Patet h̄ incōueniēt
& irrationabiliter eſſe dictū· Quia conſtat ꝙ
illa vita beata ordinatior erit q̄ꝫ uita preſens ·
In hac aūt uita inordinatū & uitioſum ē ſi q̄s
vtatur hmōi cibis & venereis ꝓpter ſolā dele
ctationē· & non ꝓpter neceſſitatē ſuſtentādi
corꝑis uel ꝓcreande ꝓlis·Naꝫ delectationes q̄
ſunt ī ꝑdictis actionibus nō ſunt fines actio
nū·ſ ꝫ magis econuerſo·Eſt ergo ordo ꝑpoſte=
rus & indecens·ſi oꝑationes ꝓpter ſolas dele
ctationes exerceant̄·Nullo ergo mō h̄ ponen
dū ē ī beatis·quoꝝ vita ordīatiſſima dēt eſſe ·

¶ Per hoc autē excludit̄ error iudeoꝝ & ſar
racenoꝝ·q̄ ponūt & eſtimant ꝙ hoīes poſt re
ſurrectionē cibis & venereis vtent̄·ſicut nūc·
Quoſ etiā q̄dā xp̄iani heretici ſūt ſequuti ponē
tes regnū xp̄i futurū in terris terrenū ꝑ mille
annos·in quo ſpacio tp̄is dicūt eos q̄ tunc re=
ſurrexerit imoderatiſſime cibis & venereis va
caturos·In quibus cibus ſit tantus aut potus·
vt nō ſolū nullā modeſtiā teneant·ſ ꝫ modum
quoq ꝫ ipſius credulitatis excedāt·Sed iſta nul
lo mō niſi a carnalibus credi p̄nt·q̄ ſola carna
lia ſapiūt·& ſpūalia & eīna mīme guſtauer̄t ·

¶ Sunt aūt aliq̄ q̄ huic opinioni ſuffragari
vident̄·Primo q̄dem q ꝛ adā in ſtatu innocen
tie vitā habuit īmortalē·& tn̄ ſi ſtetiſſet·cibis
& venereis vſus eſſet·cū illi dictū ſit. De oīni
ligno ꝑadyſi comede· Et creſcite & mlͭiplica
mi &c̄·Itē xp̄us poſt reſurrectionē ſuaꝫ legit̄
comediſſe·Luc̄ ulti·Cū mādūcaſſet corā diſci=
pulis·ſūpſit reliq̄as dedit eis·Et Act·x· Dicit
Petrus·Hūc ſc ꝫ ihm̄ deus ſuſcitauit tertia die
& dedit eū manifeſtū fieri non oīni pplo·ſ ꝫ te
ſtibus ꝑordinatis a deo nob̄ q̄ mādūcauimus
& bibimus cum eo poſtq̄ ꝫ ſurrexit a mortuis·
Itē Act·i·Cōueſcens ꝑcepit eiſ·&c̄·Sūt etiam
auctoritates multe in ſcriptura ſacra q̄ ciborū
vſu ꝫ vident̄ nob̄ ꝑmittere ī illo ſtatu futuro·
Dicit̄ enī·Yſa·xxv·Faciet dn̄s oībus pplīs in
mōte h̄ cōuiuiū pinguiū medullatoꝝ vindeīe
defecate· Et ꝙ h̄ intelligi debeat de ſtatu poſt
reſurrectionē patet ex h̄ qḋ ſeq̄t̄·Et ꝑcipitabit
dn̄s mortē in ſempiternū·& auferet dn̄s om=
nē lacrimā ab oīni facie·Itē· Yſa·lxv·Ecce ſerui
mei comedent & uos eſurietis·Ecce ſerui mei
bibēt & uos ſitietis·&c̄· Et ꝙ h̄ referendu ꝫ ſit
ad ſtatū futurū·patet ex h̄ qḋ poſtea ſubditur
Ecce ego creo celū nouū & terrā nouā·Itē dn̄ſ
dicit·Mathi·xxvi. Nō bibā ammō de hoc ge=
nimine vitis·uſq ꝫ ī diē illū cū illud bibā uobiſ
cum nouū ī regno p̄riſ mei·Et Luc̄·xxii·Ego
diſpono uob̄ ſic̄ diſpoſuit mihi pater meus re
gnū·ut edatis & bibatis ſuꝑ menſam meā ī re
gno meo·Itē Apoc̄·xxi·dicit̄ ꝙ ex utraq ꝫ ꝑte
flumīs qḋ erit in ciuitate ſanctoꝝ·erit lignu ꝫ
vite afferens fructus duodecī ꝑ ſingulos mē
ſes·Et·xx·ca·eiuſdē dicit̄·Vidi aīaſ decollato
rū ꝓpter teſtimoniū ihu·iuixerūt & regna=
uerūt cū xp̄o mille annis·ceteri mortuorū nō
vixerunt donec cōſumerent̄ mille āni·Ex ꝑdi
ctis oīibus ꝑdictoꝝ hereticoꝝ opinio confir
mari uidetur·

¶ Sed hec oīa ſane intelligentibus nō ē dif=
ficile ſoluere·Qḋ enī ꝑmo obiicit̄ de adā·nul=
lā habet efficaciā·Adā naq ꝫ ꝑfectionē q̄ndam
hūit ꝑſonalē· n̄dū tn̄ erat ꝑfecta hūana natu
ra multiplicatiōe hūani ḡnis·nōdū adhuc in
choata·Inſtitutus ergo fuit adā ī tali ꝑfectiōe
q̄ ḡnis hūani ꝑncipio cōpetebat·& ideo opor=
tuit ꝙ ḡnaret ad multiplicationē hūani ḡnis
& ꝑ cōſequens ꝙ cibis vteret̄·Poſt reſurrecti
onē aūt natura hūana totaliter erit ꝑfecta·ele
ctoꝝ numero iā cōpleto·Et ideo ḡnatio tūc n̄
erit·nec vſus etiā alimēti·ꝓpter qḋ & alia erit
īmortalitas reſurgentiū· & alia q̄ fuit in adā
Reſurgentes enī ſic erūt īmortales·ut mori n̄
poſſint·nec eoꝝ aliq̄d poſſit reſolui·Adam au
te ꝫ ſic fuit īmortalis·ut poſſet nō mori ſi non
peccaſſet·& poſſet mori ſi peccaſſet·Eius autē
īmortalitas ſic poterat cōſeruari·non ꝙ nihil
reſolueret̄ ab eius corꝑe·ſ ꝫ ut cōtra reſolutiōe ꝫ
hūidi naturalis ſubueniri poſſ ꝫ ꝑ ciboꝝ neceſ
ſariā ſumptionē·ne corpus eius ad corruptio=
nē ueniret·Qḋ aūt obicit̄ de xp̄o q̄ poſt reſur
rectionē comedit·dicendu ꝫ ꝙ reuera comedit
nō ꝓpter neceſſitatē·ſ ꝫ ad demonſtrandū ſue
reſurrectionis ueritatē·Cibꝰ aūt ille quē ſum=
pſit nō fuit cōuerſus ī carnē eiꝰ·ſ ꝫ ī ꝑiacentem
materiā reſolutꝰ·Hec aūt cā cōedēdi n̄ erit ī re
ſurrectiōe cōmuni· ¶ Auctoritates uero q̄ vi
dent̄ ꝑmittē ciboꝝ vſū poſt reſurrectōe ꝫ· ſpū
alit̄ ītelligēde ſūt·Nam ſcriptura dīna ꝑuitati
nr̄e ītelligētie cōdeſcendēs·ꝓponit nob̄ ſpūa=
lia ſub ſiītudīe ſenſibiliū·ut aīmus nr̄ ſenſibi
libus aſſuetꝰ·ex hiis q̄ nouit·ſurgat ad īcogni
ta q̄ n̄ nouit·ut ꝑ h̄ qḋ ſcit nota diligē diſcat
& incognita amare·Et ꝑ hūc modū delectatō
q̄ cōſiſtit ī cōtemplatōe ſapīe·& aſſumptio uei
tatis intelligibilis ī intellectū nr̄m cōſueuit ꝑ
vſum ciborū ī ſac̄ pagina deſignari·ſ̄m illud·
ꝓū·xx·qḋ de ſapīa dicit̄· Miſcuit vinū & pro
poſuit menſā· & īſipientibus loquuta ē·veīte
& comedite panē meū·& bibite vinum qḋ mi
ſcui vob̄·Et Ecc̄i·xv·dicit̄·Cibauit illum pane
vite & ītellectꝰ·& aq̄ ſapīe ſalutaris potauit il
lū·De ipa etiā ſapīa dr̄·ꝓū·xii·Lignū uite eſt

hiis qui apphenderint eã· ¶ Auctoritates igiẽ
ſupius allegate nõ cogũt nos dicere ꝙ ſancti
poſt reſurrectionẽ cibis vtanẽ· Hoc tñ qȯ po=
ſitũ ẽ de ũbis dñi· Mathi·xxvi·poteſt ĩtelligi·
vt referaẽ ad h̃ ꝙ ipe cũ diſcipulis ſuis poſt re=
ſurrectionẽ ſuã comedit et bibit· Nouũ quidẽ
vinũ id ẽ nouo mõ ſcꝫ nõ ꝓpter nccitatẽ· ſꝫ ad
ſue reſurrectiõis demõſtrationẽ· Et dicit· In re
gno patris mei· qꝛ ĩ reſurrectõe xp̃i regnũ im
mortalitatis demõſtrari cepit· Qȯ autẽ diciẽ ĩ
Apoc̃·de mille ãnis·dic ꝙ ꝑ mille ãnos intelli
giẽ totũ tp̃us eccleſie ĩ quo martyres regnant
cũ xp̃o· & alii ſancti tã ĩ pn̄ti eccleſia q̃ regnũ
dei diciẽ· q̃ꝫ etiã ĩ celeſti patria q̃ntũ ad aĩas·
Millenariꝰ enĩ ꝑfectionẽ ſignificat· Sic ergo
manifeſtũ ẽ ꝙ ſancti poſt reſurrectionẽ non
vacabũt cibis et potibus neqꝫ venereis actibuſ
Ex quo ſequiẽ ꝙ omnes occupationes actiue
ceſſabũt· q̃ videnẽ ordinari ad vſum ciboꝝ &
venereoꝝ· & ad alia q̃ corruptibili vite ſũt ne
ceſſaria· Sola ergo occupatio contẽplatiue vite
remanebit· Inde ẽ qȯ diciẽ Luc̃·x· Optimã ꝑtẽ
elegit ſibi maria q̃ nõ auferetẽ ab ea imeternũ·

Septima pars beatitudinis ꝑtinẽtis ad cor
pus ẽ longeuitas· Hec corpis beatitudinẽ
ꝑficit & cõſummat· Tũc enĩ primũ om̃es ꝑdi
ctas beatitudinis ꝑtes corpuſ habere poteſt· cũ
eas ſine amiſſione retinere ualet· Nã ſi eas ha
beret· & tñ moriẽdo amitteret· q̃d ſibi eas ha=
buiſſe prodeſſꝫ· Ac lõgeuitatẽ ꝑfectã habere ñ
poteſt· q̃ aliq̃n moriturus ẽ· Quãtũlibet enim
diutius uiuat· ſomniũ eſſe ſibi uideẽ omne qȯ
vixit cũ moriẽ· Nõ ergo longeuitatẽ hõ h̃ ha=
bet· q̃ aliq̃n moriendi neceſſitatẽ ineuitabilem
habet· Sed q̃ nũc bene vixerit· in futuro lõge
uitatẽ habebit· qꝛ viuet q̃ntum & deus· Si er=
go longa & ſalubris uita diligitur· ibi eſt eter
nitas ſana· et eterna ſanitas· quia iuſti imppe
tuũ uiuent· et ſalus iuſtoꝝ a dño· Aug̃· Vaca
bimus & uidebimus· videbimus & amabimꝰ
amabimus & laudabimus· Ecce quid erit ĩ fi=
ne ſine fine· Nam quis alius noſter eſt finis·
niſi ꝑuenire ad regnum cuiuſ nullus eſt finis.
Nã ſcriptũ eſt· Luc̃·i· Regni eius ñ erit finis.
¶ Ad illud regnũ eterne beatitudinis nos ꝑ
ducat· qui fidelibus ſuis dicturus ẽ ĩ iudicio·
Venite benedicti patris mei poſſidete paratũ
vobis regnũ a conſtitutione mundi· ¶ Iſte ſe=
ptem beatitudinis partes ab Anſhelmo predi=
cte· reducuntur ad quatuor dotes corporis ſu
perius aſſignate· ¶ Nam pulchritudo reduciẽ
ad claritatẽ· fortitudo· ſanitas· & longeuitas
ad impaſſibilitatem· libertas· & voluptas· ad
ſubtilitatem· agilitas aũt ꝓprio nomine nun
cupatur· ¶ He ſunt quatuordecim partes bea
titudinis quas beatus Anſhelmus enumerat
licet non eodem ordine proſequatur·

Vincentii Speculi Moralis Liber Secun=
dus in quo de quatuor nouiſſimis diſſeri
tur· finit feliciter·

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF